BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVI
E
48
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECULUM FIDEI POLITICÆ,

Hoc eſt, in quo

GENIUS HUMANUS

Seu

MORES MUNDI,

In omnium hominum actionibus, contractibus, pactionibus, conſiliis, rebus geſtis, adminiſtrationibus, functionibus & officiis, laudibus, vituperiis, vitiis, fraudibus, dolis, ſimulationibus, diſſimulationibus, ambiguitatibus, machinationibus, fallaciis, mendaciis, malitiis & perjuriis, *&c.* adumbrati.

In ſpecie vero, in quo Conſiliariorum, Legatorum, Advocatorum & Palatinorum ſeu Aulicorum qualitates, artes, proprietates, & decentiæ, in propatulum redduntur;

AUTHORE

REINHOLDO CONDIT

BARTENSTEINENS. PRUSSO,

. Conſulare Regiomontano.

Niſi fide ſtaret Reſpubl. opibus non ſtatura. Liv. lib. 23. in fine. Nam *Fama ac fidei damna majora ſunt, quàm quæ æſtimari poſſunt.* Idem lib. 3. in fine.

Mores hominum noſſe prudentia: eos judicare ſapientia: omnes probare ſtultitia eſt.

BREMÆ,

Typis & Sumptibus JACOBI KÖHLERI. Anno M.DC.LXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sereniſſimo & Potentisſimo Principi & Domino,

Dn. FRIDERICO WILHELMO

MARCHIONI BRANDENBURGICO, S.R.I. ARCHICAMERARIO, ET ELECTORI, MAGDEBURGI, BORUSSIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDALORUM, IN SILESIA, item, CROSNÆ ET CARNOVIÆ DUCI, BURGRABIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI MINDÆ ET HALBERSTADII, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ, DOMINO RAVENSTEINI, TERRARUM LAUENBURGI ET BÜTAU, *&c.*

Domino meo clementiſſimo, Nutritio munificentiſſimo.

HOmo creaturarum præſtantiſſima atq; elegantiſſima, facie prima imago Dei, juſtus, pius, dexter, divinæ ſapientiæ heres, omnium virtutum habitaculum, facie mutata totus mutatus, totus depravatus, quo vix, quod fuit, cognoſci poſſet, omnem prioris ſtatus vim & potentiam amiſit! Ea miſſione in hanc indigentiam deſcendit, qua nemo redux, nemo priſtini juris particeps perfectione ſua uti frui potuit. Sola tamen Numinis Divini miſericordia, intellectus ſpiritus, naturæ depra-

Digitized by Google

vatæ rector tantillum ipſi eſt conſervatus. Qui etſi ſapientiæ divinæ parum particeps, cupiditatibus tamen & affectibus humanis ita eſt obumbratus, ut vix ſolem, etſi facibus fuerit illuminatus, acie ſua poſſit contemplari. Tantopere igniculus naturæ relictus guttula etiam pravæ diſpoſitionis & affectuum eſt exſtinctus, acumen hebetatum, intellectus obſcuratus, ut niſi literarum cognitione informetur; ſtudio á pravis in recta reducatur; artibus á vitiis ad virtutes retrahatur, ædificii inſtar prave conſtructi, & mole ſua collabentis, homo bruti fere ſimilis, ſemper errare, laborare, labi, falli, circumduci, periculiſq; infinitis immergi neceſſe habeat. Quam neceſſaria itaq; homini literarum cognitio, quam utilis ea, quam fructuoſa, quamque honeſta ſit, probare, ſolem facibus adjuvare & in opera illa certare, a. diceretur, qui verba facere vellet. Teſtantur ii, qui ſcientia præclara præ aliis tanquam ſtellæ extra lunam fulgentes, excellunt & conſpiciuntur. Teſtantur & ii, qui etiam literis non imbuti ſibi ipſis conſulere, ſuisque negotiis conſilium invenire nequeunt, ſed aliorum auxilio reguntur, aliorum ſuaſionibus ducuntur, qui bona animi in juventute neglecta conquceruntur, quoties anxii, voce preſſa gemebundi animo volvunt, quod Poëta canit.

a. cauſ. 6. qu. 1. c. 7

O mihi præteritos referat ſi Iupiter annos!

Qui

☞ Qui habent, quod deplorent, etſi divitiis auĉti, honoribus conſpicui, authoritate eminentes, fortuna felices, eruditione autem miſeri, cum omnia poſſident, poſſesſionem autem pretioſisſimam non in ſuis bonis inveniri lugent. Equum generoſum, vel canem ſagacem quoties illi contemplantur; eſſe bruta & cum homine ea conferri maxime indignum judicant, artes tamen extra naturam, exercitatione, crebra manuduĉtione & manſuefaĉtione infuſas; quoties animo perpendunt, parentibus maledicere, præceptores execrari, juventutem devovere, annos incuſare feſtinant, malorumque ea omnia, eſſe cauſam, eruditione neglećta, impie arguunt. Tardi autem ii (quod pigri agricolæ faciunt) cum per inertiam, culturam neglexerint, fruĉtus amiſiſſe è manibus accuſant. Nulla res eſt tam jucunda, nulla tam amœna, quæ etiam mentem & animum jucunditate ſua facit inſatiabilem, ut non perpetuitate ſua faſtidium, vel uſu quotidiano nauſeam pariat, quemadmodum miracula etiam asſiduitate ſua vileſcunt. Solis autem literis animus hominis nunquam ſatiatur, nunquam expletur, ipſa ſatietate fames ejus augetur, ipſo hauſtu bibendi ſitis ardeſcit: varietate rerum, jucunditate hiſtoriarum, cognitionis appetitu, cupiditate plura ſciendi, ipſa ſciendi cupido invaleſcit, adaugeſcit; ut, quo magis flamma adgeſto ligno alitur, tanto magis ſtudio animus ſciendi cupidus accenditur,

Digitized by Google

ſcenditur, rerumque novarum appetitu excitatur. Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus, b. Et tantum eſt ſcientiæ deſiderium, ut apud Julianum ſcriptum eſſe Pomponius teſtatur: nam ego diſcendi cupiditate, quam ſolam vivendi rationem optimam in octavum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum ejus ſententiæ, qui dixiſſe fertur: Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere, c. Nihil enim beatius eſt quam ſcire, nil divinius quam docere, nil felicitati propius quam diſcere velle. Et quanto plus ſcimus, tanto propius Deum accedimus. Literarum ſatietate expleti nullius rei indigentia laborant, nulla adverſitatum injuria vexantur, nec ulla calamitate premuntur, ſed omnium rerum copia, animi ſatietate, (corporis modica etiam cura non neglecta) iis rebus, quæ in paupertate divitias habent, in divitiis paupertatem cogitant, in penuria ſatietatem inveniunt, in ſatietate penuriam timent, in labore requiem quærunt, in requie laborem tolerant, in ſolitudine converſationem laudant, in converſatione ſolitudinem amant, nunquam deſtituti, omnibus bonis cumulati, ſat divitiis onerati, rem ſanctiſſimam civilem ſapientiam, quæ pretio nummaria non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, d. magnifacientes abundant. Eſt illa vehemens & conſtans animi

b. Cic. offic. 1, n. 18.

c. L. 20. ff. de Fid. commiſ. libertat.

d. L. 1. §. pa ragr. 5. ff. de Extra ordin. cognitionib.

militia

militia, literis pollens venerabilium doctrinæ ſacrorum antiſtes philoſophia, quæ ubi pectore recepta eſt hominum inhoneſto atque inutili affectu diſpulſo, totos in ſolido virtutis munimento confirmat potentiores metu & dolore faciens, e. Adeo nullum eſt majus donum, quod acceptum bonitati muſarum homines ferre debeant, quam quod doctrina & diſciplina emolliuntur & mitigantur ingenia modumque tenere, & nimia omnia vitare diſcunt, f. Leo relicta quaſi natura, induſtria tractatione mitigatur, urſus manſuefactione domatur, & ad ſaltandum corrigitur, equus varios gyros agere exercitatione informatur, canis indagare, projecta etiam ex aquis referre, bipes incedere, aliaſque artes edocetur. Quidni homo? in quo omnium quidem virtutum materia, non ipſa virtus, ſtatim ineſt, nonne quaſi lacte nutricis, monitis, præceptis & exemplis variis ſui præceptoris nutriatur, alatur & erudiatur? Perditæ luxuriæ Athenis adoleſcens Polemo, neque illecebris tantummodo, ſed etiam ipſa infamia gaudens; cum è convivio non poſt occaſum ſolis, ſed poſt ortum ſurrexiſſet domumque repetens Xenocratis Philoſophi patentem januam vidiſſet; vino gravis, unguentis delibutus, ſertis capite redimito, pellucida veſte amictus, refertam turba doctorum hominum ſcholam ejus intravit: nec contentus tam deformi introitu, conſedit etiam, ut clariſſimum eloquium &

e. Valerius Max. lib. 3. cap. 3. in ext.

f. Plutarch. in Coriol. princ.

pruden-

prudentiſſima præcepta temulentiæ laſciviis eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omiſſiſque de quibus diſſerebat, de modeſtia ac temperantia loqui cœpit. Cujus gravitate ſermonis reſipiſcere coactus Polemo, primum coronam capite detractam projecit, paulo poſt brachium intra pallium reduxit; Ad ultimum totam luxuriam exuit, uniuſque orationis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami ganeone maximus Philoſophus evaſit. Peregrinatus hujus animus in nequitia, non habitavit. g. Ita juvenis hic ut planta tenerior ne in curvum creſceret, ſenectutis baculo á Xenocrate eſt ſuffultus & ſuſtentatus. Videre itaque eſt, quod nulla res magis animis honeſta induit, dubioſq; & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quam bonorum virorum converſatio. h. Quoniam natura hominis abſque diſciplina, cœca, diſciplina ſi á natura deſtituaur, defecta, exercitatio his duobus demptis imperfecta eſt, i. officio invigilet diſciplina, ſicut cuique legenti apta & accommodata eſt, non ſolum Epiſcopo regenti plebem ſuam, ſed etiam pauperi regenti familiam ſuam, marito regenti conjugem ſuam, patri regenti prolem ſuam, judici regenti provinciam, regi regenti gentem ſuam. k. Ubi ſi vigorem negligimus, perdit deſidia diſciplinam. l. Maximus itaque teneritati impendendus eſt labor; ut cera dum

g. Valer. Max. lib. 6 c. 9. n. 1. ext.

h. Senec. ep. 94.

i. Plutar. de liber. educat. princ.

k. caus. 23 q. 4. c. 35.

l. d. cauſ. q. 3. c. 9.

dum mollis, eſt tractanda; argilla, dum uda, fingenda, lana, dum pura, tingenda; teſta, dum nova, liquore bene ſapido imbuenda; arbor, dum tenerior, vel curvanda vel erigenda; ferrum, dum candet, cudendum: ita juventutis calor coarctandus, cupiditas reſtringenda, licentia refrenanda, mos ſanandus, animus corrigendus. Melius enim eſt coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum exſpectat patrimonium. [m] Bene omnia ut eveniant, cultura etiam ut non ſine fructu ſuſcipiatur, naturæ & rationi, ingenii acumen, memoria, veritatis amor, labor, laboris conſtantia, virtutis ſtudium & honeſtatis meta, ſuffragentur & adſtipulentur. Ingenii enim acumen tanquam ſingulare Dei donum, hanc vicem ſuſtinet, ut intelligendi recteque judicandi facultate, vera á falſis, recta á pravis, bona á malis, decorum ab inhoneſto ſeparet & disjungat. Memoria etiam ſemel bene intellecta recteque judicata, conſtanter tanquam cuſtos rerum ſtudio quæſitarum fideliſſimus ſervet & cuſtodiat. Veritas unicus ſtudiorum & diſciplinarum ſcopus in rebus indagandis & inquirendis unica meta, nulla opinione nec ſpecie quadam veritatis abduci, aut ſubtilitatibus ſubverti patiatur, ſed ut ſol, ipſis nebulis depulſis, clarior elucеſcit; ita ipſa, tenebris falſitatis excuſſis, ſincera & aperta remaneat. Veritatem unice amare debemus. [n] Cujus

m. l. ult. paragr. 5. in fine, C. de bonis quæ liber. in poteſt.

n. l. 63. parag. 1. verb. ſi verum amamus. ff. de condit. & demonſt.

** magna

magna res eſt, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque fictas omnium inſidias facile ſe per ſe ipſam defendit. o. Veritas ſpectanda, non quod quis finxit. p. Veritas prævaleat opinioni, ne vim afferat opinio veritati. Labore & ſudore omnia quæri & parari, ſententia docet divina, quando dicit: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. q. Evidens enim eſt miſeriæ noſtræ calamitas, ut etiam, qui è nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem. Non minus miſeriæ ſuæ memorem eſſe oportet, qui etiam fortunam ipſam in poſſeſſione ſua habere ſomniat, cum eam invocare velit, ut non manus ad cœlum movere vel attollere neceſſe habeat? omnium artium, ſtructurarum & machinarum opera, & quicquid manuum compoſitione elaboratur, ſtudiis & animi laboribus cedunt, paucis enim annis earum rerum cognitio ſtruendi & perficiendi ſcientia adquiritur, nullis vero, eruditio numeris ſuis abſoluta, animo poteſt infigi. Tamdiu enim diſcendum, quamdiu neſcias, & ſi proverbio credimus, quamdiu vivas. r. Vita brevis, ars longa, occaſio præceps, experimentum periculoſum, judicium difficile. s. Cum omnes adhuc diſcere poſſint, & omne artificium incrementum recipit. t. Rebus maximis adeſt difficultas maxima, labor continuus tanquam comes individuus, nec ullis melius, quam antelucanis Minervæ comminiſtratur horis; quo in labore Demoſthenes.

o Cic. pro M. Cælio n. 63.

p. l. 9. ff. de Caſtr pecul.

q. Geneſ. 3. v. 19.

r. Senec. ep. 76.

s. Hippocr. ſect. 1. aphor. 1.

t. l. 65. p. ragr. 3. ff. de leg. 3.

Digitized by Google

ſthenes omnes opifices antelucana vicit induſtria, laudatuſque ex eo, quod plus olei, quam vini conſumpſerit. Et non tam laborem ſuſcipere, quam conſtanter in eo perſeverare ad eruditionem conſequendam neceſſarium eſſe, omnes, qui in eo deſudarunt, fatentur. Perſeverantia enim, quæ eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio, u. opus eſt. Gravitas laboris patientia ſublevatur, durities tolerantia mollescit, acerbitas tempore dulceſcit. Demoſthenes cum inter initia juventæ, artis, quam affectabat, primam literam dicere non poſſet, oris ſui vitium tanto ſtudio expugnavit, ut ea á nullo expreſſius efferretur. Fertur quoque ore inſertis calculis multum ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promptius eſſet, & reſolutius. Præliatus eſt contra rerum naturam, & quidem victor abiit, malignitatem ejus pertinaciſſimo animi robore ſuperando. Itaque alterum Demoſthenem mater, alterum induſtria enixa eſt. w. Quid ergo ceſſo vires induſtriæ commemorare? cujus alacri ſpiritu militiæ ſtipendia roborantur; forenſis gloria accenditur; fido ſinu cuncta ſtudia recepta nutriuntur; quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile eſt, ad cumulum laudis perducitur. x. Hominis hæc vita quomodo peregrinatio, de loco in locum motio & variorum itinerum calcatio dicitur, in qua varia deviatio, itineris periculum, ſocietas ignota,

u Cic. l. 2. de Invention. n. 37.

w. Veler. Max. lib. 8. c. 7. n. 1. extern.

x. Ibid. princ.

 diverſo-

diverſorium incertum, ſunt timenda; ita ſtudiorum curſus & deſudatus, obviis voluptatibus, pellicentibus variis illecebris, ſuadente luxuria, regnante libidine, acerrimum cum vitiis certamen & voluptatum omnium expugnatio merito nominanda. Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti, y. ut quæ nihil inexpertum omittit. z. Hunc ſibi ſcopum virtutis ſectator, quem collineari proponit, ſibi deſigat: omnia enim alia incerta ſunt, caduca, mobilia: virtus eſt una altiſſimiſque defixa radicibus: quæ nunquam ulla vi labefactari poteſt, nunquam dimoveri loco. a. Quibus inſectationibus hæc meta etiam honeſtatis præponenda, ut nihil jucundum, nihil amœnum, nihil utile aut fructuoſum, quod non ſit honeſtum, animo concipiatur, minus opere peragatur, honeſte vivere primario, quando ſuum cuique tribuere, cum alterum non lædat, præcipit, Juſtinianus ſacratiſſimus docet. b. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus, neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt: in eoque & colendo ſita vitæ eſt honeſtas omnis, & negligendo turpitudo. c. Homo itaque literis imbutus & eruditione clarus, non homo, ſed ſemideus, præſertim ſi Princeps & Reipubl. moderator fuerit, eſt nominandus. Fortunatum etiam Imperium

y. Q. Cur. lib. 7.
z. Idem lib. 5.
a. Cic. Philip. 4. n. 13.
b. parag. 3. Inſt. de J. & I.
c. Cic. offic. 1. n. 4.

perium, beata & feliciſſima Reſpubl. eſt dicenda, cui Princeps à literis & ſtudiis celebratus Rector populi eſt conſtitutus, ut Plato Politicorum Rex ingenue teſtatur, quando ait: Tum denique fore beatas Respubl. ſi aut docti & ſapientes homines eas regere cœpiſſent, aut qui regerent, omne ſtudium in doctrina collocaſſent. [d] Et fortunatas urbes fore, ſi regna ſapientiæ ſint. Sext. Aurel. Victor inquit. [e] Ille Princeps animata lex. [f] Philoſophatus. [g] vel Philoſophiſſimus dici poteſt. [h] Iſte Dei benevolentiam & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum naturæ posſibile eſt) imitatur. [i] Tantum huic curæ eſt eorum, qui reguntur, libertas, quantum & illorum benevolentia & obedientia [k] præſertim ſi in pietate ſimul & juſtitiæ, quibus Dii fiunt, vitam tranſegerint. Sine dubio Deus terrenus eſt Imperator: contra quem quicunque manus levare niſus fuerit, ipſe ſui ſanguinis reus exſiſtit. Athanaricus, quando ad Theodoſium Conſtantinopolin venit, exclamavit. [l] Felix & beata ſub Sereniſſimo & Potentiſſimo Domino, Domino GEORGIO WILHELMO, Marchione Brandenburgico & Electore, Borusſiæ Duce, *&c. &c. &c.* Patre Patriæ, p. m. clementisſimo, patria viruit, ſub Principe, literis ſatis Principem decentibus, celebrato viguit, ſub pio, juſto, felici populi Rectore floruit. Cujus mens & gloria non queunt

d. Cic. ad Quinct. Fr. ep. 1.

e. de Cæſarib. in Aur. Anton.

f. Novell. 105. c. 2.

g. Novel. 108. præf. in fine.

h. l. ult. C. de Repud. & judic. de morib.

i. l. 23. C. de Nupt.

k. l. 25. ff. de Appellationib.

l. Paul. Diacon. lib. 13.

 humari,

humari, ſanctamemoria, nonniſi in corde ingrati intermoriatur. Ego etiam beneficiorum memor, menſa communis convictorii publica, tam hic, quam Francofurti paſtus, cum egeſtatem tolerarem, & neceſſitatibus ſumptuum, ſtudiis, brachii fortitudine & aliis exercitiis quærere ſuſtinerem, jam quotidie priſtinæ fortunæ, ſingularis Dei gratiæ, Principiſque ac nutritii mei munificentiæ hoſtimenti recordor. Maxime autem ad Sereniſſimum & Potentiſſimum Dominum, Dominum FRIDERICUM WILHELMUM, Marchionem Brandenburgicum, S.R.I. ArchiCamerarium & Electorem, Magdeburgi, Boruſſiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, in Sileſia, item Croſnæ & Carnariæ Ducem, Burggrabium Norimbergenſem, Principem Mindæ & Halberſtadii, Comitem Marcæ & Ravenſbergæ, Dominum Ravenſteini &c. &c. Dominum ac nutritium meum munificentiſſimum, cui mens & animus, cui, quicquid virium á teneritate mea proficiſci poteſt, debentur, inclino. Et quoniam Tibi ſummum rerum judicium Dii dedere: nobis obſequii gloria relicta. [m] Cumque ſalutem patriæ noſtræ quærere & tueri nulli magis conveniat, nec alium ſufficere ei rei, [n] quam Te noſtrum Electorem, merito pro juſto tuo regimine, gratioſa tutela, defenſione inſomni, clementia propitia, & muni

m. Tacit. annal. 6.

n. l. 3. ff. de offic. præfect. vigil.

& munificentia immenſa, tanquam ex uberrimo omnium bonorum fonte, fluxis & emanatis donis, immortalis gratia, ad quam remunerandam naturaliter ſumus obligati, o. eſt referenda, mei debiti nunquam ſatis parati memor, Tibi Patri Patriæ, clementisſimo Principi, Domino gratioſisſimo, ſtudiorum nutritio, hoc meum exantlati laboris opuſculum, leviculum munuſculum, modicum ſtudium, humilima, qua fieri poteſt, devotione, qua fieri debet, ſubjectione, qua fieri par eſt obſervatione, offero & dico, Deum T. O. M. ardenter invocans, ut Te juſtum, pium, felicem, gratioſum & clementem Principem, ipſis ſtudiis ſatis celebratum, ſtudiorum nutritium patrem, in omni proſperitate vitæque ſanitate cum Sereniſſima Brandenburgica familia jugiter cuſtodiat & conſervet.

o. l. 27. parag. 11. ff. de heredit. petit.

Fiat! & his, & ſerotinis annis eveniat!

Voto, quod quidem pio, ſed pagano humani generis Imperator ſummus precatus eſt Tiberius, mente Chriſtiana contempletur Pius, quando ait: Ego me P. C. mortalem eſſe, & hominum officia fungi, ſatisque habere, ſi locum Principem impleam, & vos teſtor, & meminiſſe poſteros volo, qui ſatis ſuperque memoriæ meæ tribuent, ut majoribus meis dignum; rerum veſtrarum providum conſtantem in periculis;

offenſio-

offenſionum pro utilitate publica non pavidum credant. Hæc mihi in animis veſtris templa, hæ pulcherrimæ effigies, & manſuræ. nam quæ ſaxo ſtruuntur, ſi judicium poſterorum in odium vertit, pro ſepulchris ſpernuntur. Proinde ſocios cives & Deos ipſos precor: hos, ut mihi ad finem uſque vitæ, quietam & intelligentem humani divinique juris mentem duint; illos, ut quandocunque conceſſero, cum laude & bonis recordationibus, facta atque famam nominis mei proſequantur. p.

p. Tacit. annal. 4.

Fiat! & his, & ſerotinis annis eveniat!

Dabam è muſeo meo Regiomont. Pruſſor.
12. Maj. 1659.

Sereniſſ. Celſitudin. T.

Subjectiſſimus
Servus

Reinholdus Condit Conſularis

Digitized by Google

LECTORI AUTOR S.

QVando proverbio dici ſolet: *Loquere, ut te videam*, multi hærent in ea opinione, & fortasſis non erroneè, quòd elocutione, hominis tota mens & animi voluntas, ne quidquam in receſſu aut occulto ſubſideat, evulgentur & pernoteſcant, & quemadmodum campanæ pulſu cœtus civi ſignificatur, ita vocis præconio animi cogitata, ipſa etiam ſecretorum recluſa aperiantur & pandantur. Vt hiſtoricus ille Dionys. Halicarnas. ait; *Dum quisque qualia eorum ſcripta vides, talem eos vitam ſectatos fuiſſe exiſtimat.* lib. 1. prin. Meritò enim omnes putant orationem cujusque animi eſſe imaginem. Veram, non erroneam hanc fuiſſe opinionem illius ſeculi, cum domi, militiæq; boni mores colebantur, jus bonumq; non tam legibus, quàm natura valebat, cives cum civibus de virtute certabant, a. cum moribus a. Saluſt. bello Catilin. princ. antiquis & priſca virtute ſtabant inter ſe actiones, fatentur & qui equitant in arundine longa. Verùm ubi avaritia fidem, probitatem, cæterasque bonas artes ſubvertit. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere, amicitias inimicitiasque non ex re, ſed ex commodo æſtimare, magisque vultum, quàm ingenium bonum habere, b. ut olim virtutis modeſtiæque, nunc procacitatis & petulan- b. ibid. tiæ certamen eſt, c. rarò in ea ætate, quod quis loquitur, penitus c. Tacit. hiſt. 3.

*** ſentire

ſentire creditur. Et quando ſapienter quidam dixit: Quoties aliquid ſcripturus es, ſcito, te morum tuorum & ingenij hominibus chirographum dare, ex umbra quaſi corpus metiri, & ex ſpeculo faciem quodammodo vivam reddere conatur, qui ſententiæ huic lumen addere feſtinat. Sed caliginis nube ſæpe veritatis lumen in ſcriptis obumbratur. Ego malos bonoſq; mores ſcribo, hos laudando, illos caſtigando judicium patiar. Ne tamen quiſquam me pravitatis diſcipulum, minùs magiſtrum intelligat, cùm non aulæ, ſed quaſi caulæ, domui videlicet modicæ, quæ artibus his non eget, modorer. Ingenia hominum luſtro, in theatrum mundi conſcendo, panegyrin cio, ſpectatores convoco, auditores moneo, lectores moveo. Ethologus ſum, horſum iſtorſum verſus, animos conſidero, mores mundi expono. Mira hominum facies, varia judicia, opinio ambigua, ſententia diverſa. Vt quemadmodum in horto quodam amœno flores varios conſpicor, ex quibus odoratui jucunditas, guſtui ſuavitas, corpori ſanitas libantur; ita varia venena, tanquam aconitum aut napellus floribus mixta extrahuntur. Cavillationes enim, criminationes, obtrectationes & convitia mihi in conviviis pro obſonio erunt. At intenti, in theatro Ethologo, ſubſannationibus defixi, aures ſibi aſininas à tergo impoſitas, non priùs quàm nube depulſa, ſol radiaverit, ex umbra ipſimet in capite geſtare deprehendent. Rebus cunctis ineſt quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertuntur, d. *qui ſæpe accommodantur prout conducit.* e. *Et mihi quantò plura recentium ſeu veterum revolvo, tantò magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obſervantur,* f. *unde dubitare cogor, fato an*

d. Tacit. annal. 3.

e. idem annal. 13.

f. idem annal. 3.

ſorte

ſorte ſcribendi lectorum inclinatio vel offenſio, an ſit aliquid in meis ſcriptis, liceatq́ inter abruptam contumaciam & deforme vituperium pergere iter, cavillatione ac periculis vacuum. g. *Dicebat* g. Idem annal. 4. *Pythagoras vitam humanam eſſe ſimilem Panegyri, hoc eſt, ſolenni hominum conventui: ad quem alij conveniunt certaturi, alij negotiaturi, nonnulli ſpectatores modò futuri; ac cœteros quidem eſſe ſollicitos omnes, ſolum ſpectatorem ſecurum frui celebritate, hunc ſpectatorem ajebat eſſe Philoſophum, qui non ob aliud in hoc mundi theatrum prodiiſſet, quàm ut naturas rerum, ac mores hominum contemplaretur, ac emendaret.* h. *Ideo integræ tuæ faciei,* h. Florent Schonhof Emol. 59. *non ſolùm oculis, ſed & linguæ & dentibus penſum meum ſummitto, ut non modo, quo animum tuum ſatiare, & boni deſiderij voluptatem explere; ſed & quo lingua vel commendare vel criminari, aut dentibus venenatis famam dilacerare poſſis, habeas. Criminari enim facillimum factu eſt, pravus & callidus bonos & modeſtos anteire poteſt.* i. *Liceat igitur criminari, liceat famam* i. Tacit. hiſt. 1. *dilacerare, non tamen ſapienti viro decorum erit, unde amico infamiam parat, inde gloriam ſibi recipere.* k. *Nulla tam modeſta fe-* k. Idem annal. 14. *licitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poteſt,* l. *Cæca tua invi-* l. V. Max. lib. 4. cap. 7. n. 2. *dia eſt, quæ nequicquam aliud ſcit, quàm detrectare virtutes, corrumpere honores & præmia eorum.* m. m. Liv. lib. 38.

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit,
Tunc ſuus ex merito quemq; tuetur honor. n. n. Ovid. l. 1. amor. eleg. 15.

Iam ad indignabundum, biloſum & triſtem, præſertim aulicum me converto, &, ſi non hallucinatus fuero, ſentio eum valde ægré, acerbè, & graviter ferre, & in ſuggillationem famæ ſuæ, quæ in

Digitized by Google

o. Tacit. annal. 11. princ. *poſteros pulcherrimum præmium meretur,* o. *multa non in mollius relata, plura duriùs ſcripta, & animadverſione non indigna, eſſe evulgata conqueri.* Sed *querulo huic aulico congruè reſpondit Æſopus binas eum habere manticas, ante pectus unam, à tergo alteram pendentem, anteriori aliena, poſteriori ſua vitia eſſe immiſſa; inde eum ſemper in pectore aliena, non à tergo ſua poſſe contemplari. Cui Catullus ad Varum;*

— — — Suus cuique attributus eſt error,
Sed non videmus manticæ, quod in tergo eſt.

Hic eſt morum mos inveteratus, quòd vitiorum, quibus ipſi cooperti ſumus, acerrimi cenſores & vindices eſſe ſolemus, & in alienis Lynce oculatiores, in propriis talpa cœciores ſubargutuli. Reperies, qui ob ſimilitudinem morum, aliena malefacta ſibi objectari putent. p. Idem annal. 4. p. *Ideo ut acribus initiis, ita incurioſo fine* q. Idem annal. 6. q. *ſi aliena non impugnaveris, tua verò bene contemplatus fueris & manticæ, quod in tergo eſt, onus excuſſeris & abjeceris, vitia, quidem dices, erunt donec homines,* r. Idem hiſt. 4. r. *ut: nec omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoque ætas multa laudis & artium imitanda poſteris tulit: ita nec omnia apud priores pejora, ſed noſtra quoque ætas multa fraudis & inſidiarum vitanda poſteris tulit.* s. Idem annal. 3. s. *Huic ſtudio ſi invigilaveris, hanc operam ſi navaveris, hac virtute ſi excellueris, manticæ vitiorum tuorum non immemor, prudentiſſimorum aulicorum locum mereri ſuſtinebis, & omnes alios ſuperciliis deſpicere valebis. Incorruptam itaque fidem profeſſis, nec amore quicquam & ſine odio*

dicendus

dicendus eſt. t. *Et ſine ira & ſtudio.* u. *Mores aulici non ipſe aulicus, & quidem corrupti corripiuntur, qui niſi corruptus ſuccenſere veritati non poteſt. Bene itaque monitus, meliùs eruditus, cùm vitam moribus cum virtutibus complanatam tranſegerit, non ſuccenſendi, nec moleſtê ferendi copiam habebit.*

t. Id. hiſt. 1. Princ. u. Idem annal. 1. princ.

Vale & ſtudiis meis fave.

FRONS ET SERIES LIBRORUM, ET IN IIS materiarum Libri Primi poteſt hæc dari Tabula generalis & brevis.

Ingreſſus libri. *prim.*

De Fide in genere; *cap. 1.*

De Fidei definitione, ejus verſatione circa dicta & facta, conſtantiam & veritatem. *cap. 2.*

De Subjecto, quod eſt vel
- Singuli homines ut:
  - liberi ratione
    - ætatis,
    - ortus ſeu originis
    - conditionis ſeu ſtatus,
    - fortunæ
    - *cap. 3.*
  - ſervi
- collecta multitudo ſeu corpus quod eſt, vel
  - integra natio
  - in Republ.
    - Magiſtratus
    - Subditi qui ſunt
      - cives
      - incolæ
      - inquilini
      - advenæ
      - hoſpites
      - peregrini
      - *cap. 4.*

Fides eſt vel
- Publica
- Privata
- *cap. 5.*

Publica conventio poteſt dividi in
- fœdera
- ſponſiones
- pactiones
- *cap. 6.*

Fides publica & privata habet ſuos characteriſmos,
- Frontis candorem,
- oris pudorem,
- mentis dexteritatem,
- memoriæ fidelitatem,
- linguæ taciturnitatem,
- animi confidentiam,
- dextræ conſtantiam,
- *cap. 7.*

Magiſtratus eſt vel
- Dirigens, cujus officium circa
  - muneris ſui debitam adminiſtrationem.
  - civitatis publicum commodum quærendum.
  - humanam civium tractationem.
  - civium defenſionem.
  - conſenſum & concordiam civium cum magiſtratu.
  - *cap. 8.*
  - Subditorum
    - obſequium
    - fidem
    - honorem
    - obſervationem in Magiſtrat.
    - præſtationem tributi.
    - *cap. 9.*
- Comminiſtrans vel Adjuvans, qui vel eſt:
  - Conſiliarius
  - Legatus
  - Advocatus
  - Miniſter aulicus ſeu Palatinus
  - *ibid. cap. 9. in fine.*

In

Digitized by Google

In Conſiliario ſunt conſideranda
- ætas
  - Juvenilis,
  - Senilis,
- Doctrina,
- Mores,
- Sexus,

Deinde quæ adſint
- ante conſultationem, ut:
  - Suadendi libertas,
  - Publica utilitas,
  - Rei honeſtas,
  - Æquitas,
- in conſultatione ut:
  - Fidelitas,
  - Ratio,
  - provida cunctatio,
  - Muſſitatio,
  - perficiendi modus,
- poſt conſultationem, ut
  - Conſtantia,
  - Silentium,
  - Feſtinatio,

In Conſiliario abſint: odium, ira, gratia, miſericordia, amicitia, inimicitia, timor, aſſentatio, pervicacia, privata utilitas, diſcordia, ebrietas celeritas, temeritas, paupertas, caſus fortuitus, ſeu eventus, ſimulatio & diſſimulatio. &c.

Conſiliariorum privilegia, immunitates & honores

cap. 10.

Digitized by Google

In legationibus ſunt conſideranda.

- Perſonæ qualitas
- Privilegia
- Legationum ſpecies, ut:
  - Belli, pacis, fœderum, ſocietatis, amicitiæ, obſequiique, induciarum, commeatuum, auxiliorum ferendorum, tranſitus, conſiliorum hoſtilium noſcendorum, conſolationis, gratulationis, gratiæ agendæ, doni offerendi, voti cauſa, pronuba, libera, officioſa. &c.
  - Modus eligendi
- quæ ante legationẽ ſpectentur, ut: Qualitas
  - externa ſeu corporis
  - interna ſeu animi
- quæ in legatione, ut temperantia vel
  - animi
  - corporis &c.
- quæ poſt legationem ſpectanda.
- Violatorum pœna,

cap. 11.

Advocationis officium olim non permittebatur niſi pro

- populo.
- libertate.
- tutela.
- ex lege hoſtilia.

In Advocatione veniunt conſideranda

- Præſtantia.
- Perſonæ qualitas.
- Differentia.
- officium in
  - faciendo.
  - omittendo.
- Honorarium
- Privilegium
- Vitia
- Pœna

cap. 12.

In

Digitized by Google

In vita aulica ſunt conſideranda

- Miniſtrorum aulicorum definitio
- Aulæ
  - deſcriptio
  - ſplendor
- Aulicorum
  - origo
  - virtutes
- officium in
  - faciendo, eoq; Principem
    - defendendo,
    - tuendo,
    - obſervando,
    - colendo, *&c.*
  - omittendo, eoq; non
    - ſe ſupra principem extollendo
    - Principes regendo.
    - Principes ſpernendo.
    - eos eludendo.
    - inridendo.
    - irritando, jactationibus nimiis moleſtando, interrogationibus & reſponſionibus percellendo.
    - ægro principe lætos dies agendo,
    - ſecreta principum rimando.
- Mores vel
  - boni
    - non nimium feſtinent, non vacillent, non ambigant, ſint firmi, conſtantes, non aleatores, vinarii guloſi, *&c. &c.*
  - vitioſi
    - Adulando, aſſentando, blandiendo, laudando, criminando, mentiendo, deferendo, ſimultates alendo, ſuſpectos habendo, velificando, tacendo, geſtiendo, geſticulando, fingendo, immodice jocando, *&c.*
    - Sunt præterea aulici: quidam luxurioſi, libidinoſi, ebrioſi, obſcœni, noctambulones, impudentes, ſuperbi, ambitioſi, jactatores, grandiloqui, verſatiles, verſipelles, audaces, factioſi, iracundi, vindictæ avidi, tumidi, timidi, ignavi, ſegnes, maculoſi, invidioſi, oſores, ingrati, diſcordes, privatam ſpem quærentes, avari, mendici validi, indocti, rudes, pravi magiſtri, ſcelerumq; miniſtri, parricidæ, *&c.*
- Fortuna
- Exitus

cap. 13.

LIBRI SECUNDI.

De Fide privata, *princ.*
De permutatione, *cap. 1.*

De emptione & venditione & in iis fidei officiis
- Emptoris & venditoris communib.
- Venditoris tantum
- Emptoris tantum

cap. 2.

De Locatione & Conductione & in iis fidei officiis
- Locatoris & conductoris communibus
- Locatoris tantúm
- Conductoris tantúm

cap. 3.

De Societate, *cap. 4.*

De Mandato & in eo fidei officiis
- Mandantis & Mandatarii communib.
- Mandantis tantum.
- Mandatarii tantum.

cap. 5.

De depoſito & in eo officiis
- Deponentis & Depoſitarii communibus
- Deponentis tantum.
- Depoſitarii tantum.

cap. 6.

De Pactis, *cap. 7.*
De Tranſactionibus, *cap. 8.*
De Promiſſis, Pollicitationibus, & votis, *cap. 9.*

LIBRI TERTII.

De Adjunctis fidei Politicæ publicæ quàm privatæ, *princ.*
De Honeſto, Decoro, Utili & Natura, *cap. 1.*
De Probitate, *cap. 2.*
De Amicitia, *cap. 3.*

De Juſtitia quæ eſt vel
- Naturalis
- Civilis

cap. 4.

De Æquo & Bono, ubi æquitas eſt vel
- Naturalis
- Civilis

cap. 5.

LIBRI

LIBRI QUARTI.

De Contrariis fidei politicæ tam publicæ, quám privatæ, *princip.*

De Dolo, *cap.* 1.
De Fraude, *cap.* 2.
De Calliditate, *cap.* 3.
De Machinatione, *cap.* 4.
De Fallacia, *cap.* 5.
De Mendacio, *cap.* 6.
De Verborum ambiguitate, *cap.* 7.
De Simulatione & Diſſimulatione, *cap.* 8.
De Malitia, *cap.* 9.
De Perfidia, *cap.* 10.
De Perjurio, *cap.* 11.
De Injuria, *cap.* 12.
De Vi, *cap.* 13. *& ult.*

Digitized by Google

CUM DEO ET FIDE.

LIBER PRIMUS.

DE

FIDE POLITICA.

FActurus Fidei Politicæ tractationem, neceſſario priùs bonis inchoare initiis exiſtimavi: non quia velim verboſum commentarium facere, ſed quod in omnibus rebus animadverto, id perfectum eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. Et certe cujusque rei potiſſima pars principium eſt, *l. 1. ff. de origin. Iur.* Potiſſima autem pars, & 1.
bene geruntur & competenter, ſi principium fiat decens & amabile Deo. *Novell. 6. praef.* Ne itaque illotis manibus laborem aggrediar. *d. l. 1.* Sed potiſſimam partem principio eligam, Lacedæmonios quaſi imitari volo, qui admotis manibus fortunam invocandam eſſe duxerunt. Et Servilium, qui Romanos propter cultum divinum, quanquam gentilem, adeò extulit: quando ait: Majores veſtri omnium magnarum rerum & principia exorſi à Diis ſunt, & finem eum ſtatuerunt, *Liv. lib. 45. non procul à fine.* Cum quo Camillus diligentiſſimus religionum cultor: quem ob pietatem ita commendat idem *Liv. lib 5. anno ab V. C. 365.* commilitat, quando ait. Intuemini horum deinceps annorum vel ſecundas res vel adverſas: invenietis omnia proſpere eveniſſe ſequentibus Deos, adverſa ſpernentibus. Ita ethnico more Q. Fabius Dictator, quo die magiſtratum iniit, vocato Senatu ab Diis orſus, quum edocuiſſet patres plus negligentiâ cæremoniarum auſpiciorumque, quam temeritate atque inſcitia peccatum, *idem lib. 22.
princ. fere.* Non ut Sejanus adulator, qui benevolentia patris Auguſti, & 2.
mox plurimis Tiberii judiciis ita inſueviſſe dicebat, ut ſpes vitaque ſua non priùs ad Deos, quàm ad principum aures conferret, *Tacit. annal. 4. in med.* qui humanam fragilitatem & imbecillitatem impiè ſupra divinam opem ex-

tollere

tollere non erubuit. Religioſiores fuerunt Achæi, qui, etſi Romanos timerent, deos tamen ſanctiùs colerent: ut Lycortas eorum Prætor exclamavit: Veremur quidem vos, Romani, & ſi ita vultis, etiam timemus: ſed plus & veremur & timemus deos immortales, *Liv. lib. 39.* Mali principii, malus exitus. Religioſa contemplatione lætatus eſt pio ſymbolo Cæſar Heraclionas, *Reuſn. Symb. Imper. claſſ. 2. cap. 33.* Et difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, *Leo Epiſc. diſt. 61. cap. 5. cauſ. 1. qu. 1. cap. 25. l. 11. C. qui dare tutor, vel curat.* Itaque non gentili, ſed Chriſtiano cultu, divi Juſtiniani, *l. 2. C. de offic. præf. præt. Afr. quando ait*: In nomine Domini noſtri Jesu Christi ad omnia conſilia omnesque actus progrediamur, & ipſum verbi divini codicem: omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Jesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipſum, *ad Coloſſ. 3. v. 17.* cuſtodiemus.

CAPUT PRIMUM.

1. **FIdes ſanctiſſimum humani pectoris bonum,** *Senec. epiſt. 88.* Venerabile numen, certiſſimum ſalutis humanæ pignus. Quam ſemper in civitate noſtra viguiſſe omnes gentes ſenſerunt, *Valer. Max. lib. 6. cap. 6. princ.* vix tempeſtate hac inveniri & ſi inventa unquam fuerit, vix ſincera, non longæva, raro adultam ætatem, nunquam fere ſenectutem contingere, ſæpiſſime intra pupillares annos evaneſcere ſolet. De cujus origine & notatione etſi diſcrepant, cum ſocietate tamen humana ſurrexiſſe hanc nemo dubitabit. Audeamus imitari Stoicos, qui ſtudioſe exquirunt, unde verba ſunt dicta: credamuſque, quia fiat, quod dictum eſt, appellatam fidem, *Cic. offic. 1.* vel à fido, licet quantitatis ratio aliud ſuadeat (velut in verbo ſedeo, & nomine ſedes; verbo duco & nomine dux ducis) deſcendere videtur. Qua ſublata omnium rerum ordinem confundi, antiqui docuerunt Philoſophi, hinc ut cives ad juſtitiam in contractibus obſervandam adduceret [Numa] excogitavit quiddam non animadverſum ante à quoquam eorum, qui celebres conſtituere reſpublicas, videns enim contractus palam & coram teſtibus factos manere inviolatos conſociorum verecundia, raroque in his admitti injuriam; qui

2.

verò

Digitized by Google

verò ſine teſtibus fierent, quorum longe major eſt numerus, eos conſtare ſola fide contrahentium, quo magis eam commendaret omnium ſtudiis, divinos illi honores deferendos cenſuit. Juſtitiam enim & Themin & Nemeſin, quæque à Græcis Erinnyes appellantur, ſatis cultus & venerationis apud majores conſequutas putavit: fidem autem, qua nullus apud mortales major & ſanctior eſt affectus, nondum dignam venerationem adeptam eſſe vel in publicis civitatis rebus, vel in privatis. Hæc cogitans primus omnium hominum fidei publicæ templum ſacravit, aſſignatis ex ærario ſacrificiis, quemadmodum Diis cœteris. Publicus enim civitatis mos in fide hominibus conſtanter ſervanda. Privatorum etiam hominum mores ad idem ſtudium progreſſu temporis erat confirmaturus. Adeò certe venerabilis & inviolabilis ea res eſt habita, ut ſua cuique fides pro ſanctiſſimo jurejurando & longe firmiſſimo teſtimonio fuerit: & quoties alter cum altero contractum feciſſet, ſine teſtibus, ſi qua exorta eſſet controverſia, eam alterius litigantium fides dirimebat, quin & magiſtratus & judices in dubiis cauſis plerumque ex alterius partis fide ac ſacramento faciebant arbitrium, *Dionyſ. Halicarn. antiqu. Rom. lib. 2. n. mib. 77. Plutarch. in Num. n. mib. 29.* Fides in Capitolio dedicata proxime à M. Æmilio Scauro, ante autem ab Attilio Calatino erat fides conſecrata, *Cic. de natura deor. lib 2. n. 61. & offic. 3. n. 104.* Ennius: O Fides alma apta pinnis & jusjurandum Jovis! qui jusjurandum igitur violat, is Fidem violat, quam in Capitolio vicinam Jovis Opt. Max. majores noſtri eſſe voluerunt. Cum itaque intereſſe rebus 3. humanis cœleſte numen videretur, ea pietate omnium pectora imbuerat [Numa] ut fides ac jusjurandum propulſo legum ac pœnarum metu, civitatem regerent, *Liv. lib 1. anno ab V. C. 39. & paulo infr. ibid.* Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua, quo quia perſæpe Numa, ſine arbitris, velut ad congreſſum deæ inferebat, Camœnis eum lucum ſacravit, quòd earum ſibi concilia cum conjuge ſua Ægeria eſſent, & ſoli fidei ſolenne inſtituit. Ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi juſſit, manuque ad digitos uſque involuta rem divinam facere ſignificantes fidem tutandam, ſedemque ejus in dextris ſacratam eſſe. Ita ſanctum erat Fidei templum, ut ominoſum & Reip. periculoſum haberetur, cum de cœlo fulmine tacta eſſet ædes Jovis Capitolini, & ex eo, quæ circa fanum fidei eſſent, concuterentur, fulmina nam permulta deciderant, *in quâ Dio Caſſ. lib. 49. anno ab V. C. 711.* quibuſdamque cella Jovis capitolini, quæ erat in templo victoriæ, tacta fuerat; ventus vehemens coortus columnas,

quæ poſitæ erant circa fanum Saturni & Fidei, evulſerat ac diſſipaverat, & non ſolùm in templo, ſed etiam in curia poſtea Fidem tanquam in ſacrario ſitam coluerunt. Curia enim mortalium concilium ac Fidei templum dictum, quam civitas ſemper benignam præſtitit, & in animis conſtantem recognuit, *Valer. Max. lib. 6. cap. 6. n. 2.* Hinc Romani & aliarum gentium non ſpernenda pars, Fidem tam publicam, quàm privatam non ſolùm in publicis negotiis, ſed etiam in privatis eorum actionibus, contractibus & pactis fideliſſimé & conſtantiſſimé, nobis maximo, præſertim hoc depravato ſeculo, tam exemplo, quàm monumento, cuſtodiverunt, eamque tandem in omnibus ſubſtratæ materiæ totius juris civilis legibus, ſub titulo bonæ fidei diſſeminarunt, de qua ſi hic ſcribendi locus eſſet, noſtrum inſtitutum ea materia obumbraretur. Ne laudes itaque & dignæ virtutum commendationes ſileantur, illuſtrium exemplorum examen ſubjicere conſtitui. Quia Fides Romana, Juſtitia Imperatoris in foro & curia celebrantur, *Liv. lib. 5. anno ab V. C. 361.* Legati Faleriorum, vos, inquiunt, fidem in bello quam præſentem victoriam maluiſtis: nos fide provocati victoriam ultro detulimus, nec vos fidei noſtræ, nec nos imperii veſtri pœnitebit. *Liv. lib. 5. ibid.* Omnibus quidem virtutum generibus exercendis colendisque populus Romanus è parva origine ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit: ſed omnium maxime atque præcipue fidem coluit, ſanctamque habuit tam privatim, quàm publicè. Sic Conſules clariſſimos viros hoſtibus confirmandæ fidei publicæ cauſa dedit. Sic clientem in fidem acceptum chariorem haberi, quàm propinquos, tuendumque eſſe contra cognatos cenſuit. Neque prius ullum facinus æſtimatum eſt, quàm ſi quis, cui probaretur, clientem deriſui habuiſſe. Hanc autem fidem majores noſtri non modò in officiorum vicibus, ſed in negotiorum quoque contractibus ſanxerunt, maximeque in pecuniæ mutuaticiæ uſu atque commercio. *&c. Aul. Gell. noct. Attic. lib. 20. cap. 1.* Rex Hiero fidiſſimus Imperij Romani cultor, *Liv. lib. 26.* Præclaram ab Senatu Romano ob fidem ſervatam meritus eſt laudem & gloriam, quando ipſi ab Senatu ita reſponſum: Virum bonum, egregiumque ſocium Hieronem eſſe, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit, fidem coluiſſe ac rem Romanam omni tempore ac loco munificè adjuviſſe, *Idem lib. 22. anno ab V. C. 537.* Moriens hinc Hiero tutores numero quindecim puero reliquit, quos precatus eſt, ut fidem erga populum Romanum quinquaginta annos ab ſe cultam inviolatam ſervarent, juvenemque ſuis potiſſimùm veſtigiis inſiſtere vellent.

pellent: diſciplinæq; in qua edoctus eſſet, *Idem lib. 24. princ. fere.* Ad Ptolo-
mæum Ægypti Regem legati tres miſſi, C. Claudius Nero, M. Æmilius Le-
pidus, P. Sempronius Tuditanus, uti & annunciarent victum Annibalem,
Pœnoſq; & gratias agerent Regi, quòd in rebus dubiis, quum finitimi etiam
ſocii Romanos deſererent, in fide manſiſſet, *Idem lib. 31. princ.* Nabis
ad Quintium. Si tales eſſetis, quales Carthaginenſes fama eſt, apud quos
nihil ſocietatis fides ſancti habetur, nunc vos intueor, Romanos eſſe video,
qui rerum divinarum fœdera, humanarum fidem ſocialem ſanctiſſimam
habeatis, *Idem lib 34. in med.* Et cùm legationes ſociorum à M. Attilio
Prætore in Senatum introductæ quererentur, uri & vaſtari agros à finiti-
mis Etruſcis, obteſtarenturque patres conſcriptos; ut ſe à vi atque ab inju-
ria communium hoſtium tutarentur. Reſponſum legatis: curæ Senatui
futurum, ne ſocios fidei ſuæ pœniteret, *Idem lib. 10. in fine.* Nihil enim 5.
tam congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ ſemel placuerunt, ſervare, *l. 1.
ff. de pact. l. 20. C. de Tranſact.* Grave enim eſt fidem fallere, *l. 1. l. 25. ff.
de Conſtit. pec. l. 5. ff. de lege Commiſſ.* Scipio omnium primùm ratus tueri
publicam fidem. *Liv. lib. 29. princ.* Et exclamavit aliquando multitudo
Romana, nunquam unum militem habituros, niſi præſtaretur fides publi-
ca, *Idem lib. 2. anno ab V. C. 260.* nulla laſſitudo impedire officium & fi-
dem debet. *Cic. epiſt. lib. 12 epiſt. 25.* Inter Romulum & Tatium manibus
hinc inde complicatis, pacis compoſitionem interceſſiſſe ex Ennio. *1. an-
nal.* quum inquit, conſtat.

Accipe daque fidem fœduſque feri bene firmum.

Sic Virgil. lib. 8. Æneid.

Accipe daque fidem, ſunt nobis fortia bello
Pectora; ſunt animi & rebus ſpectata juventus.

De Semnonibus, qui ſe vetuſtiſſimos nobiliſſimoſque Suevorum me-
morant *ait Tacit.* Fides antiquitatis religione firmatur, *de morib. Ger-
man.* Et erat in exercitu cognomento Flavius inſignis fide, *Idem annal. 2.*
Sic Morabodus à Cæſare reſponſum. Tutam ei honoratamque ſedem in
Italia fore, ſi maneret: ſin rebus ejus aliud conduceret, abiturum fide, qua
veniſſet, *Ibid.* Megalopolitani maluerunt vitam in exilio trahere, dimiſſis
domibus, ſepulchris, templis, fortunis, omnibus denique rebus neceſ-
ſariis, quàm aliquid violatæ fidei ſignum præ ſe ferre, quo quid majus aut
præclarius factum eſt unquam? vel in poſterum fiet? *Polyb. lib. 2. n. 17.*
Ejus quod diximus inſigne nobis argumentum præbent divina oracula, quæ 6.

nos docent Deum ipſum, qui nulla conſtituta lege obſtringi poteſt, contra naturam ſuam facturum, niſi promiſſa & fidem præſtaret, *Hebr. 6. v. 18. & 10. v. 23. 1. Corinth. 10. v. 13.* Unde ſequitur, ut promiſſa præſtentur, venire ex natura immutabilis juſtitiæ, quæ Deo & omnibus his, qui ratione utuntur, ſuo modo communis eſt, *Hugo Grot. de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 11. n. 4.* Tam conſtanter Romani fidem ſervare voluerunt, ut eos, qui fraude & inſidiis magis graſſari, quàm fide & virtute incedere tentarent, minis & caſtigationibus corrigere non omitterent. Metu tenendos, quos fides non tenuiſſet, *inquit Liv. lib. 7. anno ab V. C. 403.* Julius Auſpex ſapientiſſimum quemque reverentia fideque, juniores periculo ac metu continuit, *Tacit. hiſt. 4.* Camillus Conſules increpabat, quòd fide publica decipi tribunos eos taciti tuliſſent, qui Senatus auctoritatem ſequuti eſſent, *Liv. lib. 5. anno ab V. C. 362.* Digniſſimum Romano nomine elogium. Q. Marcius Conſul parricidio Perſei perpetrato in fratrem, cogitato in parentem ſcelere partum regnum, veneficia, cædes latrocinio nefando petitum Eumenem, injurias in populum Romanum, direptiones ſociarum urbium contra fœdus: ea omnia, quam Dii quoque inviſa eſſent, ſenſurum in exercitu rerum ſuarum memorando tandem exclamavit: Favere pietati fideique Deos, per quæ populus Romanus ad tantum faſtigii venerit, *Idem lib. 44. princ.* Nemo enim eſt, *inquit Cic.* qui non hanc affectionem animi probet atque laudet: quia non modò utilitas nulla quæritur, ſed contra utilitatem etiam conſervatur fides, *de finibus boni & mali lib. 5. n. 63.*

At fides & ingeni
Benigna vena eſt — — — —
Horat. lib. 2. Od. 18.

Heu pietas, heu priſca fides, invictaque bello
Dextera — — — — *Virgil. Æneid. 6. v. 879.*

Econtra fidei ruptæ gratia de dolo poteſt actio in caſibus quibuſdam exerceri, *l. 1. C. de dolo malo.*

CAPUT SECUNDUM.

Fides eſt dictorum conventorumq; conſtantia & veritas, *Cic. offic. 1. n 23.* Fidentia verò eſt, per quam magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocavit, *Idem lib. 2. de Invent. n. 37.* *Et lib. 4. Tuſc. quæſt. n 80. ait:* Fidentia, id eſt, firma animi confiſio, eſt ſcientia quædam & opinio gravis, non temere aſſentiens, *Iohann. Henr. Bœclerus ait:* Eſt ubique fides in omni humana conventione veluti anima quædam totius negotii & Spiritûs: ſed præſertim publicis magniſque pactionibus ſingularis ſimplicitas ſanctitaſque fidei debetur, *in Cornel. Tacit. lib. 1. annal. cap. 10. n. 5.* Sapienter olim Solon dixit: oratio ſive ſermo imago eſt operum & factorum. Apud Græcos in proverbium ceſſit: talis fuit hominibus oratio, qualis vita. Quemadmodum autem uniuscujuſque actio dicenti ſimilis eſt, ſic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Non poteſt eſſe alius ingenio, alius animo color. Si ille ſanus eſt, ſi compoſitus, gravis, temperatus, ingenium quoque ſiccum ac ſobrium eſt: illo vitiato, hoc quoque afflatur, *Senec. epiſt. 114.* Quare quid ſcribas, non quemadmodum & hoc ipſum, non ut ſcribas, ſed ut ſentias: ut illa, quæ ſenſeris, magis applices tibi & velut ſignes. Cujuscunque orationem videris ſolicitam & politam, ſcito animum quoque non minùs eſſe puſillis occupatum: oratio vultus animi eſt: ſi circumtonſa eſt, & manufacta & fucata, oſtendit illum quoque non eſſe ſincerum & habere aliquid fracti, *Idem epiſt. ſequ.* Ubicunque videris orationem corruptam placere, ibi mores quoque à recto deſciviſſe, non erit dubium, *dicta epiſt. 114.* Romulus vaſa fictilia, dicebat, ſono & percuſſu, hominem ſermone explorandum eſſe. Quem reſpexiſſe, Terentium, dicere auſim *in Heaut.* Nam mihi quale ingenium habeas, vel indicio eſt oratio. Eſt oratio, ut Democritus ait, operis umbra, *Plutarch. de Inſtit. liber.* Animi motum non ſolùm oratio, verùm etiam vultus detegit, *l. 19. §. 1. ff. de offic. præſid.* ut pulchritudo corporis, apta compoſitione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt: ſic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibus cum vivitur, ordine ac conſtantia & moderatione dictorum omnium atque factorum, *Cic. offic. 1. n. 98.*

omnia

omnia rerum omnium, ſi obſerventur, indicia ſunt, & argumentum morum ex minimis quoque licet capere. Impudicum & inceſſus oſtendit, & manus mota, & unum interdum reſponſum,& relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum viſus, inſanum vultus habituſque demonſtrat. Illa enim in apertum per notas exeunt. Qualis quiſque ſit, ſcies, ſi, quemadmodum laudetur, aſpexeris, *Senec. epiſt. 52.* Itaque, ut in fidibus muſicorum aures vel minima ſentiunt: Sic nos, ſi acres ac diligentes judices eſſe volumus, animadverſoresque vitiorum: magna intelligemus ſæpe ex parvis, ex oculorum obtutu & ſuperciliorum aut remiſſione, aut contractione, ex mœſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſubmiſſione, ex cæteris ſimilibus facilé judicabimus, quid eorum apté fiat, quid ab officio naturaque diſcrepet, *Cic. offic. 1. ad fin. vide Syr. 19. in fine. & 27. v. 8. Philipp. Camerar. hor. ſucciſ. cent. 1. cap 57.* Nos naturam ſequamur, & ab omni, quod abhorret, ab oculorum auriumque approbatione refugiamus. Status, inceſſus, ſeſſus, accubitio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum, *Cic. offic. ibid. n. 128.*

3. Cum fides in dictis & conventis, tanquam in ſubjecto aliquo & materia circa quam, verſetur. Hæc de dictis & dictorum conſonantia memorata ſunt, nunc de ipſis factis ſeu conventis.

Nec veró illa parva vis naturæ eſt rationiſque: quod unum hoc animal ſentit, quid ſit ordo, quid ſit, quod deceat in factis dictiſque, qui modus, itaque eorum ipſorum, quæ aſpectu ſentirentur, nullum aliud animal pulchritudinem, venuſtatem, convenientiam partium ſentit, quam ſimilitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens, multó etiam magis pulchritudinem, conſtantiam, ordinem in conſiliis factiſque conſervandum putat, cavetque, ne quid indecoré effœminateve faciat: tum in omnibus & in opinionibus & factis, ne quid libidinoſe aut faciat aut cogitet, *Cic. offic. 1. n. 14.* Vocis quidem miniſterio in rebus ſignificandis utimur, *l. 7. §. 1. ff. de ſuppell. legat.* Et quorſum nomina, inquit Tubero, niſi ut demonſtrent voluntatem dicentis. Siquidem non arbitror quenquam dicere, quod non ſentiret, ut maximé nomine uſus ſit, quo id appellari ſolet, nam vocis miniſterio utimur (ut priús dictum) cæterum nemo eſt exiſtimandus dixiſſe, quod non mente agitaverit. Et pergit ita Celſus; ſed

etſi

etſi me magnopere Tuberonis & ratio, & auctoritas movet, non tamen à Servio diſſentio, non videri quenquam dixiſſe, cujus non ſuo nomine uſus ſit, nam etſi prior atque potentior eſt, quàm vox, mens dicentis: tamen nemo ſine voce dixiſſe exiſtimatur, *d. l. in fine*. Et qui aliud dixit, quàm vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur, *l. 3. ff. de reb. dub.* quia quilibet loqui præſumitur, quod ex his, quæ ſignificantur, ſenſit, *l. 125. ff. de V. S.* id eſt, non figura literarum, ſed oratione, quæ attenditur, *l. 38. ff. de obl. & Act.* non enim tam ſcriptura, quàm veritas conſiderari ſolet & debet, *l. 2. C. de Emancip. liber* Et magis ipſa facta probant voluntatem, quàm verba, *l. 48. §. 3. ff. de Ædil. Edicto.* ipſæque res magis, quàm verba intuenda, *l. 41. ff. de jure dot.* neque verba, ſi res ſe aliter habeat, fidem veri perſtringunt, *l. 6. C. de Teſtam. & quemadm.* neque, cùm manifeſtiſſimus ſenſus eſt, verborum interpretatio tantùm valeat, ut melior ſenſu exſiſtat, *l. 4. C. de liber. præterit.* Semper enim in fide, quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum, *Cic. offic. 1. n 40.* Et ipſa verba cum effectu ſunt accipienda, *l. pen. §. 2. ff. Ne quis eum, qui in jus vocat, l. 1. §. 2. ff. quod quiſq; juris in alium.* Ita explicatè ut non minùs valeat, quod ſcripturâ, quàm quod vocibus linguâ figuratis eſt ſignificatum, *d l. 38.* Neque verba captari, ſed qua mente quid diceretur, animadvertere convenit, *l 19. ff ad Exhib.* Imò & verba reſcriptorum debent æquitati conformari & reduci ad jus commune, etiamſi natura verborum non patiatur. Et licét regulariter verba aliquid operari debeant, tamen regula illa non procedit, ſi juris ratio hoc non patiatur, & jus tertii ex tali interpretatione verborum læderetur, *Andr. Gail. pr. obſ. lib. 1. obſ. 33 n. 6.*

Dictis & conventis, eorúmque conſonantia in præmiſſis, explicatis: ſupereſt de conſtantia & veritate pauca referre. 4

Apertum & animoſum bonæ fidei pectus emenſo quaſi debitum ſupereſt opus conſtantiæ. Naturâ enim comparatum eſt, ut quiſquis ſe aliquid ordine, ac rectè mente complexum confidit, vel jam geſtum ſit, ſi obtrectetur, acriter tueatur: vel nondum editum, ſi interpelletur, ſine ulla cunctatione ad effectum perducat, *Valer. Max. lib. 3. cap. 8 princ.* Nihil eſt, quod tam deceat, quàm in omni re gerenda ſervare conſtantiam, *Cic. offic. 1. n. 125.* Ferebatur in deditionem ſimul Segeſtes ipſe ingens

 viſu,

Digitized by Google

viſu, & memoriâ bonæ ſocietatis impavidus. Verba ejus in hunc modum fuere: Non hic mihi primus erga populum Romanum fidei & conſtantiæ dies, ex quo à Divo Auguſto civitate donatus ſum, amicos inimicoſque ex veſtris utilitatibus delegi, *Tacit. annal. 1.* Sido atque Italicus reges Suevorum, quibus vetus obſequium erga Romanos, & gens fidei commiſſæ patientior, *Idem hiſt. 3. princ.* Contentio aliquando non exigua in luxum civitatis inter Gallum Aſinium & L. Piſonem Tiberio coram oriebatur. Et cùm pro opibus & fortunis Reip. ac familiarum Gallus Aſinius multum diſſereret, neque id tempus cenſuræ eſſe Tiberius adjiceret: L. Piſo diſcors & ambitum fori, corrupta judicia, ſævitiam oratorum, accuſationes minitantium increpans, abire ſe & cedere urbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure teſtabatur: ſimul curiam relinquebat. Commotus eſt Tiberius, & quanquam mitibus verbis Piſonem permulſiſſet, propinquos quoque ejus impulit, ut abeuntem auctoritate vel precibus tenerent, *Idem annal. 2.* Rarum conſtantiæ & publicæ adverſus calamitatem & enormia vitia Reip. caſtigationis exemplum. Cui ſimilis eſt Blæſus, huic enim ſuper claritatem natalium & elegantiam morum fidei obſtinatio fuit. Integris quoque rebus à Cæcina & primoribus partium, jam Vitellium aſpernantibus, ambitus abnuere perſeveravit. Sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeò non principatus appetens, ut parùm effugeret, ne dignus crederetur, *Idem hiſt. 3.* Celſus conſtanter ſervatæ erga Galbam fidei, crimen confeſſus, exemplum ultrò imputavit. Nec Otho quaſi ignoſceret, ſed ne hoſti metum reconciliationis adhiberet; ſtatim intra intimos amicos habuit, & mox bello inter duces delegit, manſitque Celſo velut fataliter etiam pro Othone fides integra & infelix, *Idem hiſtor. 1.* Tiberius etiam certa ex cauſa ſemel placita pro æternis ſervaviſſe dicitur, *Idem annal. 1. in fine.* Magni & conſtantis animi fuit Vocula,
5. de quo Tacit. ait: Quoties Romanæ legiones perire præoptaverint, ne loco pellerentur. Socii ſæpe noſtri, exſcindi urbes ſuas ſeque cum conjugibus ac liberis cremari pertulerunt. Neque aliud pretium exitus, quàm fides famaque, *hiſtor. 4. & annal. 15. inquit:* Pœtus Thraſea. Ergo adverſus novam provinciarum ſuperbiam, dignum fide conſtantiaque capiamus conſilium. Commendandæ magis militari modo, quàm imitandæ conſtantiæ exemplum refert *Tacit. hiſtor. 3. in med. ferè cùm ait:* Notabili conſtantia, centurio Julius Agreſtis, poſt multos ſermones, quibus Vitellium ad virtutem fruſtra accendebat, perpulit ad vires hoſtium ſpectandas, quæ

& apud

Digitized by Google

& apud Cremonam acta forent, ipſe mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentavit, ſed mandata Imperatoris ſuumque animum profeſſus, ut cuncta viſeret, poſtulat. Miſſi qui locum prælii, Cremonæ veſtigia, captas legiones oſtenderent. Agreſtis ad Vitellium remeavit, abnuentiq; vera eſſe, quæ referret, atque ultro corruptum arguenti. Quemadmodum, inquit, magno documento opus eſt; nec alius jam tibi, aut vitæ, aut mortis meæ uſus, dabo, cui credas. Atque ita digreſſus voluntaria morte dicta firmavit. Præclaræ virtutis & inſignis conſtantiæ exemplum in C. Mutio, poſtea Scævola dicto, quaſi veſtigium eſt. Hic cùm ſcribam pro Rege Tarquino obtruncaret & comprehenderetur: Romanus ſum, inquit, civis, hoſtis hoſtem occidere volui, nec ad mortem minus animi eſt, quàm fuit ad cædem, & facere, & pati fortia Romanum eſt. En tibi, inquit, ut ſentias, quàm vile corpus ſit iis, qui magnam gloriam vident, dextramq; accenſo ad ſacrificium foculo injicit, *Liv. lib. 2. anno ab V. C. 247.* Et non ſolùm in hoc, ſed etiam in ſequiori ſexu præclaræ virtutis, fortitudinis, conſtantiæ reperiuntur exempla. Ut plura reticeam, hoc unum addam. Auxit invidiam præclaro exemplo fœmina Legus, quæ filio abdito, cùm ſimul pecuniam occultari milites credidiſſent, eoq; per cruciatus interrogarent, ubi filium occuleret, uterum oſtendens, latere reſpondit. Nec ullis deinde tortoribus, aut morte, conſtantiam vocis egregiæ mutavit, *Tacit. hiſtor. 2. princ. fere.* Hæc de Conſtantia, nunc de Veritate nonnulla.

Rara temporum felicitas eſt, ubi ſentire, quæ velis, & quæ ſentias, dicere licet, *Idem hiſtor. 1. princ.* Dicere fortaſſe, quæ ſentias, non licet: tacere planè licet, *Cic. epiſt. lib. 4. epiſt. 9.* Veritatem hîc, congruentiam ſive conformitatem alicujus rei cùm noſtro intellectu, quam alii docent, non conſidero: ſed prout res humanæ ſunt geſtæ & factæ, aut adhuc geruntur & fiunt (quæ duplex eſt: vel oculata, vel aurita, ut Juſtin. ait: Veritas magis oculatâ fide, quàm per aures animis hominum infigitur, *§. ult. Inſt. de gradib. cognat.*) quæ errore aut mendacio non tolluntur, nec vitiantur, (quemadmodum novellæ hodie non modò vitiantur, ſed honeſtè dictum illuminantur.) Sed ſui naturâ firmæ & immutabiles permanent, ut Ulp. refert: Adſumptio originis, quæ non eſt, veritatem naturæ non perimit, errore enim veritas originis non amittitur, nec mendacio dicentis ſe eſſe, unde non ſit, deponitur, neque recuſando quis patriam, ex quâ oriundus eſt, neque mentiendo de ea, quam non habet, veritatem mu- 6.

viſu, & memoriâ bonæ ſocietatis impavidus. Verba ejus in hunc modum fuere: Non hic mihi primus erga populum Romanum fidei & conſtantiæ dies, ex quo à Divo Auguſto civitate donatus ſum, amicos inimicoſque ex veſtris utilitatibus delegi, *Tacit. annal. 1.* Sido atque Italicus reges Suevorum, quibus vetus obſequium erga Romanos, & gens fidei commiſſæ patientior, *Idem hiſt. 3. princ.* Contentio aliquando non exigua in luxum civitatis inter Gallum Aſinium & L. Piſonem Tiberio coram oriebatur. Et cùm pro opibus & fortunis Reip. ac familiarum Gallus Aſinius multum diſſereret, neque id tempus cenſuræ eſſe Tiberius adjiceret: L. Piſo diſcors & ambitum fori, corrupta judicia, ſævitiam oratorum, accuſationes minitantium increpans, abire ſe & cedere urbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure teſtabatur: ſimul curiam relinquebat. Commotus eſt Tiberius, & quanquam mitibus verbis Piſonem permulſiſſet, propinquos quoque ejus impulit, ut abeuntem auctoritate vel precibus tenerent, *Idem annal. 2.* Rarum conſtantiæ & publicæ adverſus calamitatem & enormia vitia Reip. caſtigationis exemplum. Cui ſimilis eſt Blæſus, huic enim ſuper claritatem natalium & elegantiam morum fidei obſtinatio fuit. Integris quoque rebus à Cæcina & primoribus partium, jam Vitellium aſpernantibus, ambitus abnuere perſeveravit. Sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeò non principatus appetens, ut parùm effugeret, ne dignus crederetur, *Idem hiſt. 3.* Celſus conſtanter ſervatæ erga Galbam fidei, crimen confeſſus, exemplum ultrò imputavit. Nec Otho quaſi ignoſceret, ſed ne hoſti metum reconciliationis adhiberet; ſtatim intra intimos amicos habuit, & mox bello inter duces delegit, manſitque Celſo velut fataliter etiam pro Othone fides integra & infelix, *Idem hiſtor. 1.* Tiberius etiam certa ex cauſa ſemel placita pro æternis ſervaviſſe dicitur, *Idem annal. 1. in fine.* Magni & conſtantis animi fuit Vocula,
5. de quo Tacit. ait: Quoties Romanæ legiones perire præoptaverint, ne loco pellerentur. Socii ſæpe noſtri, exſcindi urbes ſuas ſeque cum conjugibus ac liberis cremari pertulerunt. Neque aliud pretium exitus, quàm fides famaque, *hiſtor. 4. & annal. 15. inquit:* Pœtus Thraſea. Ergo adverſus novam provinciarum ſuperbiam, dignum fide conſtantiaque capiamus conſilium. Commendandæ magis militari modo, quàm imitandæ conſtantiæ exemplum refert *Tacit. hiſtor. 3. in med. fere cùm ait:* Notabili conſtantia, centurio Julius Agreſtis, poſt multos ſermones, quibus Vitellium ad virtutem fruſtra accendebat, perpulit ad vires hoſtium ſpectandas, quæ

& apud

& apud Cremonam acta forent, ipſe mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentavit, ſed mandata Imperatoris ſuumque animum profeſſus, ut cuncta viſeret, poſtulat. Miſſi qui locum prælii, Cremonæ veſtigia, captas legiones oſtenderent. Agreſtis ad Vitellium remeavit, abnuentiq; vera eſſe, quæ referret, atque ultro corruptum arguenti. Quemadmodum, inquit, magno documento opus eſt; nec alius jam tibi, aut vitæ, aut mortis meæ uſus, dabo, cui credas. Atque ita digreſſus voluntaria morte dicta firmavit. Præclaræ virtutis & inſignis conſtantiæ exemplum in C. Mutio, poſtea Scævola dicto, quaſi veſtigium eſt. Hic cùm ſcribam pro Rege Tarquino obtruncaret & comprehenderetur: Romanus ſum, inquit, civis, hoſtis hoſtem occidere volui, nec ad mortem minus animi eſt, quàm fuit ad cædem, & facere, & pati fortia Romanum eſt. En tibi, inquit, ut ſentias, quàm vile corpus ſit iis, qui magnam gloriam vident, dextramq; accenſo ad ſacrificium foculo injicit, *Liv. lib. 2. anno ab V. C. 247.* Et non ſolùm in hoc, ſed etiam in ſequiori ſexu præclaræ virtutis, fortitudinis, conſtantiæ reperiuntur exempla. Ut plura reticeam, hoc unum addam. Auxit invidiam præclaro exemplo femina Legus, quæ filio abdito, cùm ſimul pecuniam occultari milites credidiſſent, eoq; per cruciatus interrogarent, ubi filium occuleret, uterum oſtendens, latere reſpondit. Nec ullis deinde tortoribus, aut morte, conſtantiam vocis egregiæ mutavit, *Tacit. hiſtor. 2. princ. fere.* Hæc de Conſtantia, nunc de Veritate nonnulla.

Rara temporum felicitas eſt, ubi ſentire, quæ velis, & quæ ſentias, dicere licet, *Idem hiſtor. 1. princ.* Dicere fortaſſe, quæ ſentias, non licet: tacere planè licet, *Cic. epiſt. lib. 4. epiſt. 9.* Veritatem hîc, congruentiam ſive conformitatem alicujus rei cum noſtro intellectu, quam alii docent, non conſidero: ſed prout res humanæ ſunt geſtæ & factæ, aut adhuc geruntur & fiunt (quæ duplex eſt: vel oculata, vel aurita, ut Juſtin. ait: Veritas magis oculata fide, quàm per aures animis hominum infigitur, *§. ult. Inſt. de gradib. cognat.*) quæ errore aut mendacio non tolluntur, nec vitiantur, (quemadmodum novellæ hodie non modò vitiantur, ſed honeſtè dictum illuminantur.) Sed ſui naturâ firmæ & immutabiles permanent, ut Ulp. refert: Adſumptio originis, quæ non eſt, veritatem naturæ non perimit, errore enim veritas originis non amittitur, nec mendacio dicentis ſe eſſe, unde non ſit, deponitur, neque recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt, neque mentiendo de ea, quam non habet, veritatem mu- 6.

tare poteſt, *l. 6. ff. ad Municip.* Acta ſimulata veritatis ſubſtantiam mutare non poſſunt, *l. 2. C. plus valere quod agit: quàm quod ſimulate concip.* neque ſi legum ſubtilitate aliquid in jure fiat, ideo rei veritas deleta atque confuſa eſt, *l. 30. C. de jure dot.* Veritas eſt, per quam immutata ea, quæ ſunt aut antè fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur, *Cic. lib. 2. ad Herenn. n. 36.* Veritas rerum erroribus geſtarum non vitiatur, *l. 6. ff. de offic. præſid.* Sola veritas & interitus, & finis expers eſt, illud habens præ cunctis rebus privilegium, quod de tempore ipſa, non de ipſa tempus triumphat, *Horol. Princ. Ant. de Guev. lib. 1. princ.* Sanctum virum, gravitate & fide præditum, cum tanto honore, atque vitæ dignitate apud populum loquentem, nihil decet aliud dicere, quàm quod verum ſibi atq; omnibus videtur: præſertim cùm ſuper ea re dicit, quæ quotidiana intelligentia, & communi pervulgatoq; vitæ uſu comprehenduntur, *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 1. c. 6.* A veritate laborare nimis jus ſæpe, ajunt, exſtingui nunquam, *Liv. lib. 22. anno ab V. C. 538.* quia multa adſolet præbere veſtigia ſui, *Idem lib. 40. prope fin.* Et infringi ſæpe ſolet: Veritas pluribus modis infracta, *inquit Tacit.* primum inſcitia Reip. ut alienæ, mox libidine aſſentandi, aut rurſus odio adverſus dominantes, *hiſt. 1. princ.* Sæpe etiam ipſa veritas ob metum falſa redditur & hominibus exponitur, *ut Idem annal. 1. princ. refert.* Sed veteris populi Rom. proſpera vel adverſa, claris ſcriptoribus memorata ſunt: temporibusq; Auguſti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliſcente adulatione deterrerentur. Tiberii, Cajiq; & Claudii, ac Neronis res, florentibus ipſis, Ob metum falſæ: poſtquam occiderant, recentibus odiis compoſitæ ſunt. Sic & haud falſa ſunt, quæ vera non probantur, *Idem annal. 15.* Solet tamen veritas, quò magis premitur, ſe magis erumpere, ut de Vitellio refert *Tacitus.* Mirum apud eum de bello ſilentium: prohibiti per civitatem ſermones, eoq; plures: ac ſi liceret, vera narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgaverant, *hiſt. 3.* Exemplo

7\. veritatem non celantibus, ſed ingenuè eam profitentibus, nobis eſſe poteſt Helvidius Priſcus, quem non ſatis laudibus extollit *Tacit.* quando ait inter cœtera de ipſo referens: Cæteri vultu manuq;, pauci quibus conſpicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum, compoſitis orationibus aſſentiebantur. Ubi ad Helvidium Priſcum Prætorem deſignatum ventum, promiſit ſententiam, ut honorificam in bonum principem. Falſa aberant & ſtudiis Senatus attollebatur. Isq; præcipuus illi dies magnæ offenſæ initium & magnæ gloriæ fuit, *hiſt. 4. princ.* Tiberius etiam, ſi non alibi aliter,

Digitized by Google

ex hoc loco non exiguam gloriam portaret, quando ait: Tum demum Tiberius ortum patratumq; bellum Senatui ſcripſit, neq; demſit, aut addidit vero, ſed fide ac virtute legatos, ſe conſiliis ſuperfuiſſe, *Idem annal. 3.* Veritas viſu & mora, falſa feſtinatione & incertis valeſcunt, *Idem annal. 2.* Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula & operatur juſtitiam, qui loquitur veritatem in corde ſuo, *Pſalm. 14.* Quod verum, ſimplex ſincerumq; ſit, id eſſe naturæ hominis aptiſſimum, *Cic. offic. 1. n. 13.* Sed dubitare licet de illa veritate, quando dicitur: res judicata pro veritate accipitur, *l. 25. ff. de ſtatu hom. l. 207. ff. de R. Iur.* cùm multæ iniquæ & injuſtæ ſententiæ pro veris & juſtis vendantur. Sed boni publici non minùs, quàm privati cauſa, ut tandem litium finis ſit, & ne ſint immortales & vitæ hominum modum excedant, *l. 13. C. de Iudic. Novell. 96. cap. 2.* illæ ſententiæ ſive albæ, ſive nigræ fuerint, fatali præterlapſo pro veritate accipiuntur, nec eatenus juſti natura per iniquam ſententiam, quæ pro veritate accipitur, vitiatur aut tollitur, licèt obſcuretur. Fides veritatis, ſæpe etiam verborum adminicula, neq; ſcripturam deſiderat, *l. 1. C. ſi min. ab hered. ſe abſtin.* Præſertim ubi de veritate planè conſtat, ut verbis, neq; ſcriptura opus ſit. Sicut enim non ſemper, ita ſæpe ſine publicis monumentis cujusque rei veritas deprehenditur. aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas & auctoritas, aliàs veluti conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem, *l. 3. §. 2 ff. de Teſtib.* Et in contractibus rei veritas potiùs, quàm ſcriptura perſpici debet, *l. 1. C. plus valere quod agit: quàm quod ſimul concip. l. 10. C. de Donationib.* quia interdum non relecta ſubſcribuntur & fides habetur, *l. ult. C. eod.* quanquam minùs cautè. Sed cùm homines faciles ſint ad diſſentiendum, *l. 17. §. 6. ff. de Recept. qui arbitr. recep. l. 26. ff. de Servit. præd. urb.* & mutabiles voluntates eorum uſque ad ſupremum vitæ ſpiritum, *l. 32. §. 3. ff. de Donationib. inter vir. & uxor. l. 4. ff. de adim. vel transfer. legat. l. 4. ff. ad SC. Trebell.* ut, quod verbis præſentibus promittunt, verbis ferè præſentibus idipſum tollere iterum non erubeſcant, & elogia non omnes ex fide bona ſcribere ſæpe compertum eſt, *l. 6. ff. de Cuſtod. & exhib. reor.* ſecuritatis majoris, conſtantiæ, veritatis, & fidei dignioris gratia, ſcripturæ interveniunt, ne fides facti ſimuletur, non intercedente veritate, id eſt, cauſa & facto alicujus conventionis, *l. 54. ff. de O & A.* ideo fiunt de conventionibus ſcripturæ, ut, quod actum eſt, per eas faciliùs probari poſſit, *l. 4. ff. de Fide inſtrum. l. 4. ff. de pignorib. & hypoth.* Et ſi ſcri-

pturæ alicujus tanquam ſuſpectæ proponantur, in judicio eas promens, niſi adſtruxerit veritatem, ut nefariæ ſcripturæ reus & quaſi falſarius detineatur, *l. 24. C. de Probationib.* Quoniam ſcripturæ veritas per ipſum debet probari auctorem, *l. 21. C. ad L. Cornel. de Falſ.* interdum etiam acerrima fiat indago, argumentis, teſtibus, ſcripturarum collatione, aliiſque veſtigiis veritatis, *l. ſeq. ibid.* Et jubent omnes, ipſi Imperatores Valens, Gratian. & Valentinian. veritatem in hac re, tanquam cœli verticem adſpicere, *d. l. 24. C. de Probat.* Et ſi de fide ſcripturæ dubitatio intercedat, inquiri veritatis fides etiam ſine metu criminis licet, *l. 5. d. t. C. ad L. Cornel. de Falſ.* O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam contraq; fictasomnium inſidias facilè per ſe ipſam defendat. *Cic. pro M. Cœlio. n. 63.*

CAPUT TERTIUM.

Subjectum fidei politicæ ſunt in ſocietate humana, vel ſinguli homines, vel collecta multitudo ſeu corpus. Singuli autem homines ſunt vel liberi, vel ſervi.

1. Liberi ſeu ingenui ſunt, qui ſtatim, ut nati ſunt, liberi ſunt, *princ. Inſt. de Ingen.* Et libertas, (ex qua liberi vocantur) dicitur naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi quod vi aut jure prohibeatur, *§. 1. Inſt. de jure perſon. l. 4. ff. de ſtatu hom.* Jure enim naturali omnes homines liberi naſcuntur, *§. 2. Inſt. de I. N. G. & C. l. 4 ff. de I. & I. l. 32. ff. de R. I.* libertatem etiam naturâ mutis animalibus datam eſſe *ait Tacit. hiſt. 4.* Liber populus eſt is, qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubjectus, ſive is fœderatus eſt, item ſine æquo fœdere in amicitiam venit, ſive fœdere comprehenſum eſt, ut is populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret. Hoc enim adjicitur, ut intelligatur alterum non eſſe liberum, & quemadmodum clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiam ſi neque authoritate, neque dignitate, neque viribus præſunt, ſi eos, qui majeſtatem noſtram comiter conſervare debent, liberos eſſe intelligendum eſt, *l. 7.*

§. 1.

Digitized by Google

§. 1. ff. de Captiv. & Poſtlim. rer. Sed cùm de libertate plurima ſunt repleta volumina, hîc obiter tantùm de ea mentionem facere ſuſtinui.

Conſiderantur homines liberi, vel ratione ætatis, 2.
vel ortus ſeu originis, vel conditionis ſeu ſtatus, vel fortunæ.

Ratione ætatis, an ad fidem ſervandam obligari poſſint, conſideranda eſt ætas. Variè ea ab Imperatore diſtinguitur. I. Pubertate, uſq; ad annum 12 in feminis, ad 14 verò annum in maſculis incluſivè, *princ. Inſt. Quib. mod. tutel. fin.* alimentorum verò ratione aliter pubertas finitur, in feminis 14, in maſculis 18 anno, ut donec alantur, *l. 14. §. 1. ff. de aliment. præſtand.* II. Pubertate plena, quæ eſt 18 annorum, *§. 4. Inſt. de Adoptionib. l. 40. §. 1. ff. de eod.* III. Minorennitate, quæ eſt uſque ad 25 annum, *l. 6. ff. & toto tit. de Minoribus 25 annor.* IV. Majorennitate, poſt 25 annum, nam poſt hoc tempus compleri virilem vigorem conſtat, *l. 1. §. 2. ff. d. tit.* quæ ætas etiam ſtatus dicitur, *l. 77. §. 14. ff. de legat. 2.* Johann. Schneidew. verò ſeptuplicem facit ætatem. Prima eſt Infantia; Secunda ætas pupillaris; Tertia pubertas; Quarta plena pubertas ſeu adoleſcentia; Quinta juventus ſeu virilis ætas; Sexta ſenectus; Septima ſenium vel ætas decrepita, *ad §. 4. Inſt. de Adoptionib.* Noſtro verò jure Prutenico 21 ætatis anno completa pubertas finitur, *lib. 2. Tit. 6. art. 8. §. 1.* Pupillis ſapientum hominum jura nullo modo conceduntur, *l. ult. C. de Teſtam. milit.* nemini itaque fidem dare poſſunt, neque datam, niſi quæ citra damnum tam privatum, quàm publicum præſtari poteſt, ſervare tenentur, *l. ult. ff. de jur. & fact. ignor l. 43 ff. de O. & A.* inter omnes enim conſtat fragile eſſe & informum hujusmodi ætatum conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multis inſidiis expoſitum, *l. 1. ff. de Minorib. 25. ann.* Pupillus enim & impubes quicquid videt, ignorat, *l. 1. C. de falſa moneta.* Dolus malus in eos non cadit, *l. 22. C. ad L. Cornel. de falſ.* nec ſcientes fallere videntur, *l. 26. ff. de Injur.* nam neq; ſcire, neq; decernere talis ætas poteſt, non magis, quàm

furioſus

furioſus, *l. 9. ff. de adquir vel omitt. hered.* Sed tamen ſi proximi pubertati, doli capaces, & ad fallendum decipiendumq; alios promptiores fuerint, ex conventione ad fidem ſervandam conſtringi poſſunt. Non enim decipientibus, ſed deceptis jura opitulantur, *l. 2. §. 3. ff. de SC. Vellei.* Nec fructum calliditatis obtinere poſſunt, *l. 3. C. de Repud. & judic. de morib. l. 31. ff. de Recept. qui arbitr. recep. l. 11. §. 1. ff. ad Exhib. l. 5. ff. ſi qui in caut.* Malitia namque in his ætatem ſupplet, *l. 3. C. ſi minor ſe maj.* Sic malitiis etiam eorum non erit indulgendum, *l. 38 ff. de rei vindic.* reliqua ætas, ut cui contrahere, & rem ſuam licitè agere, ita etiam fidem dare & accipere liberum eſt, & in ſequentibus per totum continetur, in ſpecie hic non eſt examinanda.

3. **Ratione ortus ſeu originis.** Parentum naturam & mores in poſteris quaſi repueraſcere & revivifcere nemo eſt, qui non animadvertit, & hæc non ſolùm in certas quaſdam perſonas, ſed in totam familiam ſæpe deſcendere & conſervari, certum eſt. Ferè enim fit ſemper, ut in aliqua provincia vel in unaquaque urbe magna, aliquæ reperiantur familiæ peculiaribus inſignitæ vitiis, vel decoratæ virtutibus, & eandem naturam ſerie continuata ſervent. Sic Romæ in Appiis obſervatum fuit, eos ſemper fuiſſe ambitioſos, vehementes & ſuperbos: Valerios populares. Brutos conſtantes. Fabios patriæ amatores & populares. Scipiones bellicoſos. Claudios & Tarquinios ſuperbos. Manlios imperioſos. Caſſios ſeveros & triſtes. Hortenſios eloquentes. Piſones feroces. Meſſallini facundi. Catones ſtrenui & ſeveri. *&c.* de quibus virtutibus & vitiis, paucis infrà. Hæc dicit Domin' Deus Hieruſalem: radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrheus, & mater tua Chetrea, *&c. Ezech. 16. v. 3. & ſequ.*

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæq; admorunt ubera tygres.
Virgil. 4. Æneid. v. 365. Vide cap. 13 n. 6. infrà.

4. **Appii & Claudii fuerunt ambitioſi, vehementes & ſuperbi.** Cùm aliquando diſcors eſſet civitas Romana propter nexus ob æs alienum & ad ſeditionem propè veniſſet, ni properè conſules P. Servilius & Appius Claudius ad comprimendam ſeditionem interveniſſent. Appius vehementis ingenii vir, imperio conſulari rem agendam cenſebat; uno aut altero arrepto quieturos alios. Servilius lenibus remediis

diis aptior, concitatos animos flecti, quàm frangi putabat, cùm tutius, tum facilius eſſe. *&c. & paulò inferiùs.* Appius & inſita ſuperbia animo, & ut collegæ vanam faceret fidem, quàm aſperrimè poterat jus de creditis pecuniis dicere, *Liv. lib. 2. anno ab V. C. 259. & anno ſequ. ibid.* Appius Claudius & naturâ immitis & efferatus, hinc plebis odio, illinc patrum laudibus, non miſeriis, ait, ſed licentiâ tantùm concitum turbarum: & laſcivire magis plebem, quàm ſævire. *Et paulò poſt.* Appius vicit, ac propè fuit, ut Dictator ille idem crearetur, quæ res utique alienaſſet plebem periculoſiſſimo tempore, quum Volſci, Æquiq; & Sabini fortè unà omnes in armis eſſent. Sed curæ fuit conſulibus & ſenioribus patrum, ut imperium ſuo, vehemens, manſueto, permitteretur ingenio. M. Valerium Dictatorem Voleſii filium creant. *Et anno ab V. C. 283. ibid.* Patres Appium Claudium Appii filium, jam inde à paternis certaminibus invi- ſum infeſtumq; plebi familiæ ſuperbiſſimæ & crudeliſſimæ in plebem Romanam Conſulem creant. Ita exorſus, quum à patribus non Coſſ. ſed carnificem ad vexandam & lacerandam plebem creatum eſſe contenderet, & concurſus hominum in forum ex tota urbe concitatæ multitudinis fieret. Suſtinebat tamen Appius pertinaciâ tantam tempeſtatem, *&c. & lib. 3. anno ab V. C. 303.* Regimen totius magiſtratus penes Appium erat, favore plebis: adeoque novum ſibi ingenium induerat, ut plebicola repentè, omniſq; auræ popularis captator evaderet. Pro truce ſævoque inſectatore plebis. ubi notandum, quòd novum pro truci ſævoq; ſibi ingenium induerat. Appius Claudius Craſſus nepos Decemviri dicitur odio magis iraq;, quàm ſpe ad diſſuadendum proceſſiſſe & locutus in hanc ferè ſententiam eſſe: Neque novum, neque inopinatum mihi ſit, Quirites, ſi, quod unum familiæ noſtræ ſemper objectum eſt, ab ſeditioſis tribunis, id nunc ego quoque audiam.. Claudiæ genti jam inde ab initio nil antiquiùs in republ. patrum majeſtate fuiſſe: ſemper plebis commodis adverſatos eſſe; quorum alterum neque ego nego, neq; inficias eo: nos, ex quo adſciti ſumus ſimul in civitatem & patres enixè operam dediſſe, ut per nos aucta potiùs, quàm imminuta majeſtas earum gentium, inter quas nos eſſe voluiſtis, dici verè poſſet, *&c. Id. l. 6. an. ab V. C. 387. Id. l. 9. 443.* Appius jam inde antiquitus inſitam pertinaciam familiæ gerendæ ſolus cenſuram obtinuit. *Et anno ab V. C. 445.* En, inquit, P. Sempronius, Quirites, illius Appii progenies: qui decemvir in annum creatus, altero anno ſe ipſe creavit: tertio nec ab ſe, nec ab alio creatus, privatus faſces & imperium obtinuit: 5.

nec antè, continuando abſtitit magiſtratu, quàm obruerent eum malè parta, malè geſta, malè retenta imperia. *Et pag. ſequ.* Sed & hæc, quæ adhuc egi, pervicacia tua, & ſuperbia coëgit me loqui. *Et lib. 10. anno ab V. C. 453.* Seu Appium Cluſum, ſeu Appium Claudium, mavultis, illi antiqui patricii in ſuum numerum acceperunt, ne faſtidietis nos in ſacerdotum numerum accipere. Multa nobiſcum decora afferimus: imò omnia eadem quæ vos ſuperbos fecerunt, *Item anno 456. ibid.* Appius Claudius conſularis candidatus vir acer & ambitioſus, non ſui magis honoris causâ, quàm ut patricii recuperarent duo conſularia loca: cùm ſuis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut ſe cum Q. Fabio conſulem dicerent. *Et Tacit. annal. 1. princ.* Tiberium Neronem maturum annis, ſpectatum bello, ſed vetere atque inſita Claudiæ familiæ ſuperbia, multaque indicia ſævitiæ, quanquam premantur erumpere. Integram hiſtoriæ & familiæ Claudiæ materiam, ſi benevolo lectori indagare animus eſt, videre licet apud Sueton. *in Tiber. n. 2.*

6. Valerii populares, Publicolæ, quaſi Populicolæ. Cum P. Valerius ſuſpicionis vitandæ cauſâ ex ſumma Velia in infimum planum, ne ædes libertati officeret, deferret, & cùm leges non ſolùm, quæ regni ſuſpicione conſulem abſolverent, ferrentur; ſed & quæ adeò in contrarium verterent, ut popularem etiam facerent, inde cognomen factum eſt publicolæ, *Liv. lib. 2. anno ab V. C. 246.* P. Valerius memorem ſe majorum ſuorum, memorem cognominis, quòd populi colendi velut hereditaria cura ſibi à majoribus tradita eſſet, affirmabat, *Idem lib. 3. anno ab V. C. 294. & lib. 7. anno ab V. C. 412.* Nunc jam vobis patrib. vobiſque plebeis promiſcuus conſulatus patet: nec generis, ut antè, ſed virtutis eſt præmium, proinde ſummum quodcunque ſpectare milites decus. Non ſi mihi novum hoc Corvini cognomen diis auctoribus homines dediſtis, publicolarum vetuſtum familiæ noſtræ cognomen memoria exceſſit. *Et Plutarch. in Publ. n. 16.* Neque animadvertit vulgus, non eum deprimere ſeipſum, ſed hac moderatione invidiam amoliri, & quantum videretur ſibi licentiæ ipſe auferre, tantum potentiæ eo ſibi adjicere: quippe populus perlibenter ſe ei ſubmittebat, eumq́; ferebat. adeò ut Poplicolæ nomen ei fecerit, quo cognomento ſtudioſus & cultor populi ſignificatur: idq́; nomen priſcis ejus nominibus, quia prævaluit deinde, nos quoque co. in vita ejus viri narranda deinceps utemur. *&c.*

Bruti

Bruti conſtantes. Ejecto Tarquinio ſuperbo cùm de recipiendis Tarquiniis Romani quidam adoleſcentes, quorum in regno libido ſolutior fuerat; æquales ſodalesq; Tarquiniorum aſſueti more regio vivere, & clàm recuperandi regni conſilia ſtruerent. Vitelliis Aquiliisq; fratribus primò commiſſa res erat. Vitelliorum ſoror conſuli nupta Bruto erat, jamq; ex eo matrimonio adoleſcentes erant liberi Titius Tiberiusq;, eos quoque in ſocietatem conſilii avunculi aſſumunt. Cumq; ſermonem conjuratorum ex ſervis unus exciperet, remq; ad conſules deferret, conſules deprehendendos conjuratos miſerunt. Proditoribus ex templo in vincula conjectis direptisq; bonis regum damnati proditores, ſumptumq; ſupplicium conſpectius eò, quòd pœnæ capiendæ miniſterium patri de liberis conſulatus impoſuit. & qui ſpectator erat amovendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicii dedit. ſtabant deligati ad palum nobiliſſimi juvenes, ſed à cæteris velut ignotis capitibus, conſulis liberi omnium in ſe averterant oculos, miſerabàtque non pœnæ magis homines, quàm ſceleris, quo pœnam meriti eſſent. Conſules in ſedem proceſſere ſuam, miſſique lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecuriq; feriunt. Cum inter omne tempus pater vultúsq; & os ejus ſpectaculo eſſet, eminente animo patriò inter publicæ pœnæ miniſterium, *Liv. lib. 2. anno ab V. C. 245 l. 2. §. 24. ff. de Orig. Iur.* Et licèt verum, quod Juſtin. ait: Quis talis affectus extraneus inveniatur, ut vincat paternum, *l. 7. C. de Curatorib. furioſor.* in Bruto tamen inveniri non potuit, qui vinceret Romanam conſtantiam; quia jurejurando adactum erat, neminem Romæ paſſuros regnare, ſacrandúmq; cum bonis capite ejus, qui regnandi cauſa conſilia iniret. Ita non atrocior vindex libertatis fuit, quàm cuſtos fuit. In ſumendo ſupplicio conſtantiam Bruti Romanam graviùs deſcribit *Plutarch. in Poplic. n. 8.* ad quem lectorem cupidum remitto. 7.

Fabii patriæ amatores & populares. Inde populares jam eſſe Fabii: nec hoc ulla, niſi ſalubri Reip. arte. Igitur non patrum magis, quàm plebis ſtudiis Cœſo Fabius cum T. Virginio Conſul factus, *anno ab V. C. 275.* Inviſum erat nomen Fabium poſt tres continuos conſulatus de anno *V. C. 269. & ſeq.* at non tantùm tres, ſed & plures continuos uſque ad annum Romæ 275 geſſerunt. A Vejentibus cum clades aliquando erat accepta & ex eo tempore, neque pax, neque bellum cum ipſis eſſet. Vejens hoſtis aſſiduus magis, quàm gravis, contumeliis ſæpius, 8.

Digitized by Google

quàm periculo animos agitabat: quod nullo tempore negligi poterat, aut averti alio ſinebat. Tum Fabia gens ſenatum adit, conſul præ gente loquitur: Aſſiduo magis, quàm magno præſidio, ut ſcitis, patres conſcripti, bellum Vejens eget, vos alia bella curate. Fabios hoſtes Vejentibus date, auctores ſumus, tutam ibi majeſtatem Romani nominis fore: noſtrum id nobis velut familiare bellum privato ſumptu gerere in animo eſt, reſpublica & milite illis & pecunia vacet. Gratiæ ingentes actæ. Conſul è curia egreſſus, comitante Fabiorum agmine, qui in veſtibulo curiæ ſenatus conſultum exſpectantes ſteterant, domum rediit, juſſi armati poſtero die ad limen conſulis adeſſe, domos inde diſcedunt. Manat tota urbe rumor: Fabios ad cœlum laudibus ferunt, familiam unam ſubiiſſe civitatis onus: Vejens bellum in privatam curam, in privata arma verſum, ſi ſint duæ roboris ejuſdem in urbe gentes, depoſcant, hæc Volſcos ſibi, illa Æquos: populo Romano tranquillum agente, omnes finitimos populos ſubigi poſſe. Fabii poſtera die arma capiunt: quo juſſi erant, conveniunt. Conſul paludatus egrediens in veſtibulo gentem omnem ſuam inſtructo agmine videt: acceptus in medium ſigna ferri jubet: nunquam exercitus neque minor numero, neque clarior forma & admiratione hominum per urbem inceſſit. Sex & CCC milites omnes Patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem ſperneret, egregius quibuslibet temporibus Senatus, ibant unius familiæ viribus, Vejenti populo peſtem minitantes *&c. & pag ſequ.* Jamq; Fabii adeò contempſerant hoſtem, ut ſua invicta arma ne loco, neque tempore ullo crederent ſuſtineri poſſe. Hæc ſpes adeò provexit, ut ad conſpecta procul à Cremera magni campi intervallo pecora, quanquam rara hoſtium apparebant arma, decurrerent. Sed adverſi, & undique hoſtes erant, coëuntibusq; Hetruſcis, jam continenti agmine armatorum ſepti in verticem tandem collis evadere coacti. Ita ſuperior rurſus hoſtis factus: Fabii cœſi ad unum omnes præſidiumq; expugnatum.
9. CCCVI. periiſſe ſatis convenit, unum prope puberem ætate relictum, ſtirpem genti Fabiæ, dubiisq rebus populi Romani ſæpe domi belliq; vel maximum futurum auxilium, *&c. Liv. lib. 2. anno ab V. C. 276.* Veri patriæ amatores fuerunt hi Fabii, qui everſa penè domo, penatibus everſis, ſalvam rempub. ſalvam patriam, mortemq; pro patria oppetere glorioſam, quàm turpiter re geſta, vitam ducere ignominioſam maluerunt. Sic cùm aliquando Fabio cum Annibale duce Charthaginenſium bello decertandum eſſet, & Minucius Magiſter militum crearetur, interq; Dictatorem

Fabium

Fabium & Minucium contentio oriretur. alter enim cunctandi, alter verò pugnandi aviditate ducebatur, reſq; ad publicas criminationes deveniret, ut non ſolùm Minucius, ſed & M. Metellus tribunus plebis dicerent Dictatorem obſtitiſſe rei bene gerendæ, ſedentem Caſilini & legionibus populi Romani agrum tutantem: exercitum cupientem pugnare & magiſtrum equitum, clauſoſ propè intra vallum retentos, tanquam hoſtibus captivis arma adempta. Si antiquus animus plebi Romanæ eſſet, audacter ſe laturum fuiſſe de abrogando Q. Fabii imperio: Minucium ſequuturum fortunam ſuam, ſi Dictatoris cunctatio in ſegnitie Deorum hominumq; judicio damnata perſtaret. Itaque quo die primùm congreſſus eſt cum Fabio, ſtatuendum omnium primum ait eſſe; quemadmodum imperio adæquato utantur, ſe optimum ducere, aut diebus alternis, aut, ſi majora intervalla placerent, partitis temporibus alternis ſummum jus imperiúmq; eſſe. Q. Fabio haud quaquam id placere: omnia enim fortunam habituram, quæcunque temeritas collegæ habuiſſet: ſibi communicatum cum illo, ſed non ademptum imperium eſſe. Duplex inde Annibali gaudium fuit, nam & liberam Minucii temeritatem ſe ſuo modo capturum, & ſolertiæ Fabii dimidium virium deceſſiſſe. Sed cùm Minucius infeliciter & adverſâ fortunâ cum Annibale decertaſſet, & totis viribus ab hoſte ſuperatus eſſet. Tunc Fabius primo clamore parentium audito, dein conſpecta procul turbata acie: Ita eſt, inquit, non celeriùs, quàm timui, deprehendit fortuna temeritatem. Fabio æquatus imperio, Annibalem & virtute & fortuna ſuperiorem videt; Sed aliud jurgandi ſuccenſendiq; tempus erit: nunc ſignum extra vallum proferre, victoriam hoſti extorqueamus, confeſſionem erroris civibus jam magna ex parte cœſis aliis, aliis circumſpectantibus fugam, Fabiana ſe acies repentè velut cœlo demiſſa ad auxilium oſtendit, & altera atque longè aliâ pugnâ Pœnus receptui cecinit, palàm ferente Annibale, ab ſe Minucium, ſe à Fabio victum, *Idem lib. 22. in med. ferè.* Verus fuit hic Fabius patriæ amator, qui patriam ab hoſte redimere, Remp. ſervare exemplo Themiſtoclis & Ariſtidis, quàm privata odia exercere malebat.

Scipiones bellicoſi. Cùm omnium conſenſu ad P. Scipionem admodùm adoleſcentem & ad Appium Claudium ſumma imperii 10. delata eſſet, & conſultantibus his inter paucos de ſumma rerum, renunciat P. Furius Philus conſularis viri filius, ne quicquam eos conſultare perditam ſpem fore, deſperatam comploratamq; rem eſſe publicam. Negat

conſilii rem eſſe Scipio. Juvenis fatalis dux hujuſce belli: audiendum atque agendum, non conſultandum, ait, in tanto malo eſſe. irent ſecum armati, qui remp. ſalvam vellent. Et cùm conſilium ibi juvenum, de quibus allatum erat, inveniſſet: ſtricto ſuper capita conſultantium gladio: Ex mei animi ſententia, inquit, juro, ut ego rempubl. non deſeram, neq; alium civem Romanum deſerere patiar. Si ſciens fallo, tum me Jupiter Opt. Max. domum, familiam remq; meam peſſimo leto afficias, *&c. Liv.*
11. *lib. 22. anno ab V. C. 538.* Ex Hiſpania Iberum in Africam trajecit, urbem Carthaginem novam expugnare ſtatuens, priusquam trajiceret, milites ſuos ſic alloquitur Scipio: Vos modò, milites, favete nomini Scipionum, ſoboli Imperatorum veſtrorum velut acciſis recreſcenti ſtirpibus. Agite milites veteres, novum exercitum novúmq; ducem traducite Iberum, traducite in terras cum multis fortibus factis ſæpe à vobis peragratus. Brevi faciam, ut quemadmodum nunc noſcitatis in me patris patruiq; ſimilitudinem, oris vultúsque, & lineamenta corporis, ita ingenii, fidei, virtutisq; exemplum ac effigiem vobis reddam, ut revixiſſe, aut renatum ſibi quiſq; Scipionem Imperatorem dicat: Septimo poſtea die ab Ibero Carthaginem ventum eſt, & ſtatim ab ipſo Scipione, ingenti cum præda, capta & expugnata eſt, *Idem lib. 26. prope fin.* qui poſtea Africanus appellatus eſt, & primus hic Imperator nomine victæ ab ſe gentis eſt nobilitatus, *Idem lib. 30. in fine.* Sic & frater ejus debellato Antiocho Aſia ſubacta fratri cognominatus eſt Aſiaticus, *Idem lib. 37. in fine.* Alter etiam nepos Africani, vocatus à fortitudine ſua Numantinus à Numantia ſubacta. A fortitudine igitur bellica & rebus geſtis magnis meritò Scipionum familia dicitur bellicoſa,

12. **Tarquinii ſuperbi,** *Anno ab V. C. 220.* L. Tarquinius regnare occepit, cui ſuperbo cognomen facta indiderant: quia Socerum gener ſepulturâ prohibuit. Romulum quoque inſepultum periiſſe dictitans: primoreſq; patrum, quos Servii rebus faviſſe credebat, interfecit. Conſcius deinde malè quærendi regni ab ſe ipſo adverſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus circumſepſit: neque enim ad jus regni quicquam præter vim habebat: ut qui neque populi juſſu, neque auctoribus patribus regnaret. Eò accedebat, ut in charitate civium nihil ſpei reponenti, metu regnum tutandum eſſet. quem ut pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum ſine conſiliis per ſe ſolus exercebat: perq; eam cauſam occidere, in exilium agere, bonis mulctare poterat, non ſuſpectos modò aut invitos

vitos, ſed unde nihil aliud, quàm prædam ſperare poſſet. Ita patrum præcipuè numero imminuto, ſtatuit nullos in patres legere, quo contemptior paucitate ipſa ordo eſſet, minúsque per ſe nihil agi indignarentur. Hic enim regnum primus traditum à prioribus morem de omnibus Senatum conſulendi ſolvit: domeſticis conſiliis rempubl. adminiſtravit: bellum, pacem, fœdera, ſocietates per ſe ipſe, cum quibus voluit, injuſſu populi ac Senatus fecit diremitq;, *L iv. lib. 1. & paulò inf* Haud mirum eſſe, ſuperbo ei inditum Romæ cognomen, *& in fine.* L. Tarquinius ſuperbus regnavit annos 25, *Idem lib. 2. princ.* Ne intervallo quidem facto oblitum tanquam alieni regni ſuperbum Tarquinium velut hereditatem gentis ſcelere ac vi repetiviſſe.

Manlii imperioſi. Edixerant Conſules Romani, ne quis extra ordinem in hoſtem pugnaret, tunc fortè inter cœteros exploratum dimiſſus T. Manlius conſulis filius ſuper caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus evaſit. ubi Tuſculanorum equitum præfectus Geminius Metius vir tum genere inter ſuos, tum factis clarus, inſignem inter eos præcedentem conſulis filium cognovit, paululum ab ſuis, equo provectus: Viſne, inquit, dum dies iſta venit, qua magno conatu exercitus moveatis, interea tu ipſe congredi mecum, ut noſtro duorum jam hinc eventu cernatur, quantum eques Latinus Romano præſtet? Movet ferocem animum juvenis, ſeu ira, ſeu detrectandi certaminis pudor, ſeu inexſuperabilis vis fati. Oblitus itaq; imperii patrii, conſulúmq; edicti, præceps ad id certamen agitur, quo vinceret, an vinceretur, haud multum intereſſet. Spiculo tandem Manlius hoſtem equo excuſſit, ſpoliiſq; lectis, ovante gaudio ad ſuos eſt revectus, atque inde ad prætorium ad patrem tendit, ignarus facti futuríq; laus, an pœna merita eſſet. Ut me omnes, inquit pater, tuo ſanguine ortum verè ferrent, provocatus equeſtria hæc ſpolia ex hoſte cœſo porto. Quod ubi audivit Conſul, extemplo filium averſatus, concionem claſſico advocari juſſit, quæ ubi frequens convenit: Quandoquidem, inquit, tu T. Manli, neque imperium conſulare, neque majeſtatem patriam veritus, adverſus edictum noſtrum extra ordinem in hoſtem pugnaſti, & quantum in te fuit diſciplinam militarem, quâ ſtetit ad hanc diem Romana res, ſolviſti, méq; in eam neceſſitatem adduxiſti, ut aut Reip. mihi aut mei meorúmque obliviſcendum ſit: nos potiùs noſtro delicto plectemur, quàm Reſpubl. tanto ſuo damno peccata noſtra luat. Triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre juventuti erimus. Me quidem cùm ingenita charitas. 13.

ritas liberûm, tum ſpecimen illud virtutis deceptum vana imagine decoris in te movet: ſed cùm aut morte tua ſancienda ſint conſulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda: nec te quidem, ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt, recuſare cenſeam, quin diſciplinam militarem culpâ tuâ prolapſam pœnâ reſtituas: I, lictor, deliga ad palum, itaque velut emerſo ab admiratione animo, cum ſilentio defixi ſtetiſſent. repentè, poſtquam cervice cœſa fuſus eſt cruor, tum libero conqueſtu, coortæ voces ſunt, ut neque lamentis, neque exſecrationibus parceretur: ſpoliiſque contectum Juvenis corpus, quantum militaribus ſtudiis funus ullum celebrari poteſt,
14. ſtructo extra vallum rogo, cremaretur: Manlianaq; imperia, non in præſentia modò horrenda, ſed exempli etiam triſtis in poſterum eſſet, *&c. Liv. lib. 8. anno ab V. C. 415.* Unde nomen ipſi familiæ imperioſum poſtea inditum, *Idem lib. 7. princ. anno ab V. C. 393.* L. Manlius Imperioſus L. Pinnarum Magiſtrum equitum dixit. *& paulò inferius.* Dies Manlio dicebatur â M. Pomponio tribuno plebis, acerbitas in delectu, non damno modò civium, ſed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincula ductis, inviſa erat & ante omnia inviſum ingenium atrox cognomenq; imperioſi grave liberæ civitati, ab oſtentatione ſævitiæ adſcitum, quod non magis in alienis, quàm in proximis, ac ſanguine ipſe ſuo exerceret, criminiq; ei tribunus inter cœtera dabat, quòd filium juvenem nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congreſſu æqualium prohibitum, in opus ſervile propè in carcerem atque in ergaſtulum dederit: ubi ſummo loco natus dicta totius juvenis, quotidiana miſeria diſceret, verè imperioſo ſe patre natum eſſe, *Idem lib. 4. anno ab V. C. 324.* Egregiæ dictaturæ triſtem memoriam faciunt, qui filium ab A. Poſthumio, quòd occaſione bene pugnandi captus, injuſſu diſceſſerit præſidio, victorem ſecuri percuſſum tradunt, nec libet credere: & licèt in variis opinionibus: & argumento eſt, quòd imperia Manliana, non Poſthumiana appellata ſint, *&c. Item lib. 22. in fine.* T. Manlius Torquatus priſcæ ac nimis duræ ſeveritatis. Simile exemplum ſeveritatis & imperii Manliani Papyrii Dictatoris in Q. Fabium Magiſtrum equitum extra ordinem in hoſtem pugnantem, eſt apud eundem *lib. 8. prope fin.* Simile etiam exemplum imperii Manliani vide *lib. 54. ibid.*

15. **Caſſii ſeveri & triſtes.** Avidius Caſſius, ut quidam volunt, ex familia Caſſiorum fuiſſe dicitur. Hic Caſſius ex familia, ut diximus, Caſſiorum,

Caſſiorum, qui in curia in Julium conſpirarunt, oderat **tacitè** principatum, nec ferre poterat imperatorium nomen: dicebátq; nihil eſſe gravius nomine imperii, quod non poſſet è Republ. tolli, niſi per alterum Imperatorem, *Vulcat. Gallican. in Avid. Caſſ. & paulò inferiùs in epiſt. D. Marci ad præfectum ſuum inter alia*; Siquidem & tu nomen habeas Caſſium, hominem Caſſianæ ſeveritatis & diſciplinæ *&c*: Vox **tacitè** hic notat naturam longa propagatione gentis ejuſdem ingeneratam. fuit hic, ut dictum, de ea gente, quæ in Julium Cæſarem in curia conſpirarat. De ea, quem Nero ob ſuſpicionem conjurationis lege Pedia damnari juſſit, *Sueton. in Ner. n. 3.* De ejus familia ita refert *Tacitus*: Relatum & de Caſſio Severo exſule, qui ſordidæ originis, maleficæ vitæ, ſed orandi validus per immodicas inimicitias, ut judicio ſenatus jurati Cretam amoveretur, effecerat, *&c. annal. 4.* Caj. Julius Saturninus adeò ſeveri & triſtis animi, ut jam à quinquennii ætate, nullo prorſus cujusq; commento, ad ridendum ſolvi potuerit, patrémq; ludis ſecularibus petulantiùs cachinantem, quanquam adhuc tener, vultu notaverit averſato, *Sext. Aurel. Victor hiſt. Aug. epit.* Ammian. Marcellinus Imperatorem Julianum judicibus Caſſiis triſtiorem & Lycurgus fuiſſe dicit, quando ait: Verùm ille judicibus Caſſiis triſtior & Lycurgis, cauſarum momenta æquo jure perpendens, ſuum cuique tribuebat, *lib. 22. in med. Et Cic. in Brut. n. 40.* Tum L. Caſſius multum potuit, non eloquentia, ſed dicendo tamen, homo non liberalitate, ut alii, ſed ipſa **triſtitia & ſeveritate** popularis. In margine ibidem eſt. Hujus tribunal propter nimiam ſeveritatem ſcopulus reorum dicebatur. Et triſtitia judicum pro ſeveritate accipitur. *Vide Trebell. Polion. de Zenob. c. 29.* Ubi conventus ac judicia poſcerent, gravis, intentus, ſeverus & ſæpius miſericors: ubi officio ſatisfactum, nulla ultra poteſtatis perſona, **triſtitiam**, & arrogantiam & avaritiam exſuerat, nec illi; quod eſt rariſſimum, aut facilitas auctoritatem; aut **ſeveritas** amorem diminuit, *Tacit de Iul. Agric. vita.* P. M. Craſſo & Scriboniana genitus, nobilis utrimque vultu, habitúq; moris antiqui, & æſtimatione recta ſeverus, deterius interpretantibus **triſtior** habebatur, *Idem hiſt. 1.* Ac ne qua ſaltem in ſucceſſore Galbæ ſpes eſſet, accerſit ab exſilio, quem **triſtitia** & avaritia ſui ſimillimum judicabat, *Ibid.* Iisdem temporibus in M. Scauro & in M. Druſo Adoleſcente ſingularis ſeveritas: in C. Lœlio multa

hilaritas: in ejus familiari Scipione ambitio major; vita triſtior, *Cic. offic. 1. n. 108.* Et habet ſectatores vel potiùs ſatellites, qui nondum contumaciam ſententiarum, ſed habitum vultumq; ejus ſectantur, rigidi & triſtes, quo tibi laſcivam exprobrant, inquit Capito Coſſutianus, *apud Tacit. annal. 16.*

16. **Hortenſii eloquentes.** Erat M. Hortalus nobilis juvenis, nepos oratoris Hortenſii inlectus à D. Auguſto liberalitate decies ſeſtertiûm ducere uxorem, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia exſtingueretur. Igitur quatuor filiis ante limen curiæ adſtantibus: loco ſententiæ, quum in palatio Senatus haberetur, modò Hortenſii inter Oratores ſitam imaginem, modò Auguſti intuens, ad hunc modum cœpit: Patres conſcripti, hos quorum numerum & pueritiam videtis, non ſponte ſuſtuli, ſed quia princeps monebat, ſimul majores mei meruerant, ut poſteros haberent. nam ego qui non pecuniam, non ſtudia populi, neq; eloquentiam gentile domus noſtræ bonum, varietate temporum accipere vel parare potuiſſem, ſatis habeam, ſi tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent. Juſſus ab Imperatore uxorem duxi. En ſtirps & progenies tot Conſulum, tot Dictatorum, *&c. Tacit. annal. 2.* Vide de Hortenſiis *apud Cic. in Bruto ſeu de Clar. orator.*

17. **Piſones feroces.** Tiberius præfecerat Syriæ Gn. Piſonem ingenio violentum, & obſequii ignarum, inſita ferocia à patre Piſone, qui civili bello reſurgentes in Africa partes acerrimo miniſterio adverſus Cæſarem juvit, *Tacit. ibid. lib. 2. paulò infer.* Cn. Piſo quo properantiùs deſtinata inciperet, civitate Athenienſium turbido inceſſu externam oratione ſæva increpat, obliquè Germanicum perſtringens, quòd contra decus Romani nominis non Athenienſes tot cladibus exſtinctos, ſed colluvionem illam nationum comitate nimia coluiſſet, *& lib. 15. ſequ.* Neque tamen mitigatus Piſo, & vix diei moram perpeſſus, linquit Germanicum, prævenitq;. *Sic paulò infer. ibid.* Cunctaq; ſocialia proſperè compoſita non ideò lætum Germanicum habebant, ob ſuperbiam Piſonis, qui juſſus partem legionum ipſe, aut per filium in Armeniam ducere utrumq; neglexerunt. Cyrri demum apud Hiberna decumæ legionis convenere, firmato vultu, Piſo adverſus metum, Germanicus ne minari crederetur: & erat, ut retuli, clementior. Sed amici accendendis offenſionibus callidi, intendere vera,

adgerere

adgerere falſa, ipſumq; & Plancinam, & filios variis modis criminari, poſtremò paucis familiarium adhibitis ſermo cœptus à Cæſare, qualem ira & diſſimulatio gignit: reſponſum à Piſone precibus contumacibus, diſceſſeruntq; opertis odiis. poſtq; rarus, in tribunali Cæſaris Piſo, & ſi quando aſſideret, atrox ac diſſentire manifeſtus. Piſo M. Craſſo & Scribonia genitus, nobilis utrimq; vultu habituq; moris antiqui, & æſtimatione recta ſeverus, deteriùs interpretantibus **triſtior** habebatur, *Idem hiſt. 1. & infer. ibid.* Piſonem ferunt ſtatim intuentibus, & mox conjectis in eum omnium oculis, nullum turbati aut exſultantis animi motum prodidiſſe. Sermo erga Patrem Imperatorémq; reverens; de ſe moderatus, nihil in vultu habitúque mutatum: quaſi imperare poſſet magis, quàm vellet. Et in oratione Othonis pro vallo caſtrorum, *Ibid. hiſt. 1.* Ac ne qua ſaltem in ſucceſſore Galbæ ſpes eſſet, accerſit ab exſilio, quem **triſtitia** & avaritia ſui ſimillimum judicabat.

Meſſallini facundi. Mox Valerius Meſſallinus, cui parens 18.
Meſſalla, ineratq; imago paternæ facundiæ. *Tacit. annal. 3.* Non deſinis Meſſalla, inquit Aper, vetera tantùm & antiqua mirari, noſtrorum autem temporum ſtudia irridere atque contemnere. Nam hunc tuum ſermonem ſæpe excepi cùm oblitus & tuæ, & fratris tui eloquentiæ, neminem hoc tempore oratorem eſſe contenderes. Aq; id eo credo audaciùs, quòd maligni in iis opinionem non verebaris, cùm eam gloriam, quam tibi alii concedunt, ipſe tibi denegares, *Idem de Orat. dial. Et infer. ibid.* Vos verò diſertiſſimi, ut poteſtis, ut facitis illuſtrate ſeculum noſtrum pulcherrimo genere dicendi. Nam & te Meſſalla, video lætiſſima quæque antiquorum imitantem, *plura ſparſim ibid.* Magnam eo die pietatis, eloquentiæque famam Vipſanius Meſſalla adeptus eſt, nondum ſenatoria ætate, auſus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. *Idem hiſt. 4. in med. ferè.* Meminiſſet C. Aſinii & Meſſallæ ac recentiorum Arruntii & Æſernini ad ſumma provectorum, incorrupta vita & facundia. *Idem annal. 11. princ. ferè.* Vide Cic. in Bruto ſeu de clar. oratorib. n. 107. verb. M. Meſſalla.

Catones ſtrenui & ſeveri. Si Catonis laudem quis ex- 19.
tollere & familiæ hujus inſitam, vel eloquentiam, vel animi magnitudinem & alias virtutes evehere velit; ſatis dixiſſe videtur, ſi in eo memorando cum Livio, Cicerone, Salluſtio & aliis adquieſcit. Omnes Patricios plebejosque nobiliſſimarum familiarum M. Porcius Cato longè anteibat,

inquit Liv. In hoc viro tanta vis animi ingeniiq; fuit, ut quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſi facturus fuiſſe videretur: nulla ars neque privatæ, neque publicæ rei gerendæ ei defuit, urbanas ruſticasq; res pariter callebat, ad ſummos honores alios ſcientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit. huic verſatile ingenium, ſic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcunq; ageret. in bello manu fortiſſimus, multisq; inſignibus clarus pugnis: idem poſteaquam ad magnos honores pervenit ſummus Imperator: idem in pace, ſi jus conſuleres, peritiſſimus; ſi cauſa orandi eſſet, eloquentiſſimus, nec is tantùm, cujus lingua, vivo eo viguerit, monumentum eloquentiæ nullum exſtet. Vivit, imò vigetq; eloquentia ejus, ſacrata ſcriptis omnis generis. Orationes & pro ſe multæ & pro aliis, & in alios. nam non ſolùm accuſando, ſed etiam cauſam dicendo fatigavit inimicos. Simultates nimio plures & exercuerunt eum, & ipſe exercuit eas, nec facilè dixeris, utrum magis preſſerit eum nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem. Aſperi procul dubio animi & linguæ acerbæ, & immodicè liberæ fuit: ſed invicti cupiditatibus animi & rigidæ innocentiæ, contemptor gratiæ, divitiarum in parſimonia impatientia laboris periculiq;. ferrei propè corporis animique: quem ne ſenectus quidem, quæ ſolvit omnia, fregerit: qui ſextum & octogeſimum annum agens cauſam dixerit, ipsè pro ſe oraverit, ſcripſeritq; nonageſimo Sergium Galbam
20. ad populi adduxerit judicium *&c. Liv. lib. 39. prope fin.* Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, ut nonnunquam mortem ſibi ipſi conſciſcere alius debeat, alius in eadem cauſa non debeat. non enim alia in cauſa M. Cato fuit, alia cæteri, qui ſe in Africa Cæſari tradiderunt. Atqui cæteris forſitan vitio datum eſſet, ſi ſe interemiſſent. propterea quòd eorum vita lenior, & mores fuerant faciliores: Catoni autem cum incredibilem tribuiſſet natura gravitatem, eamque ipſe perpetuâ conſtantiâ roboraſſet, ſemperque in propoſito, ſuſceptóque conſilio permanſiſſet, moriundum potiùs, quàm tyranni vultus aſpiciendus fuit, *Cic. offic. 1. n. 112.* Salluſtius hæc de Catone memorat: Catoni ſtudium modeſtiæ, decoris, ſed maxumæ ſeveritatis erat. non divitiis cum divite, neque factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat: eſſe quàm videri bonus malebat. Ita quò minus gloriam petebat, eò magis adſequebatur. bello Catilin. Cato primus Porciæ gentis tres ſummas in homine res præſtitiſſe exiſtimatus eſt: optimus orator, optimus Imperator, optimus Senator, *Plin. 7. cap. 27.* Enumeratis.

Digitized by Google

tatis itaque familiarum nonnullarum virtutibus confirmatur etiam ſententia hæc à Poëta Horatio *quando lib. 4. od. 4. ait.*

Fortes creantur fortibus & bonis,
Eſt in Juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Majorum gloria, *inquit Salluſt.* poſteris quaſi lumen eſt, neque bona eorum, neque mala in occulto patitur, *bello Jugurth.* Diu contatus Germanicus aſpernantem uxorem, cùm ſe Divo Auguſto ortam, neque degenerem ad pericula teſtaretur. *&c. Tacit. annal. 1.* Der Apfel fält nicht weit vom Stam. Boni enim ſunt aut præſumuntur, qui ex bonis & honeſtis orti ſunt parentibus, *Proverb. Ius Provinc. Prut. lib. 1. Tit. 39. art. 3. §. 8.* Et ſi quis antè bonus æſtimatus fuerit: propè eſt, ut adfirmationi ejus credatur, *l. 5. §. 6. ff. de re milit.* quoniam quilibet præſumitur facie prima bonus & idoneus, niſi aliud in contrarium oſtendatur, *cap. fin. X de præſumptionib. Ius Prov. dicto lib. 1. d. tit. & art. §. 7.* Bonus præſumitur, ſi ex ipſa converſatione honeſtus ac mitis, & forſitan teſtimonium habeat aliorum, quod etiam ſit honeſtatis amator, *Novell. 5. cap. 2. verſ. ſi verò.* Sicut ille idoneus dicitur, qui probitate morum & bonis artibus præditus eſt, *l. 1. C. de off. magiſt offic.* Interdum etiam bonus qui æſtimatur, inſpecto vitæ ejus præcedentis actu, *l. 3. §. 12. l. 5. ff. de re milit.* Econtra ſemel malus, ſemper præſumitur malus eſſe, *Reg. Iur. 8. in 6. Ius Provinc. d. loco. §. 9. 10.* Quid enim homo ad malitiam ſemel deditus non adinvenit, *Novell. 72. praf.* præſertim in eodem genere malitiæ. Quilibet igitur bonus & cautus ſingulos, quibus fidem dare, & à quibus vice verſa accipere honeſtum atq; utile erit, contemplabitur, *l. 19. ff. de R. I.*

Explanatis itaq; iis perſonis, quæ vel ratione ætatis, vel ratione ortus ſeu originis circa fidem politicam cuſtodiendam ſunt conſiderandæ. Jam de iis, quæ ratione conditionis ſeu ſtatus ſunt contemplandæ, refert pauca diſſerere. 21.

Humana natura talis eſt, quòd neque omnes inter ſummos, neque rurſus omnes inter noviſſimos conſtituti ſunt, *Novell. 5. cap. 9.* Ut in corpore humano partes totius differunt & principalis pars hominis eſt, cujus imago ſit, inde cognoſcitur, *l. 44. ff. de Religioſ. & ſumptib. fun.* ut in-

Digitized by Google

ter ipſos homines ingenio, natura, ætate, doctrina, inſtitutione & moribus, *l. 31. ff. de ſolut. & libertat. l. 12. ff. de legat. 3. l. 26. §. 12. ff. de Condict. indeb.* Ita loco, honore, ætate, authoritate, dignitate, majeſtate, *&c.* differunt, *l. 1. 2. ff. de albo ſcrib.* & quantò quilibet præeſt melioribus, tantò major ipſe & honeſtior habetur, *Novell. 15. præf. in fine.* Et licet quemvis hominem, tamen quò quis in majori fortuna, altiori ſtatu & dignitate conſtitutus fuerit, eò ſanctiùs fidem tanquam rem ſacratiſſimam & inviolabilem ſervare docet. Germanicus moriturum potiùs, quàm fidem exſueret, clamavit, *Tacit. ann. 1. in med.* Vitellius monet Tiridatem primoresq; quæ utrobique pulchra meminerit: illos obſequium in regem, reverentia in nos, decus quiſque ſuum & fidem retineret, *Idem annal. 6.* Paucioribus Druſum & finem Illyrici motus laudavit Tiberius: ſed intentior, & fida oratione. cunctáq; quæ Germanicus indulſerat, ſervavit, *Idem annal. 1.* Flavius Arminii frater inſignis in Romanos fide, *Id. annal. 2. princ. ferè.* Expugnata Carthagine milites adultam virginem eximiâ formâ, deſponſatam Allucio Celtiberorum adoleſcenti ad P. Scipionem adduxerunt, at ille: ſiquidem privatus, inquit, eſſem nullo alio dono impenſiùs delectarer: jam verò, quia dux ſim, nullo minùs afficior. *Polyb. lib. 10. n. mi-*
22. *hi 6. Liv. lib. 26. in fine.* Darii familia capta, Alexander virgines & reginas excellentis famæ, tam ſanctè habuit, quàm ſi eodem, quo ipſe parente genitæ forent, conjugem ejuſdem, quam nulla ætatis ſuæ pulchritudine corporis vicit, adeò ipſe non violavit, ut ſuam adhibuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet, *Q. Curt. lib. 3.* Non eadem decora principibus viris & Imperatori, populoque modicis domibus aut civibus, *Tacit. annal. 3. princ.* Et Arruntius: non eadem omnibus decora, reſpondit. *Idem annal. 6.* Oppugnata Corduba, oppidanorum legati, qui antea exierant, Cæſarem adierunt, ſi ſibi vitam concederet, ſeſe in ſequenti die oppidum eſſe dedituros. Quibus reſpondit: ſe Cæſarem eſſe, fidemq; præſtaturum, *A. Hort. Panſa de bello Hiſpan.* Adeò certa Athenienſium in Romanos fides fuit, ut ſemper, & in omni re, quicquid ſincera fide gereretur, id Romani Attica fieri prædicarent, *Vellej. Paterc. lib. 2.* Reſponſum ab Senatu eſt Ptolomæi legatis: Antiochum rectè atque ordine feciſſe, quòd legatis paruiſſet, gratumq; id eſſe S. P. Q. R. daturum operam aut regni ſui maximum ſemper præſidium poſitum eſſe in fide populi Romani ducant, *Liv. lib. 45. non procul. init.* Manſit Celſo velut fataliter pro Othone fides integra & infelix, *Tacit. hiſtor. 1.* Addiderat gloriam Nero, eligendo

gendo ut potiſſimos, unde longa illis erga Neronem fides & erecta in Othonem ſtudia, *Idem hiſt. 2.* Nam cæteris mortalibus in eo ſtare conſilia, quid 23.
ſibi conducere putent: Principum diverſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, *Idem annal. 4.* Franciſ. Galliar. Rex, etiamſi, dixit, fides toto orbe exſularet, tamen regibus tuendam eſſe, *Lipſ. monit. Polit. lib. 2. cap. 13. n. 4.* Carolus V. Imperator etiam Luthero, interrogatus à Ludovico Palatino Rheni, cur ei fidem ſervaret & non violaret? reſpondit: fidem rerum promiſſarum, etſi toto orbe exſulet, apud Imperatorem tamen conſiſtere oportet, *Petr. Greg. Tholoſ. de Rep. lib. 8. cap. 8. in fine. Bald. in l. 1. ff. de Pact.* refert ab Ariſtotele ſæpe admonitum eſſe Alexandrum M. ut promiſſa ſervaret, alioquin eum infelicem futurum. In multis numiſmatibus Romanis, velut teſtibus ſervatæ fidei, conſpiciuntur duæ manus junctæ. interdum cum hac inſcriptione: **Fides Exercituum:** interdum **Fides Legionum:** interdum **Fides Romanorum,** refert Philipp. Camerar. *horis ſubcis. cent. 2. cap. 77.* Scipio omnium primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim judiciis, etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis ſuas res Syracuſanis reſtituit. Non ipſis tantùm ea res, ſed omnibus Siciliæ populis grata fuit, eóque enixiùs bellum adjuverunt, *Liv. lib. 29. princ.* Simile exemplum in M. Furio Camillo habemus. Mos erat Faliſcis eodem magiſtro liberorum & comite uti: ſimulq; plures pueri, quod hodie quoque in Græcia manet, unius curæ demandabantur, principum liberos, ſicut ferè fit, qui ſcientiâ videbatur præcellere, erudiebat. Is cùm in pace inſtituiſſet pueros ante urbem luſus exercendique cauſa producere: nihil eo more per belli tempus intermiſſo, dummodo brevioribus, modò longioribus ſpatiis trahendo eos à porta, luſu ſermonibusq; variatis, longiùs ſolito, ubi res dedit, progreſſus inter ſtationes eos hoſtium, caſtraque indeque Romana in prætorium ad Camillum perduxit, ibi ſceleſto facinori ſceleſtiorem ſermonem addidit: Valerios ſe in manus Romanis tradidiſſe, quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum ſint, in poteſtatem dediderit. Quæ ubi Camillus audivit: non ad ſimilem, inquit, tui, nec populum, nec Imperatorem, ſceleſtus ipſe cum ſceleſto munere veniſti, nobis cum Faliſcis, quæ pacto ſit humano, ſocietas non eſt: quàm ingeneravit natura utriſq; eſt, eritque. Sunt & belli ſicut pacis jura, ju- 24.
ſteque ea non minùs, quàm fortiter didicimus gerere. arma habemus non

adverſum

adverſum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: ſed adverſus armatos, & ipſos, qui nec læſi, nec laceſſiti à nobis. Caſtra Romana ad Vejos oppugnarunt: eos tu, quantum in te fuerit novo ſcelere viciſti: ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, ſicut Vejos vincam. Denudatum deinde eum, manibus poſt tergum illigatis, reducendum Valerios pueris tradidit: virgasq; eis, quibus proditorem agerent, in urbem verberantes, dedit. Ad quod ſpectaculum concurſu populi primùm facto, deinde à magiſtratibus de re nova vocato Senatu, tanta mutatio animi eſt injecta, ut qui modò efferati odio iráque Vejentium exitium penè, quàm Capenatium pacem mallent, apud eos pacem univerſa poſceret civitas. Fides Romana, juſtitia Imperatoris in foro & curia celebrantur: Conſenſúq; omnium legati ad Camillum in caſtra, atque inde permiſſu Camilli Romam ad Senatum, qui dederent Falerios, proficiſcuntur, introducti ad Senatum, ita locuti traduntur: Patres conſcripti, victoria, cui nec Deus, nec homo quiſquam invideat, victi à vobis & Imperatore veſtro, dedimus nos vobis: rati quo nihil victori pulchrius eſt, meliùs nos ſub imperio veſtro, quàm legibus noſtris victuros. Eventu hujus belli duo ſalutaria exempla prodita humano generi ſunt. Vos fidem in bello, quàm præſentem victoriam maluiſtis, nos fide provocati, victoriam ultrò detulimus. ſub ditione veſtra ſumus: mittite, qui arma, qui obſides, qui urbem patentibus portis accipiant. nec vos fidei noſtræ, nec nos imperii veſtri pœnitebit, *Idem lib. 5. anno ab V. C. 361.* Non morem Camilli ſequutus eſt Tarquinius ſuperbus, qui Gabiis inſidias ſtruens minimè arte Romana, fraude ac dolo eos aggreſſus eſt, *Id.* 25. *l. 1. prope fin.* Neq; Tiberius: Rex Archelaus quinquageſimum annum Cappadocia potiebatur, inviſus Tiberio, quòd eum Rhodi agentem nullo officio coluiſſet. nec id Archelaus per ſuperbiam omiſerat, ſed ab intimis Auguſti monitus, quia florente C. Cæſare miſſóq; ad res orientis, intuta Tiberii amicitia credebatur. Ut verſa Cæſarum ſobole imperium adeptus eſt, elicit Archelaum matris literis, quæ non diſſimulatis filii offenſionibus, clementiam offerebat, ſi ad precandum veniret. Ille ignarus doli, vel ſi intelligere crederetur vim metuens, in urbem properat: exceptúsq; immiti à Principe, & mox accuſatus in Senatu, non ob crimina, quæ fingebantur, ſed angore, ſimul feſſus ſenio, & quia regibus æqua ne dum infima inſolita ſunt,

ſunt, finem vitæ ſponte, an fato implevit, *Tacit. annal. 2. in med.* Nihil eſt, quod tam lumine clariore præfulgeat, quàm fides in Principe, *l. 8. C. de Summa Trinit.* (quanquam ibi ſalvifica intelligitur) quæ nec laſſitudine frangatur, nulla enim laſſitudo impedire officium & fidem debet, *Cic. 12. epiſt. ad C. Caſar. epiſt. 25.* Philippus Haſſiæ Princeps nunquam ſatis laudatus dicere ſolitus eſt: Man ſol einen Fürſten kennen bey reiner Straſſen/ guter Müntz/ und haltung beſchehener Zuſage/ *Regner. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 2. n. 34.* Sic allocutus milites ſuos Piſo: Legionum ſeditio adverſum duces ſuos audita eſt aliquando: Veſtra fides famaq; illæſa ad hunc diem manſit, *Tacit. hiſt. 1.* Socratis etiam propter fidei ſervatæ conſtan- 26.
tiam adhuc celebratur fama, *ut Petr. Arbit. Satir. inquit.* Itaque hoc nomine tibi gratias ago, quòd me Socratica fide diligis: hoc eſt, honeſta, verecunda, & ſecundùm animi pulchritudinem aperta: animi namq; pulchritudinē ſectabatur verecunditer Socrates, *D. Ioſeph. Anton. Gonſal. de Salas in com. ad eund.* Fides autem ut habeatur, inquit Cicero, duabus rebus effici poteſt: ſi exiſtimabimur adepti conjunctam cum juſtitia prudentiam. nam & iis fidem habemus, quos plus intelligere, quàm nos arbitramur, quoſque & futura proſpicere credimus; & cùm res agatur in diſcrimenq; ventum ſit, expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe. hanc enim omnes exiſtimant utilem, veramq; prudentiam. Juſtis autem & fidis hominibus, id eſt, bonis, ita fides habetur, ut nulla ſit in his fraudis injuriæq; ſuſpicio. Itaque his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſimè committi arbitramur. Harum igitur duarum ad fidem faciendam juſtitia plus pollet: quippe cùm ea ſine prudentia ſatis habeat auctoritatis, prudentia ſine juſtitia, nihil valeat ad faciendam fidem. quò enim quis verſutior, & callidior eſt, hoc inviſior & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentiæ juſtitia conjuncta, quantum volet, habebit ad faciendam fidem virium. Juſtitia ſine prudentia multum poterit. ſine juſtitia nihil valebit prudentia, *offic. 2. n. 33. 34.* Hoc omnibus, quicunque ii, vel ſtatus, conditionis, dignitatis, vel cujuſcunque alterius conſiderationis fuerint, circa fidei obſervationem eſto dictum. Unum inſatiabiliter parandum, proſperam ſui memoriam. nam contemptu famæ, contemni virtutes, *Tacit annal. 4.* Et famæ ac fidei damna majora eſſe, quàm quæ æſtimari poſſunt, *ait Liv. lib. 3. in fine.* Mortem omnibus ex natura æqualem oblivione apud poſteros vel gloria diſtingui, *ait Tacit. hiſt. 1.* Nam capitis vulnus menſis ſpatio ſolidatur, famæ verò macula, ne totâ quidem vitâ

E poteſt

Digitized by Google

poteſt elui, *Horol. Princ. proœm. gen. n. 4.* Et mors odio aut gratiæ exi-mit, ſuum cuique decus poſteritas rependit, *Tacit. annal. 4. in med. ferè.* Et hominum immortalis eſt infamia, etiam túm vivit, cum eſſe credas mortuam, *Plaut. in Perſa. ad 3.*

Stat ſua cuique dies breve & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitæ: ſed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus —— — —— — —

Virg. 10. Æneid. v. 467.

Brevis nobis vita data eſt: at memoria bene redditæ vitæ ſempiterna. quæ ſi non eſſet longior, quàm hæc vita: quis eſſet tam amens, qui maximis laboribus & periculis ad ſummam laudem gloriamque contenderet? *Cic. Philipp. 14. n. 32.*

17. Explicatis tandem, ratione ætatis, ratione ortus ſeu originis; nec non ratione conditionis ſeu ſtatus variis objectis; Ultimum eſt ratione fortunæ varias circa fidem politicam conſiderare perſonas.

Pauperes dicuntur, qui minùs, quàm quinquaginta aureos habent, *l. 10. ff. de Accuſat. & inſcript.* Vel ut Andr. Gail. ait. Pauper dicitur, qui parum habet: inops, qui nihil, *lib. 1. obſ. 142. n. 8.* Finge pauperem, qui ſi reddere id cogatur, laribus, ſepulchris avitis carendum habeat, *l. 38. ff. de Rei vind.* Quis pauperior eſt, quàm qui inopiâ tentus eſt, & in Xenodochio repoſitus, & ſuo corpore laborans, neceſſarium victum non poteſt ſibi afferre, *l. 49. § 3. in fine. C. de Epiſc. & Cleric.* Differentiam faciunt Dd. inter pauperem, inopem, mendicum & miſerabilem: ut inops dicatur, qui minus habet, quam pauper: mendicus, qui minus, quàm inops: miſerabilis, qui nihil in bonis habet, *Gail. d. loco & n.* propter inopiam inanes etiam dicuntur, *l. 4. ff. de dolo malo.* Paupertas & divitiæ, fortunæ bona dubia, alternis vicibus, hæc læta & grata; illa nimis dura & triſtia venire ſolent. Omnibus modis, qui pauperes ſunt homines, miſeri vivunt, præſertim quibus nec quæſtus eſt, nec didicere artem ullam, *Plaut. in Rudente. act. 2. Et in Epidict. act. 3.* Si quid eſt homini miſeriarum, quod miſereſcat, miſer ex animo eſt, id ego experior, cui multa in unum locum confluunt, quæ meum pectus pulſant, ſimul multiplex ærumnam exercitam habet paupertas. Nam: paupertas humanam vitam miſerè vexat, ſæpe depreſſos non audenda audere cogit, *Novell. Leon. 96. Et in Sticho idem Plaut.*

ait.

Digitized by Google

ait: Quia inde jam à pauſillo puero ridiculus ſui, eo quia paupertas fecit, ridiculus forem, nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit; *act. 2.* Marcellus Aſinio Pollione proavo clarus, neque morum ſpernendus habebatur, niſi quòd paupertatem præcipuum malorum credebat, *Tacit. annal. 14.* Solent pauperes ad varia delicta & iniquitates non leves ſæpe exſtimulari. Othonem, cui compoſitis rebus nulla ſpes, omne in turbido conſilium, multa exſtimulabant, luxuria etiam principi oneroſa, inopia vix privato toleranda, *&c. Idem hiſt. 1. princ. ferè.*

Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis, & facere, & pati
Virtutisq; viam deſerit arduæ. *Horat. 3. carm. od. 24.*

Semper in civitate, quibus opes nullæ ſunt, bonis invident, malos extollunt, vetera odere, nova exoptant, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent, *Salluſt. Bello Catil.* quibus nulla ex honeſto ſpes & publica mala ſingulis in occaſionem gratiæ trahuntur, *Tacit. annal. 5.* Paupertas mihi onus viſum eſt, & miſerum, & grave, *Terent. in Phorm. act. 1. ſc. 2.* Inopi quantò longiorem vitam, tantò plus ſupplicii fore, *ait Tacit. annal. 12.* Multis ob egeſtatem ac metum maxima peccandi neceſſitudo, *Idem annal. 3. in med. ferè.* Syllam inopem, unde præcipuam audaciam & Simulatorem ſegnitiæ, dum temeritati locum reperiret, *Idem annal. 14 ad fin.* Ideo Galba præ ſe tulit nullos minus metuendos, quàm qui de ſolo victu cogitarent, *Sueton. in Vitell. n. 7.* præſertim ſi fortunæ lætioris, & felicitatis proſperioris recordantur. Animus enim excelſus inopia & egeſtate ſubactus in aleam mittit omnia, *Anton Guev. Horol. Princ. lib. 1. cap. 14. n. 46.* Difficile eſt, *inquit Ariſtoteles 5. Polit. cap. 4. & lib. 2. cap. 9.* cùm propter egeſtatem venales ſint Pauperes, qui divites fuerunt, aut nati ſunt ex divitibus, res novas non moliri. Et fiunt viri obſcuri, quibus non eſt victus & vita ſufficiens, *Novell. 15. præf.* Ideo non facile tenues & exhauſtos ad publicos magiſtratus honores vocari aut eligi Divi fratres reſcripſerunt. Cæterùm, ſi ita quidam tenues & exhauſti ſunt, ut non modo publicis honoribus pares non ſint, ſed & vix de ſuo victum ſuſtinere poſſint, & minùs utile & nequaquam honeſtum eſt, talibus mandari magiſtratum, præſertim cùm ſint, qui convenienter ei, & ſuæ fortunæ, & ſplendori publico poſſint creari, *l. 6. ff. de munerib. & honorib.* Origo natalium & facultas ſunt conſideranda, *l. 14. §. 3. ff. ibid.* nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis ſævitiæ principis adrepit, mox clariſſimo cuique periculum 28.

ceſſit, potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus, dedit exemplum, quod ſecuti ex pauperibus divites, ex contemptis metuendi, perniciem aliis ac poſtremum ſibi invenere, *Tacit. annal. 1. ad finem.* Ut pauperes, ita ex pauperibus facti divites, ſæpe pilum magis, quàm mentem mutare ſolent. Et ut paupertas ſæpe facinoroſa, ita divitiæ & pecuniarum copia interdum omnium malorum inſtrumenta eſſe ſolent, *ut Tacit. hiſt. 1. ait.* Mox potens pecunia & orbitate, quæ bonis malisq; temporibus juxta valent.

—— - —— - —— - —— omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanaq; pulchris
Divitiis parent: quas ſi conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus ſapiens etiam & Rex,
Et quicquid volet —— - —— - *Horat. Satir. lib. 2. Sat. 3.*

De paupertate autem communis eſt ſententia, quòd everſio rei fami-
29. liaris dignitatem ac famam præceps det, *Tacit. annal. 6.* At tamen non ſemper paupertas fidem ſecum in exſilium, tanquam comitem trahit. Omnibus enim in rebus, quæ graviores majoresq; ſunt, quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ejus, qui arguitur, eſt ponderandum, *Cic. pro P. Sylla. n. 69.* Sic exclamat Phormio: Heus quanta, quanta hæc mea paupertas eſt, tamen adhuc curavi, ut mihi eſſet fides, *Terent. in Phorm. act. 5. ſc. 8.* ut virgo illa ad patrem: Veruntamen, quanquam res noſtræ ſunt, pater, pauperculæ, modicè & modeſtè melius eſt vitam vivere: nam ſi ad paupertatem admigrant infamiæ, gravior paupertas fit, fides ſubleſtior, *Plaut. in Perſa. act. 3.* Pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numeraverit, *cauſ. 15. q. 1. cap. 6.* Et non facultates neque dignitas, ita ſufficiens eſt ad fidem, ut benigni mores, *l. 21. §. 5. ff. de Sutorib. datis. l. 46. §. 1. ff. de Verb. Sig.* Sic idoneus non tam patrimonio, quàm fide æſtimatur, *l. 112. in fine ff. d. V. O.* & qui probitate morum ac bonis artibus præditus eſt, idoneus æſtimatur, *l. 1. C. de off. mag. offic.* qui auctoritatis, prudentiæ, fidei exploratæ eſt, *l. 3. §. 4. ff. de liber. exhib.* Eloquentia fortunâ non diſcernitur, *Tacit. annal. 2. in fine.* Et quamvis pauper, fidelis tamen & diligens ab officio non removetur, *argt. §. ult Inſt. de ſuſp. tutorib. l. 8. ff. eod.* Nam cùm exiſtimatio eſt integra, facilè conſolatur egeſtas honeſtatem, *Cic. pro P. Quinct. n. 49.* Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra. Suſcitans à terra inopem

inopem & de ſtercore erigens pauperem: ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui, *Pſalm. 113. v. 5. & ſequ.* Cauſa ei (ſcilic. Abdolonymo) paupertatis, ſicut plerisq; probitas erat, *Q. Curt. lib. 4. princ.* Paupertas nobilitati non officit, *l. 3. C. de Inceſt. nupt.* Senatus Lepidum ſoitem magis, quàm ignavum, paternas ei anguſtias & nobilitatem ſine probro actam, honori, quàm ignominiæ habendam ducebat, *Tacit. annal. 3. & in fine ibid.* Lepidus pecuniæ modicus avitum decus recoluit. Si introierit in conventum veſtrum vir annulum aureum habens, in veſte candida: introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis, tu ſede hîc bene; pauperi autem dicatis: tu ſta illic, aut ſede, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: nonne judicatis apud vosmet ipſos, & facti eſtis judices cogitationum iniquarum? audite, fratres mei, non eligit Deus pauperem in hoc mundo, divites in fide, *Iacob. Apoſt. 2. vers. 2. & ſeqq.* Lentulo gloriæ fuit bene 30. tolerata paupertas, deinde magnæ opes innocenter partæ & modeſtè habitæ, *Tacit. annal. 4. in med. ferè.* Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare, ut populo reſponderet, qui in equeſtri ordine jam grandis natu & ferè annorum quinquaginta receptus eſt: huic nec amplæ facultates fuerunt, ſed plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt, *l. 2. §. 47. ff. de origin. Iur.* Principio ſtatim omnes Senatores, inquit Agrippa Mecœnas ad Octav. Cæſar. accuratè examinandi, ac delectus eorum habendus, boni retinendi, reliqui autem expungendi ſunt. Hic neminem bonum virum paupertatis cauſa removebis, verùm ipſi pecuniam potiùs, quanta opus habet, dabis, *Dio Caſſ. lib. 52.* Marc. Oppius, quum ædilitatem omittere paupertatis causâ ſtatuiſſet, plebs id non permiſit, ſed ſtipem ei contulerunt, cùm ad ſuſtentandum rem familiarem, tum ad impenſas muneris ædilitii, *Idem lib. 48 in fine.* P. Valerius omnium conſenſu Princeps belli pacisq; artibus. Agrippa Menenio, P. Poſthumio Coſſ. moritur gloria ingenti: copiis familiaribus adeò exiguis, ut funeri ſumptus deeſſet; de publico eſt elatus, *Liv. lib 2 anno ab V. C. 251.* Anno verò *ab V. C. 261.* dictus Menenius etiam moritur, vir omni vita pariter patribus ac plebi charus, per ſeceſſionem charior plebi factus [hic plebem ex monte ſacrò, oratione qua plebs Senatui, ut membra corpori humano mutua officia debent, in civitatem reduxit. *Idem anno ab V. C. 260*] Huic ſumptus funeri defuit, extulit eum plebs ſextantibus collatis in capita, *Valer. Max. lib. 4. cap. 4. n. 1. 2.* Potcit pauperes conſolari Atilius, ſed multò magis docere locupletes, quàm 31.

non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini, nimis anxia divitiarum comparatio, *Ibid. n. 5.* Et ut parum ſolatii, ita minus periculi in re ſua familiari ſolent habere pauperes. Ut Ulp. ait: Qui non habet, quod perdat ejus periculo nihil eſt, *l. 12. ff. de furtis.* Qui nihil hatt nihil dat, *Proverb.* quoniam egeſtas facilè habetur ſine damno, *Salluſt. bello Catilin.* Laudem etiam & gloriam magis, quàm ignominiam multi ſibi conciliant, qui propter rerum familiarium inopiam officia publica, niſi publicè ſubleventur, derelinquunt, ne bonæ conſcientiæ dexteritas famæ invidia labeſactetur. Propertio Celeri prætorio, veniam ordinis ob paupertatem petenti, decies ſeſtertiûm largitus eſt, ſatis comperto, paternas ei anguſtias eſſe, *Tacit. annal. 1. ad fin.* Laudati dehinc oratione principis, qui ob anguſtias familiares ordine Senatorio ſponte decederent. *&c. Idem lib. 12. annal.* Quandoquidem non nummorum copia & rerum familiariûm abundantia, quaſi pignore & cautione ſufficiente habita fides ſecuritatem ſuam conſequitur: ſed dextris invicem porrectis, fidelitatibus datis & acceptis firmiter ſervatis, tam pauperes, quàm divites fidem ſincero animo colere, & cultum ejus conſtanter obſervare valebunt.

32. Dictum principio hujus capitis de liberis & ſervis. Liberis jam expoſitis, hic de ſervis, tanquam ex umbra corpus æſtumare placet. quoniam inter Chriſtianos eorum priſcum non tam nomen, quàm ſervitium, ſeu ſervitus eſt ſublata. Ne antiquitas oblivioni tradatur, & tandem quaſi ignorantiæ velamine obumbretur, paucis quaſi non manu comprehendere ſed digito rem tangere ſuſtinebo.

Summa erat in antiqua Rep. differentia, quòd alii erant liberi, alii ſervi, *princ. Inſt. de jure perſon.* Neminem quidem natura liberum facit, neminem ſervum. Impoſuit hæc fortuna poſtea ſingulis nomina, *Senec. excerpt. controv. lib. 7. declamat. 6.* Officii ratione quidem differunt, quatenus huic vel illi rei in adminiſtratione ſuppoſiti fuerint. Caſtaldus dicitur ſervus, cui res Domini committuntur gubernandæ. Mediaſtinus eſt, cujus eſt vilis opera, *l. ult. ff. de oper. ſerv.* ſunt vel atriarii vel focarii, *&c. l. 1. §. 5. ff. nautæ, caup. ſtabul.* Sed cùm in

conditione

conditione eorum nulla eſt differentia, *§ ult. Inſt. d. t. de jure perſon.* Et ut non capaces jurium ingenuorum ſunt, ita etiam fidei damnum ſentire coguntur. In Dominos erat ſervorum rara, vel nulla ferè fides. Unde in proverbium ceſſit: Quot ſervi, tot hoſtes. Sic Scytharum legatus natu maximus Alexandrum Magn. alloquitur: Quos viceris, amicos tibi eſſe, cave, credas. Inter dominum & ſervum nulla amicitia, *Q. Curt. lib. 7.* nam: in victores victosq; nunquam ſolida fides coaleſcit, *Tacit. hiſt. 2. princ.* Diutius hoſtes, quàm ſervos fide & affectu teneri putatis: metus & 33
terror eſt, infirma vincula charitatis, quæ ubi removeris, qui timere deſierint, odiſſe incipient, *Idem in Jul. Agric. vita.* In Senatu dicta eſt aliquando ſententia, ut ſervos à liberis cultus diſtingueret, deinde apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſervi noſtri numerare nos cœpiſſent, *Senec. de clement. lib. 1 cap. 24.* Pedanium Secundum ſervus ipſius interfecit: ſeu negata libertate, cui pretium pepigerat: ſive amore exoleti infenſus, & dominum æmulum non tolerans, *Tacit. annal. 14. & paulò infer.* Suſpecta majoribus noſtris fuere ingenia ſervorum, etiam cùm in agris aut domibus iiſdem naſcerentur, caritatemq; Dominorum ſtatim acciperent. Sejanus maturandum ratus, diligit venenum, quo paulatim irrepente fortuitus morbus adſimularetur, id Druſo datum per Lygdum Spadonem *&c. Idem annal. 4. princ.* Tyriorum gens condita à Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patriæ ſolo, Aſſyrium ſtagnum primò, mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi urbe, quam à piſcium ubertate Sidona appellaverunt, nam piſcem Phœnices Sidon vocant, poſt multos deinde annos à Rege Aſcalaviorum expugnati, navibus appulſi, Tyrum urbem ante annum Trojanæ cladis condiderunt: Ibi Perſarum bellis diu varieq; fatigati, victores quidem fuere; ſed attritis viribus à ſervis ſuis, multitudine abundantibus, indigna ſupplicia perpeſſi ſunt: qui conſpiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt, atque ita potiti urbe, lares Dominorum occupant, rempublicam invadunt, conjuges ducunt, & quod ipſi non arant, liberos procreant, *&c. Juſtin. lib. 18* nec deerat *inquit Tacit.* egentiſſimus ex plebe & peſſimi ſervitiorum prodere ultro dites Dominos, *hiſt. 4 princ.* meritò hinc ſervus malum domeſticum 34
dicitur, *l. un. §. 5 ff. Furti adverſ. naut. caup. ſtabul.* nominantur etiam furciferi. Videbatur, *inquit Plutarch.* magna pœna ſervo peccanti irrogata, ſi lignum, quod temonem currus fulcit, per viciniam circumgeſtaſſet, qui enim erat hoc modo punitus viſus, deinde apud domeſticos & vicinos

nullam

nullam fidem inveniebat. furciferq; (ei enim ligno furcæ nomen eſt) appellabatur, *in Coriol. n. 37.* Servi cum periculo capitis ſui cuſtodiam dominis tam ab domeſticis, quàm ab extraneis præſtare coguntur, *l. 1. ff. ad SC. Silan.* & Div. Hadrianus in hæc verba reſcripſit: ſervi quotiens Dominis ſuis auxilium ferre poſſunt, non debent ſaluti eorum, ſuam ſalutem anteponere, *d. l. 1. §. 28.* eorum officium eſto detegere fraudes, *l. ult. ff. de ſuſpect. tutorib.* Nam caſum & adverſam fortunam ſpectari hominis liberi, quid dicam ſui domini, neque civile, neque naturale eſt, *l. 83. § 5. ff. de Verbor. oblig.* quemadmodum fidelium quorundam ſervorum amor & fides non poſtrema in ſuos dominos legitur, *apud Valer. Max. lib. 6. c. 8.* Pythias, licèt acerrimis tormentis coacta noluit in dominam mentiri: quumq; Tigellinus tandem inſtaret, vehementius faciem ejus conſpuit, &, mundior eſt, inquit, vulva dominæ meæ, quàm os tuum, *Dio Caſſ. lib. 62. Tacit. annal. 14.* Sed ab ſervis fidem integram tutò ſperare, ut dubium, ita ſemper, incertum eſt.

CAPUT QUARTUM.

COllecta multitudo ſeu corpus eſt vel integra natio, vel in Republ. quadam Magiſtratus & ſubditi, qui ſunt vel cives, incolæ, inquilini, advenæ, hoſpites & peregrini.

1. Sicut in frugibus, pecudibusq; non tantum ſemina ad ſervandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cœliq; ſub quo aluntur, mutat, *Liv. lib. 38.* ita in omnibus nationibus tam virtutes, quàm vitia, tam quod laudandum, quàm quod culpandum, mixta bonis mala, mixta malis bona inveniuntur. *paulò inferius ibid. Liv.* Generoſiùs in ſua quicquid ſede gignitur, inſitum alienæ terræ, in id quod alitur, natura vertente ſe degenerat. Nolite exiſtimare beluas tantùm recens captas feritatem illam ſylveſtrem primò ſervare: deinde cùm diu manibus humanis alantur, miteſcere: inhominum feritate mulcenda, non eandem naturam eſſe. *&c.* Tam civitatum, quàm ſingulorum hominum mores ſunt: gentes quoque aliæ iracundæ

[illegible], aliæ audaces, quædam timidæ, in vinum, in venerem [illegible] proniores aliæ ſunt. Athenienſium populum, fama eſt, celerem & ſupra vires audacem eſſe ad conandum. Lacedæmoniorum cunctatorem, & vix in ea, quibus fidit, ingredientem, non negaverim & totam Aſiæ regionem inaniora parere ingenia: & noſtrorum tumidiorem ſermonem eſſe, quod exceſſere [illegible] [illegible] videantur, *Idem lib. 45 in med.* Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis ac ſeminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipſa natura loci & à vitæ conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & vivimus. Carthaginenſes fraudulenti & mendaces, non genere, 2.
ſed natura loci, quod propter portus ſuos multis variiſque mercatorum & advenarum ſermonibus ad ſtudium fallendi, ſtudio quæſtus vocabantur; Ligures [illegible] duri atque agreſtes: docuit ager ipſe, nihil ferendo, niſi multa cultura & magno labore quæſitum. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum & fructuum magnitudine, urbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine, *Cic. de L. Agrar. contra Rull orat 16. in fine* mercede parata auxilia ex Afric. inquit *Liv.* gente ad omnem auram ſpei [illegible] [illegible] mobili, *lib. 29. princ fere & [illegible] preced. in fine.* Afros Numidasq;, leviſſima fide mutandæ ingenia. At quos teſtes? Primum dicam Græcos: non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem, nam ſi quisquam de noſtris hominibus a genere iſto, ſtudio ac voluntate non abhorrens fuit: me & eſſe arbitror, & magis etiam tum, cùm plus erat otii, fuiſſe, ſed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc judicium deducti non ſunt, multi imprudentes, illiterati, leves; quos variis de cauſis video concitatos. Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam, denique etiam, ſi qua ſibi alia ſumunt, non repugno: teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit, totiusq; hujus rei, quæ ſit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant, *Cic. pro L. Valer. Flacco. orat 24 n. 9* Ut de aliis taceam, qui Reſpubl. obeunt apud Græcos quidem, ſi ſolum illis talentum creditur, etiamſi decem antigraphas ac totidem ſphragidas, denique duplo totidem teſtes [illegible], fidem tamen ſervare non poſſunt.. Apud Romanos verò tam in [illegible], quam legationibus, ingens admodum multis [illegible] coniis [illegible] propter jusjurandi iidem officium præſtant. Et apud alios quidem rarum eſt invenire virum, qui publicis bonis abſtineat, ſed; purum erga illa exhibeat: apud Romanos vero rarum eſt, talem invenire, qui in

F ejuſmodi

3. ejuſmodi ſit ſcelere deprehenſus, *Polyb. lib. 6. n. alt.* Armis Italia non poteſt vinci, nec Græcia diſciplinis, *Cic. ad Herenn. n 55.* Severa & antiqui moris retinens Italia, *Tacit annal 16. princ.* Scytharum legati inter alia & hæc ad Alexandrum M. eſt locutus: jurando gratiam Scythas ſancire ne crediderit, colendo fidem jurant. Græcorum iſta cautio eſt, qui acta conſignant & Deos invocant: nos religionem in ipſa fide novimus, *Q. Curt. lib. 7.* Gallis inſitum eſt, eſſe leves & degenerantes à civitate Romana, *Trebell. Pollio in Gallien.* Fanatici Galli, *Liv. lib. 3 [illegible] C. 564.* Galli irâ potius atque impetu moventur, quàm ratione, *Polyb. lib. 2. n 11.* Gens levis atque infida, *Idem lib 3. n. 14.* Ut ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promptus eſt animus; ſic mollis ac minimè reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum eſt, *C. Jul. Cæſar de bello Gall. lib. 3.* Gallis in depoſcendis periculis eadem audacia, & ubi advenere, in detrectandis eadem formido. nam Gallos quoque in bellis floruiſſe accepimus, mox ſegnitia cum otio intravit, amiſſa virtute pariter ac libertate, quod Britannorum olim victis evenit: cæteri manent, quales Galli fuerunt, *Tacit. Jul. Agric. vita.* Inconſultò omnes Galli ad quaſcunq; res incredibili cupiditate feruntur, itaque neq; audaciæ, neq; timoris modum habent, ſed cùm ab audacia in ſubitum metum, tum ab hoc in temerariam audaciam ruunt, *Dio Caſſ lib 39.* Eſt nulla gens, quæ inſatiabili cupiditate Gallos æquet, itaque monumenta regum ibi ſepultorum effodere [illegible] pecuniam diripuerunt, oſſa per libidinem disjecerunt, *Plutarch in Pyrrh. n. 57.* Germanicus præcipuis laudibus celebrans, quæ apud Germaniam [illegible] cum legionibus pulcherrima feciſſet. Italiæ inde conſenſum, Galliarum fidem extollit, nil uſquam turbidum aut diſcors, *Tacit. annal 1.* [illegible] fide, & nunc Germanici laude Galli extolluntur, ita hodie bello non [illegible] ter poſtremos ſuperſunt numerandi, uſque ad noſtram memoriam Romani ſic habuere: alia omnia virtuti ſuæ prona eſſe; cum Gallis pro ſalute, non pro gloria certare, *Salluſt. bell. Jugurth in fine.* Ægypti vana gens & novandis, quàm gerendis aptior rebus, *Q. Curt. lib. 4. princ.* Sunt Bactriani & inter alias gentes promptiſſimi horridis ingeniis, multumque a Perſarum luxu abhorrentibus ſiti haud procul Scytharum bellicoſiſſima gente & rapto vivere aſſueta. ſemperq; in armis certant, *Q. Curt. [illegible]* Omnium

4. gentium virtute præcipui Batavi, *Tacit. de morib. Germ.* Ipſorum Hiſpanorum inquieta avidaq; in novas res ſunt ingenia, *Liv. lib 22. [illegible] C. 537.* Athenienſes, quid ſit rectum, ſciunt, ſed id facere nolunt, *Cic. de Senect.*

[illegible] n. 64. *vide Valer. M. lib. 5 cap. 3. n. ult. ext.* De Athenienſium ci[illegible] *inquit Liv.* Nec unquam ibi deſunt linguæ promptæ ad plebem con[illegible]ani, quod genus, cum in omnibus liberis civitatibus, tum præcipuè [illegible] ubi oratio plurimum pollet, favore multitudinis alitur, *lib 31. prope* [illegible]io *inſcr. ibidem.* Athenienſes quidem literis verbiſq;, quibus ſolis [illegible] Rarum eſt, ut Syri fidem ſervent, imò difficile, *Flav. Vopiſ.* [illegible] Romanorum etiam virtutibus vitiis mixtam exinde menda[illegible]tem Britannorum quidam Galgacus in propatulo collocat, quan[illegible] Romanorum ſuperbiam fruſtra per obſequium & modeſtiam effu[illegible] [illegible]ptores orbis, poſtquam cuncta vaſtantibus defuere, terras & mare [illegible] Si locuples hoſtis eſt, avari, ſi pauper, ambitioſi, quos non [illegible] non occidens ſatiaverit; ſoli omnium opes atque inopiam pari af[illegible]concupiſcunt, auferre, trucidare, rapere falſis nominibus imperium; ubi ſolitudinem faciunt, pacem appellant, *Tacit. Agric vita, vel ut* [illegible] *in med. att;* Ut imperium evertant, libertatem proferunt, ſi præ[illegible], ipſam aggrediuntur. Indibilis Carthaginenſium regulis merita [illegible] in duces Carthaginenſes commemoravit. avaritiam contra ſuperbiam & omnis generis injurias in ſe atque populares. Itaque [illegible] ſuum ad id tempus apud eos fuiſſe, animum jam pridem [illegible], ubi jus ac fas crederet coli, *Liv. lib. 27. anno ab V. C. 545.* Dixit [illegible] ipſorum Propheta: Cretenſes ſemper mendaces, [illegible], ventres pigri, *Paul. ad Tit. 1 v. 12.* Fallaces Ligures, Chi[illegible]os habere oculos, Europæos unum &, quod hominum eſt reli[illegible]cæcutire, *Thom. Lanſ orat. 1. Scip. Amirat. diſſert polit lib. 4. diſc. 7.* [illegible] 2. Dacorum gens nunquam fida, *Tacit hiſt 3.* Alexan[illegible] cum expugnaſſet Perſas, dixit: ſe velle eos rectè inſtituere, reſpon[illegible] fieri non poſſe, niſi etiam Perſarum reformaretur cœlum, [illegible]nationum mores magna ex parte ſequi cœlorum conſtitutiones, [illegible] *Franciſc. Picol grad moral. 10. grad 31.* Nec terra mutata muta[illegible] mores, *inquit Liv. lib. 37. in fine.* Difficile enim eſt mutare [illegible] & quod eſt penitus inſitum moribus, id ſubito evellere, *Cic.* [illegible] *ad Quint. fratr. 1.* Ex Germanis in fidem & amicitiam acce[illegible] Alexander M., quidnam in humanis rebus præ cœteris ex[illegible], ſui nominis ſui magnitudinem ante omnia ipſis formido[illegible]. Illi hoc ſe in primis timere reſponderunt, ne fortè in ſeſe [illegible]do cœlum rueret. Alexander nihil motus reſponſi ſuperbia, tantum

 adje-

adjecit: Germanos ſuperbos eſſe [illegible] eosq, [illegible] remiſit, *Q. Curt* [illegible] At ingenio ſuo ſuperbo & elato alios a[illegible]avit. [illegible] Germ[illegible] *Tacit* ſunt deprædicati. Nullus mortal[illegible] armi[illegible] fid[illegible] ante Germa[illegible]nos eſſe, exclamat, *annal. 13. in fine.* Multum [illegible] Germanis [illegible]nis ac ſolertiæ, *Idem de morib. German.* & *alibi ſed* [illegible] dat: Fidei antiquitatis religione [illegible]atur. Pedite[illegible] Germanis, quibus ſi[illegible]debat princep[illegible] quaſi externis, *Idem annal. 13.* [illegible] genus militum apud hoſtes atroci[illegible]mum eſt, *Idem hiſt. 2.* [illegible] mirere) ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perde[illegible] temeritate, ut cùm omnia de[illegible]cerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate [illegible] corpore contendant, victus voluntariam ſervitutem adit. Quamvis [illegible]nior, quamvis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt [illegible] cacia, ipſi fidem vocant, *Idem de morib. German. in med.* & *aliis* [illegible]

6. graviter Germanos commendat Tacit. quando ait: Plures ibi b[illegible] valent, quàm alibi bon[illegible] *Theod. Rem[illegible] de Regim. ſecul* [illegible] *lib. 1. cl. 2. cap 7. n. 32. ex B[illegible] meth. hiſt. refert.* Germ[illegible] t[illegible]te Aſiaticis: militari diſciplina Romanis, religione Hebræis, Philoſo[illegible]phia Græcis, Geometria Ægyptiis, Arithmetica Phœnicibus, A[illegible] Chaldæis, opificiorum varietate populis omnibus faciliè ſuperiores [illegible] *Chalcend. Atticus lib.* [illegible] *rer.* [illegible] *ait*: [illegible] nullam gentem noſſe [illegible] rem Germanis, quæ ſi conc[illegible] inv[illegible] Thraces, *ait Sca*[illegible] Arabes, Moſcovitæ, Pœones, Hungari, Prædones, Illyrii, [illegible] Dalmatæ, jactabundi: Germani fortes, ſimplices, animarum pro[illegible] ri amici, veriq[illegible] hoſtes. Suetii, Norvegi, Gronlandi, Gothi, bell[illegible] non minus. Angli perfidi, inflati, feri contemptores, ſtolidi, [illegible] ertes, inhoſpitales, inmanes. Itali emulatores, irriſores, factioſi, [illegible] ſibi ipſis [illegible] coacti, ſervi, ut ne ſerviant, Dei contemp[illegible] adrem [illegible]tenti, mobiles, leves, [illegible]mani, hoſpitales, prodigi, [illegible] coſi, hoſtium contemptores, atque iccirco lui negligentes, [illegible] ces, ce[illegible] labori, equites omnium optimi. Hiſpani [illegible] mi, alienis menſis [illegible], alacres, bibaces, loquaces, jact[illegible] tartareus, ſupercilium cerbereum, [illegible] inmanes, paupertate [illegible] dei firmit[illegible] c[illegible] omnibus nationibus & invidentes, & [illegible] *Laus. orat. contra Ital. plura apud Petr. Gregor. Tholoſ. de R*[illegible] *lib. 4. cap. 4. P*[illegible] *litigioſ. lib. 1. cap. 8. n. 28.* hic & plures nation[illegible] cedere poſſent, [illegible] materiam & locum commiſſito. [illegible]

[illegible], quorum cauſas procul habeo, hic recitavi, authoribus ipſis, [illegible] veri, ſive falſi, aut contumelioſi fuerit dictum, excuſan-[illegible].

Nationibus variis examinatis, Magiſtratus ordo [illegible]. 7.

[illegible] Qui per derivationem â Magiſtro deſcendit, cui enim præ-[illegible], & qui magis, quam cœteri diligentiam & ſolici-[illegible] rebus, quibus præſunt, debent; hi Magiſtri appellantur. Quin [illegible] Magiſtratus per derivationem a Magiſtris cognominantur, *[illegible]* Magiſtrare, regere & temperare eſt. Magiſtrare mode-[illegible] magiſtri non ſolum Doctores artium, ſed etiam pagorum, ſo-[illegible], vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia hi omnes ma-[illegible] poſſunt. unde & Magiſtratus, quia per imperia potentiores ſunt, [illegible]. *Fidus.* hinc & ille, cui totius navis cura mandata eſt, Magi-[illegible], *l. 1. § 1 ff. de Exercit. act.* hinc Magiſtri equitum, qui [illegible] jungebantur, dicebantur etiam Magiſtratus legitimi, *l. 2. §. [illegible]*. Magiſter equitum, quod ſumma poteſtate hujus in equi-[illegible]. ut eſt ſumma populi Romani Dictator, a quovis quoque [illegible] populi appellatus. Reliqui, quod minores, quam hi Magiſtri, [illegible] ut ab albo albatus, *Varro de lingu. latina lib. 4. n. 14* quod [illegible] vero [illegible], quale hodie præfectorum prætorior. Definitio [illegible] & multitudine tot variarum nationum, gentium, [illegible] inconſtantia & viciſſitudine, quæ non captari [illegible] poſſit, vix poteſt: cum ſint tot eorum ſpecies, quot cœ-[illegible]. Itaque non in concreto pro hujus aut illius civitatis provin-[illegible] Reip. forma; ſed in abſtracto, ab omni materia, [illegible] definiendus. Sic ait Ariſtoteles: Maxime [illegible] dicamus, appellandi, quibus datum eſt deliberare de [illegible], & maxime hoc extremum: nam jubere imperio-[illegible] *lib. [illegible] polit. cap. 15.* Alter & ſic collective definiri poteſt.

Magiſtratus eſt perſona publica habens poteſta-[illegible] deliberandi & ſtatuendi de re aliqua ad commu-[illegible] civitatis ſalutem.

[illegible] ordine jam cives & qui ſub civium numero principio 8. [illegible] comprehenduntur, ſequuntur. Municipem aut nativitas,

 aut

39 habentur pro mortuis, *argt. l. 65. §. 12. ff. pro ſocio.* **Voluntate ſunt.** **I. Mercatores** & his ſimiles, ſive opifices, ſive alii lucri & quæſtus gratiâ incolæ. Summæ prudentiæ & auctoritatis apud Græcos Plato, cùm inſtitueret, quemadmodum civitas bene beateq; habitari poſſit, in primis iſtos negotiatores neceſſarios duxit, *l. 2. ff. de Nundin. vide l. unic. C. de Nundin. & mercatorib.* Erat inter Gotones nobilis juvenis nomine Catualda. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur, veteres illic Suevorum prædæ, & noſtris è provinciis lixæ, ac negotiatores reperti, quos jus commercii, dein cupido augendi pecuniam, poſtremum oblivio patriæ, ſuis quemq; ab ſedibus, hoſtilem in agrum tranſtulit, *Tacit. annal. 2. prope fin.* **II. Literati & Reip. cauſá milites,** & his ſimiles, qui quadam arte, virtute aut experientia pollent, qua dignè evehantur, de quibus *Cic. off. 1. n. 149.* Debemus habere delectum civis & peregrini; privatimne, an publicè veniat. Solent enim mercatores plerumq; privatim, in rei ſuæ uſum & quæſtum; Literati verò publicè venire, propter publicum eorum præſentem vel futurum in Republ. uſum & adminiſtrationem. Peregrini

40 autem officium eſt, nihil præter ſuum negotium agere, nihil de alio anquirere, minimeq; in aliena Rep. eſſe curioſum, *Cic. ibid. n. 125.* Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem, dixit Cleophas, & non cognoviſti, quæ facta ſunt in illa, his diebus, *Luc. ult. v. 18.* Ideo Imperatores Honor. & Theod. conſtituerunt, ne mercatores tam imperio noſtro, quàm Perſarum Regi, ſubjectos ultra ea loca, in quibus fœderis, tempore, cum memorata natione nobis convenit, nundinas exerceant: ne alieni regni (quod non convenit) ſcrutentur arcana, *l. 4. C. de commerc. & mercatorib.* Et ſi verò harpyjæ illæ aves æſtivæ, nonnullæ etiam hiemales, qui vere primo advolant, non

adeo

ſcrutantur ſtatus ſeu regiminis arcana, intolerabile tamen civium &
damnum important, cùm civibus certam pecuniæ ſummam nume-
ſed quæſtûs ex ea vel tres aut plures partes ſibi vendicant, civibus au-
quartam, ſæpiús minorem ægrè relinquunt, & tandem autumno ver-
, præda quaſi onuſti avolant, atq; ita cum ſpe veniunt & cum re ab-
Anco Regnante Lucumo vir impiger, ac divitibus potens Romam
migravit, cupidine maximè ac ſpe magni honoris, cujus adipiſcendi
uiniis (nam ibi quoq; peregrina ſtirpe oriundus erat) facultas non fue-
Damarathi Corinthii filius erat, *Liv. lib. 1.* fortaſſis mercatoris. Hi
, de quibus antè dictum: Quod locuſta ſegeti, id peregrinus civitati. hi
niam ſuccum & ſanguinem civium quærunt, non ſunt ferendi. Lite-
verò ſunt recipiendi, nec tamen indifferenter; ad officia verò, non niſi
ivium numero defectus fuerit literatorum, ſparſim admittendi. Ordi-
enim charitas incipit à ſe ipſa & ſuis. Durum, inquit Imperator Claud.
rudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, ſitientibus a-
tuis, ad aliorum uſum vicinorum injuriâ propagari; *l. 6. C. de Servitu-
& aqua.* Semper originarii extraneis & forenſibus in officiis ſunt præ- 4.
ndi, ubi reperiri poſſunt originarii ſive indigenæ idonei, *Mynſing. ſin-
obſerv. cent. 4. obſ. 30.* Sæpe tamen accidit, quod Propheta ait: non
ſine honore, niſi in patria, *Marc. 6. v. 4. Matth. 13. verſ. pen.* unde exſti-
hic verſiculus adagii loco decantatus:

In patria non eſt acceptus gente Propheta.

æſtio igitur eſt: cur?

Inter nemo ſuos facilè inclareſcit amicos?

ide eſt, quòd minùs valeant & floreant homines, quisq; in ſua patria

Advena fama venit ſemper majoribus alis.

Ita eſt, quod *Tacit. annal. 15.* ait: Adeò nunc colimus externos & adu-
nur, & ad nutum alicujus grates. Secundùm eorum mentem enim:
ne ignotum pro magnifico eſt: *Idem in Jul. Agric.* Quoniam in rebus
manis ita comparatum eſſe ſcimus omnes.

Uberior ſeges eſt peregrino ſemper in agro,
Externumq́; pecus, grandius uber habet.

Eodem anno Cheruſcorum gens regem Româ petiit, amiſſis per inter-
bella nobilibus, & uno reliquo ſtirpis regiæ, qui apud urbem habebatur
omine Italus. Paternum huic genus è Flavio fratre Arminii, mater ex Ca-
mero Principe Cattorum erat: ipſe fortunâ decorus, & armis equisq; in

I 2 pater-

paternum noſtrumq; morem exercitus. Igitur Cæſar auctum pecuniâ additis ſtipatoribus, hortatur gentile domus magno animo capeſcere. Illum primò ortum Romæ, nec obſidem, ſed civem, ire externum ad imperium,
42 *Tacit. annal. 11.* Præterea etiam eatenus aliquis non ſolet eſſe acceptus vel nimis gratus in ſua patria, quòd inde à ſua pueritia ferè objectus fuerit oculis, unde ſolet vileſcere, & velut ſatietate ipſa faſtidiri. quemadmodum ſequens hiſtoria teſtatur: In exitu annus erat, & ambitio magis, quàm unquam aliàs exarſerat conſularibus comitiis, multi & potentes petebant patricii plebeiq;. P. Cornelius Cn. Filius, Scipio, qui ex Hiſpania provincia nuper deceſſerat magnis rebus geſtis: & L. Quintius Flamininus, qui claſſi in Græcia præfuerat: Et Gn. Manlius Volſo: hi patricii, plebei autem C. Lælius. Sed omnium oculi in Quintium Corneliumq; conjecti, nam & in unum locum petebant ambo patricii & rei militaris gloria recens utrumque commendabat: Cæterùm, ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clariſſimi ætatis ſuæ imperatores, major gloria Scipionis, & quò major, eò propior invidiæ: Quintii recentior, ut qui eo anno triumphaſſet. Accedebat, quòd alter decimum jam propè annum aſſiduus in oculis hominum fuerat, quæ res minùs verendos magnos homines
43 ipſa ſatietate facit, *Liv. lib. 35. anno ab U. C. 561.* Antiſthenes ridere ſolitus eſt Athenienſes inde gloriantes, quòd eſſent αὐτόχθονες, hoc eſt, indigenæ, eo quòd non aliunde eò commigraſſent, nec patriam ſedem mutaſſent unquam, dicens: hoc laudis illis eſſe cum teſtudinibus cochleisque commune, *Philipp. Camer. hor. ſubciſ. cent. 1. cap. 44.* Grati,an faſtidiri ejusmodi ſint, in ambiguo eſt. Ad extremum non in minimis etiam ponenda eſt hæc cauſa, quòd in patria doctus quiſpiam vir & virtute præditus, nec non,eruditione non contemnendus,ſolet minori in precio haberi, quia multi hærent in cogitationibus mancipatis, in occupationibus privatis, ſecundùm, nimirum, conditionem parentum & cognatorum in vitæ genere, in humilitate generis & obſcuritate ſtirpis, familia ignobili, vel in externa aliqua neglectione, non in virtute & qualitate novæ quaſi perſonæ, & novis decorari generis gradibus. in veſtitu minùs precioſo, quaſi virgo non eſſet ancillari veſte, & matrona non eſſet meretricia veſte veſtita, *l. 15. §. 15. ff. de Injur.* quod verſiculis quibusdam vulgaribus notatur:

Vir bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamvis idiota ſit ille.

Si-

Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè,
Nullius eſt laudis, quamvis ſciat omne, quod audit.

Hinc cives Chriſti offendebantur in ipſo. Dicebant enim: Nonne iſte eſt fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus & Joſephus, & Simon & Judas? Et ſorores ejus nonne omnes apud nos ſunt? *Matth. 13. v. 55. 56. Herman. Kirchner. Fagin. quæſtion. propoſit. ſequentibus verbis nobis explicans:* Ciceronem, inquit, legimus ex Aſia in Italiam obito provinciæ munere, laudibusq; terra mariq; completo, reverſum divertiſſe in celebri loco, magnamque ſui ibidem ob res præclariſſimè geſtas exiſtimationem & curam ſperâſſe, avidúmque explendæ de ſe famæ obvium quemque interrogâſſe. Nihil ne de Cicerone in Aſia proconſule inaudisſent? Cùm, quid hominis ille ſit, neſcire ſe affirmarent omnes, ingemuisſe Arpinatem, & hic ne meæ gloriæ fructus, dixiſſe, ut, cùm foris homines meum nomen cœlo adæquarint, domi nemo ſit, qui illud cognoſcat? idem accidere plerumq; videmus, ut, qui apud exteros in luce, oculis, & ore omnium ſunt, domi tanquam Nili caput obſcuri, teſtudinis inſtar meridianæ lateant, *&c. vide Rudolph. Goclen. quæſt. Ethic. 14.* Legum 12 fe- 44
rendarum auctorem fuiſſe decemviris Hermodurum quendam Epheſium exſulantem in Italia, quidam re[illegible]nt, *Pompon. in l. 2. §. ff. de orig. Jur.* Tarquinius, ut quàm primùm com[illegible]i creando fierent, inſtabat, & petiiſſe ambitioſe regnum & orationē habuiſſe dicitur ad conciliandos plebis animos compoſitam. Cùm ſe non rem novam petere, quippe qui non primus, quod quisquam indignari mirarive poſſet, ſed tertius Romæ peregrinus, regnum affectet: & Tatium non ex peregrino ſolùm, ſed etiam ex hoſte regem factum: Numam ignarum urbis, non potentem in regnum ultro accitum, ſe ex quo ſui potens fuerit, Romam cum conjuge ac fortunis omnibus commigraſſe, majorem partem ætatis ejus, quæ civilibus officiis fungantur homines, Romæ ſe quàm in veteri patria vixiſſe, domi militiæque haud ſub pœnitendo magiſtro, ipſo Anco rege, Romana ſe jura, Romanos ritus didiciſſe, obſequio & obſervantia in Regem cum omnibus benignitate erga alios cum rege ipſo certâſſe, *Liv. lib. 1. anno ab U.C. 137.* Ancus Martius Politorium urbem Latinorum vi cæpit, ſecutusque morem regum, priorum, qui rem Romanam auxerunt hoſtibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit. Et cùm circa Palatium, ſedem veteres Romani, Sabini Capitolium atque arcem

Cælium montem Albani impleſſent. Aventinum novæ multitudini datum. additi eidem haud ita multò pòſt Tellenis Ficanaq; captis novi cives, *& paulò inferiùs.* Ad ultimum omnibus copiis connixus Ancus, acie primùm vincit: inde ingenti præda potitus Romam rediit: tum quoque multis millibus Latinorum in civitatem acceptis, *&c. Idem lib. 1. anno ab U.C. 114.* Ideo virtus cujusvis, etiam peregrini non ortus, dignitas, non nobilitas; majeſtas, non egeſtas; nomen, non omen ſunt attendenda. Nec
45 magnorum principum, *inquit Flav. Vopiſc.* virtutibus ſumma ſciendi eſt, ubi quiſque ſit genitus, ſed qualis in Republ. fuerit. An Platonem magis commendet, quòd Athenienſis fuerit, quàm quòd unicum ſapientiæ munus illuxerit. An eò minores inveniuntur Ariſtoteles Stagirita, Eleatesq; Zenon, aut Anacharſis Scytha, quòd in minimis nati ſint viculis, quum illos ad cœlum omnis Philoſophiæ virtus extulerit, *in Divo Aureliano.* Servius Tullius Romanorum Rex ex ſerva natus eſt, unde & ipſi nomen inditum eſt. Ad quem Tanaquil uxor ejus: tuum eſt, inquit, Servi, ſi vir es, regnum non eorum, qui alienis manibus peſſimum facinus fecere, erige te, deosq; duces ſequere, qui clarum hoc fore caput divino quondam circumfuſo igni portenderunt, nunc te illa cœleſtis excitet flamma, nunc expergiſcere verè, & nos peregrini regnavi[illegible] qui ſis, non unde ſis, reputa, *Liv. lib. 1. anno ab U. C. 175.*

— — — — — — lectos
— — — — lectos ex omnibus oris
Evehis & meritum; nunquam cunabula quæris
Et qualis, non unde ſatus — — — —
Claud. in Stilic

Septimius Severus Imperator natione fuit Afer, de quo ſic Auſon:

Punica origo illi, ſed qui virtute probaret
Non obſtare locum, cùm valet ingenium.

Origo Othonis Imperatoris è municipio Feruſino, pater Conſularis, avus prætorius, maternum genus impar, nec tamen indecorum, *Tacit. hiſt. 2. in med.* C. Flavius Cn. Filius ſcriba patre libertino humili fortuna ortus. cœterùm callidus vir & facundus ædilis curulis fuit, *Liv. lib. 9. in fine.* Barbarius Philippus ſervus Romæ prætura functus eſt, *l. 3. ff. de offic. prætor.* Tunc Cæſar, ac poſtea Imperator factus eſt Trajanus homo Hiſpanus, non Italus erat, nec Italicus: quódque ante eum nemo alterius nationis imperium Romanum obtinuerat. Cenſebat enim virtutem cujusq; non patriam exiſtimari & ponderari oportere, *Dio Caſſ. lib. 68. princ.* Sed non omnes poſſunt olere unguenta exotica, *Plaut. in Moſtell.* CAPUT

Digitized by Google

CAPUT QUINTUM.

Fides eſt vel publica, vel privata.

OMnium gentium Romana, virtutem primò, deinde fidem, cùm dignitati & famæ conſulendum eſſe duxerunt, præprimis colendam & in Republ. cuſtodiendam eſſe voluerunt. Fidem publicam tam ſanctè habuerunt, ut quisque ſententiam ſuam ſub fide publica rogatus, etiam cùm crimen aliquod argueretur vitæque periculum ſubeſſet, non metu diſſimulare, nec occultare, ſed vera docere urgebatur. Vulturcius, interrogatus de itinere, de literis, poſtremò, quid, aut qua de cauſa, conſilii habuiſſet? primò, fingere alia, diſſimulare de conjuratione; pòſt, ubi fide publica dicere juſſus eſt, omnia, uti geſta erant, aperit, docetque *&c. & paulò pòſt.* Poſt eum diem quidam Lucius Tarquinius ad Senatum adductus erat: quem, ad Catilinam proficiſcentem ex itinere retractum ajebant. is cùm ſe diceret indicaturum de conjuratione, ſi fides publica data eſſet; juſſus à Conſule, quæ ſciret, edicere eadem ferè, quæ Vulturcius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hoſtium, Senatum edocet, *&c. Salluſt. bel. Catil.* De publica fide poſſumus dicere, ut conventio, ita fides publica & privata eſt, *l. 5. ff. de pactis.* Publicam non uno modo, ſed & per pacem fieri, quotiens inter ſe duces belli quædam paciſcuntur, *ait Ulpian. ibid.* Ex fine, pace videlicet publica, quæ plerumque per duces belli componi ſolet. Fides hæc publica dicitur. Belli enim finis pax eſſe ſolet, *ut Cic.* ſuſcipienda bella ob eam cauſam, ut ſine injuria in pace vivatur, *off. 1. n. 35.* quam etiam, qui vincere poſſunt, volunt, *Liv. lib. 7. in fine.* Appius Claudius inter alia dixit: Nec finem ullum alium belli, quam victoriam, nec impetu potiùs bella, quàm perſeverantiâ geri, *Idem lib. 5. princ. ſere.* Ubi per victoriam ipſam pacem & quietem publicam intelligi vult. Non pax quæritur, ut bellum excitetur: ſed bellum geritur, ut pax adquiratur. Eſto ergo & bellando pacificus: ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas, *cauſ. 23. qu. 1. cap. 3.* Hinc magiſtratus Romani, Imperatoresq; ex una hac re maximam laudem capere ſtudebant, ſi provincias, ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent, *Cic. off. 2. n. 27.* Apud veros enim Dei cultores etiam ipſa bella pacata ſunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut mali coërceantur & boni

2. bonū ſubleventur, *d. cauſ. cap. 6.* Quantam Julius Cæſar Reip. curam & fidem publicam in rebus geſtis cuſtodiverit,ſi non aliis artibus, conſiliorum ſanè prudentiâ, actionum providentiâ, directionum ſapientiâ, felici tandem exitu, ſatis dictum. Cùm inter ipſum & Pompejum diſſenſio inteſtina oriretur, & alterius ducis cauſa melior, alterius firmior videretur, & Pompejum Senatus auctoritas, Cæſarem militum armaret fiducia. Et nihil relictum à Cæſare, quod ſervandæ pacis causâ tentari poſſet, nihil receptum à Pompejanis. Spretis tandem omnibus,quæ Cæſar poſtulaverat, tantummodo contentus cum una legione titulum retinere provinciæ privatus in urbem venire & ſe in petitione conſulatus, ſuffragiis P. R. committere decreverat. Cn. Pompejus conſulesq; & major pars Senatus relicta urbe, ac deinde Italia transmiſere Dyrrhachium. At Cæſar proſecutus Brundiſium, ità ut appareret, malle integris rebus & conditionibus finire bellum, quàm opprimere fugientes,cùm transgreſſos repeririſſet conſules in urbem revertit. redditaq; ratione conſiliorum ſuorum in Senatu & concione, ac miſerrimæ neceſſitudinis, cum alienis armis ad arma compulſus eſſet: Hiſpanias petere decrevit,*&c. Vellej. Patercul. lib. 2.* Obſequium in regem, reverentiam in Romanos, decus quisque ſuum & fidem retinerent, *Tacit.*
3. *annal. 6.* Et non ſolùm hæc, quæ in ſagata Republ. per pacem publicam, ſed quæ etiam in togata per conventiones & pacta publica celebrantur.

Fides publica eſt: ut cùm Imperium cum Imperio, Provincia cum Provincia; Reſpubl. cum Republica; Magiſtratus cum ſubditis; & vice verſa *&c.* in certo aliquo & arduo negotio, communem Reipub. ſalutem concernentē, conventiones & pacta varia ſanciunt.

Quæ ſanctiſſimè ſunt ſervanda, ſanctiſſimè obſervanda. Dum inter Achæos & Tyrannum bellum erat, legati Romanorum circumire ſociorum urbes ſolliciti, ne Ætoli partis alicujus animos ad Antiochum averterent, minimum operæ in Achæis adeundis conſumpſerunt: quos quia Nabidi infeſti erant, ad cœtera quoque ſatis fidos cenſebat eſſe. Athenas primum, inde Chalcidem, inde in Theſſaliam ivere, allocutique conſilio frequenti Theſſalos, Demetriadem item flexere. eo Magnetum concilium indictum eſt. Accuratior ibi habenda oratio fuit, quòd pars principum

alienati

alienati à Romanis totiq; Antiochi & Ætolorum erant, quia cùm reddi filium obſidem Philippo allaturi erant: Demetriadem quoque ei reddituros Romanos eſſe, id ne fieret. Eurylochus hos Princeps Magnetum factionisq; ejus quidam omnia novari Ætolorum Antiochiq; adventu malebant. Adverſus eos ita diſſerendum erat: ne timorem vanum iis demendo ſpes inciſa Philippum abalienaret: in quo plus ad omnia momenti, quàm in Magnetibus eſſet. Illa tantùm commemorata; cùm totam Græciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis eſſe, tum eam civitatem præcipuè. ibi enim non præſidium modò Macedonum fuiſſe, ſed regiam exædificatam, ut præſens ſemper in oculis habendus eſſet Dominus. Cæterùm, ne quicquam ea facta, ſi Ætoli Antiochum in Philippi regiam adducerent, & novus & incognitus pro vetere & experto habendus rex eſſet. Magnetarchen ſummum magiſtratum vocant. Is tum Eurylochus erat, ac poteſtate ea fretus, negavit diſſimulandum ſibi & Magnetibus eſſe, quæ fama vulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. Id ne fieret, omnia & conanda & audenda Magnetibus eſſe, & interdicendi contentionem inconſultius evectus projecit: tum quoque ſpecie liberam Demetriadem eſſe re vera omnia ad nutum Romanorum fieri, ſub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit, partim aſſentientium, partim indignantium dicere id auſum eum. Quintius quidem adeò exarſit irâ, ut manus ad cœlum tendens, Deos teſtes ingrati ac perfidi animi Magnetum invocaret. hac voce perterritis omnibus Zeno ex principibus magnæ cùm ob eleganter actam vitam auctoritatis, tum quòd ſemper Romanorum haud dubiæ partis fuerat: ab Quintio legatiſque aliis flens petiit, ne unius amentiam civitati aſſignarent; ſuo quemque periculo furere. Magnetas non libertatem modò, ſed omnia, quæ hominibus ſancta charaq; T. Quintio & populo Romano debere. Nihil quenquam à Diis immortalibus precari poſſe, quod non Magnetes ab illis haberent, & in corpora ſua citiùs per furorem ſævituros, quàm ut Romanam amicitiã violarent, *&c. Liv. lib. 35. anno ab U. C. 563.* Erat enim Romanis ſemper ſancta, etiamſi non publicè promiſſa fides. Memmius populo Romano perſuadet, uti Lucius Caſſius, qui tum Prætor erat, ad Jugurtham mitteretur: eumq;, interpoſita fide publica, Romam duceret, *& paulò poſt:* Caſſius Prætor, perlata rogatione à C. Memmio, ac perculſa omni nobilitate ad Jugurthã proficiſcitur: eiq; timido, & ex conſcientia diffidenti rebus ſuis, perſuadet; quoniã ſe populo Roman. dedidiſſet, ne vim, quàm miſericordiã ejus

Digitized by Google

experiri malit: privatim præterea fidem ſuã interponit, quam ille non mino-ris, quàm publicam docebat, talis ea tempeſtate fama de Caſſio erat, *Salluſt. bel. Jugurth. & paulò infer.* C. Memmius advocata concione; quamquam regi infeſta plebes erat, & pars in vincula duci jubebat, pars ni ſocios ſceleris ſui aperiret, more majorum de hoſte ſupplicium ſumi; dignitati, quàm iræ magis conſulens, ſedare motus & animos eorum mollire, poſtremo confirmare fidem publicam per ſeſe inviolatam fore. Specioſa quoque, *inquit Valer. Max.* illa Romana fides ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam devi-cta; duces ejus fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum Amilcar ire ſe ad Conſules negabat audere, ne eodem modo catenæ ſibi injicerentur, quæ ab ipſis Cornelio Aſinæ Conſuli fuerant injectæ. Anno autem certior Romani animi æſtimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit; apud quos cùm de belli fine ageret, & tribunus militum ei dixiſſet, poſſe illi meritò evenire, quod Cornelio accidiſſet: uterq; Conſul tribuno tacere juſſo. Iſto te, inquit, metu, Anno, fides civitatis noſtræ liberat, *lib. 6. cap. . n. 2.* Ex Privernatibus unus magis conditionis, in qua natus eſſet, quam præſentis neceſſitatis memor, interrogatus à quodam triſtioris ſententiæ au-ctore, quam pœnam meritos Privernates cenſeret, eam, inquit, quam merentur, qui ſe libertate dignos cenſent. Cujus cùm feroci reſponſo infe-ſtiores factos videret, conſul eos, qui ante Privernatium cauſam impugna-bant: ut ipſe benigna interrogatione mitius reſponſum diceret: Quid ſi pœnam, inquit, remittimus vobis, qualem nos pacem vobiſcum habituros ſperemus? Si bonam dederitis, inquit, & fidam & perpetuam: ſi malam, haud diuturnam. Tum verò minari; nec id ambiguè. Privernatem qui-dem & illis vocibus ad rebellandum incitari paratos populos. pars melior ſenatus ad meliora reſponſa trahere & dicere, viri & liberi, vocem auditam, an credi poſſe ullum populum aut hominem, deniq; in ea conditione, cujus eum peniteat, diutius quàm neceſſe ſit, manſurum? ibi pacem eſſe fidam, ibi voluntarii pacati ſunt; neque eo loco, ubi ſervitutem eſſe velint, fidem ſperandam eſſe. In hanc ſententiam maximè conſul ipſe in-clinavit animos, identidem ad principes ſententiarum conſulares, ut exaudiri poſſet à pluribus, dicendo, eos demum, qui nihil præterquam de li-bertate cogitant, dignos eſſe, qui Romani fiant. Itaque & in Senatu cauſam obtinuere: & ex auctoritate patrum latum apud populum eſt, ut Pri-

vernati-

vernatibus civitas daretur, *Liv. lib. 8. anno ab U. C. 425.* Exemplo Magii Decii, qui nuſquam malle dixit, quàm in regno ejus vivere, quem vindicem atq; auctorem habeat libertatis, *Idem lib. 23. princ. ferè.* qui ſtatus, antiqua libertas vocatur, *Novell. 1. princ.* quam illibatam ſubditis ſuis relinquant principes, exemplo Alexandri Imperatoris, qui dixit: Tantum mihi curæ eſt eorum, qui reguntur, libertas, quantum illorum benevolentia & obedientia, *l. 25. ff. de Appellationib. & relat.* Quæ enim certis ſuis & antiquis ſtant conſuetudinibus, pactis, tranſactionibus, compoſitionibus, conventionibus, reverſalibus, aſſecurationibus, actis & decretis, & aliis fidelibus ſecuritatibus, antiquæ vocantur libertates. Inter Scipionem, Asdrubalem & Syphacem, omnes inter ſe hoſtes, tanta exorta eſt inopinata fides publica, ut non ſolùm ſub tecto congrederentur & epularentur, ſed & Scipio & Asdrubal apud Syphacem in eodem lecto concumberent. Asdrubal mox Scipio & Lælius ad Regem pergunt, magnificum id Syphaci, duorum opulentiſſimorum ea tempeſtate duces populorum uno die pacem amicitiamq; petentes veniſſe, utrumq; in hoſpitium invitat, & quoniam fors eos ſub uno tecto eſſe, atque ad eosdem penates voluiſſet, contrahere in colloquium dirimendarum ſimultatum cauſa eſt conatus: Scipione abnuente, aut privatim ſibi ullum cum Pœno odium eſſe, quod colloquendo finiret: aut de Republ. ſe quicquam cum hoſte agere injuſſu Senatus poſſe; illud magnopere contendente rege, ne alter hoſpitium excluſus menſa videretur, ut in animum induceret, ad easdem venire epulas haud abnuit. Cœnatumq; ſimul apud Regem eſt; eodem etiam lecto Scipio atque Asdrubal, quia ita cordi erat, regi accubuerunt. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modò barbarum, inſuetumq; moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facundè alloquendo, ſibi conciliaret, mirabilioremq; ſibi cum congreſſo coram viſum præ ſe ferebat, quàm bello rebus geſtis, nec dubitare, quin Syphax regnúmq; ejus in Romana eſſet poteſtate, eam artem illi viro ad conciliandos animos eſſe, *Liv. lib. 28. anno ab U. C. 548.* O utinam & nobis, quod belli calamitas introduxit, per pacta publica pacis lenitas ſopiret, *l. un. C. de Caduc. tollend.* 5.

Privata fides eſt, quæ in obligationibus, contractibus, pactis, tranſactionibus, promiſſis, pollicitationibus, conventionibus, votis, fidelibus converſationi- 6.

 bus,

bus, & aliis ejus generis congreſſibus privatis, ſalutem & utilitatem unius vel quorundam paucorum privatum concernentibus attenditur. De qua ſecundùm hanc materiam & ejus enumerationem ſatis in jure civili, quædam etam *lib. 2. infra.* Plurima autem in hoc toto tractatu diffuſe tractantur. Utinam in publica & privata fide his temporibus contingeret ſperare, quod quidem licet optare, quodq; in carmine ſeculari pro Imperii Romani incolumitate poſuit Horatius, ut non ſolùm noſtris, ſed etiam poſterioribus eveniat temporibus, quándo ait:

Jam fides & pax & honos pudórq;
Priſcus, & neglecta redire virtus
Audet, apparetq; beata plena
Copia cornu.

Velut Ovid. lib. 1. Metamorph. fab. 3.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſua, ſine lege fidem rectúmq; colebat,
Pœna metúsq; aberant, nec vincla minacia collo
Ære ligabantur, nec ſupplex turma timebat
Judicis ora ſui, ſed erant ſine Judice tuti. *&c.*

CAPUT SEXTUM.

1. Publicam conventionem dividit Hugo Grotius in fœdera, ſponſiones & pactiones alias, *lib. 2 cap. 15. n. 2. de Jure belli & pacis.* Quæ diviſio non tam ab authoritate tanti viri, quæ maximè clara, huc tranſlata, quàm ab ipſa re, & fundamento deſumpta eſt, quæ in explicatione ſubjicitur. Fœdus nomen habet ab hirco & hœdo. F. litera addita: Hanc veteres in gravi ſignificatione præponebant. ut: Sanguine fœdantem, quos ſpe ſacraverat ignes. *Iſid. orig. lib. 10. lit. F.* Differt à ſponſione, licet etiam per ſponſionem pax publica fieri poteſt. Itaq; non ut vulgò credunt. Claudiúsq; etiam ſcribit, fœdere pax Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt, *Liv. lib. 9. anno ab U. C. 433. princ. ferè.* Fœciales ad pangenda fœdera mitti ſolebant. Hi cùm aliquando in Africam ad fœdus feriendum ire juberentur, ipſis poſtulantibus, Senatus Conſultum in hæc verba factum eſt: ut privos lapides ſilices privâsq; verbenas ſecum ferrent: uti Prætor Romanus his imperaret, ut fœdus ferirent, illi

prætorem, ſagmina poſcerent. Herbæ id genus, ex arce ſumptum dari fœcialibus ſolet, *Liv. lib. 30. in fin.* De primo Romanorum fœdere eſt hæc apud 2.
eundem, *Liv. lib 1.* memoria. Bello in compendium miſſo decreverant inter ſe Romani & Albani: ut tergemini fratres (Horatii tres dicebantur Romani, Curiatii verò Albani) de re ſumma & imperio certarent, priusquam dimicarent, fœdus ictum inter Romanos & Albanos, his legibus, ut cujus populi cives eo certamine viciſſent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. Fœdera alia aliis legibus, cœterùm eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus, nec ullius vetuſtior fœderis memoria eſt. Fœcialis regem Tullum ita rogavit: Jubesne me, Rex, cum patre patrato populi fœdus ferire? jubente Rege: Sagmina, inquit, te Rex poſco. Rex ait: puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit, poſtea regem ita rogavit: Rex facisne tu Regium nuncium populi Romani Quiritium? vaſa comitesq; meos: Rex reſpondit: quod ſine fraude mea, populíq; Romani Quiritium fiat, facio. Fœcialis erat M. Valerius, is patrem patratum Sp. Fuſium fecit, verbenâ caput capillósq; tangens, fœdus, multísq; id verbis, quæ longo effata carmine non opus eſt referre, peragit: Legibus deinde recitatis: Audi, inquit, Jupiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus, ut illa palam prima poſtrema ex illis tabulis cerave recitata ſunt, ſine dolo malo, utiq; ea hic hodie rectiſſimè intellecta ſunt: illis legibus Populus Romanus prior non deficiet: Si prior defecit publico conſilio, dolo malo, tu illo die Jupiter populum Romanum ſic ferito: ut ego hunc porcum hodie feriá, tantoq; magis ferito, quantò magis potes pollesq;, id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Hæc apud Romanos erat fama peragendorum fœderum. Menippus, eſſe tria genera fœderum, ait, quibus inter ſe paciſcerentur ami- 3.
citias civitates regesq;. *Unum:* cùm bello victis dicerentur leges, ubi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos velit, ipſius jus atque arbitrium eſſe. *Alterum:* cùm pares bello, æquoq; fœdere in pacem atq; amicitiam venirent, tunc enim repeti reddíq; per conventionem res, & ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi. *Tertium* eſſe genus, cùm, qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam fœciali fœdere inter ſe jungendam coëant, eos neque dicere, neque accipere leges, id enim victoris & victi eſſe, *Liv. lib. 34. prope fin.* Summa fœderum Romanis religio eſt, *Flor. lib. 2. cap. 6.* Et tyrannus quidam: Nunc cum vos intueor, Romanos eſſe video, qui rerum divinarum fœdera,

Digitized by Google

humanarum fidem, ſocialem ſanctiſſimam habeatis, *Liv. ibid. in med.* quam arctiſſimè fidem in fœdere & ſocietate ſanciebant, tam ſanctiſſime & fideliſſimè eam cuſtodiebant, quam non in verbis tantùm, ſed in cruore etiam mutuo & ſanguine rutilante conſecrari volebant, *ut Tacit. ait*: Mos eſt re-
4. gibus, quoties in ſocietatem coëant, implicare dextras, polliceſq; inter ſe vincire, nodóq; perſtringere. Mox ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum, *annal. 12.* Arabes ſervant fidem inter homines, ut qui maximè, quam in hunc modum dant. Quoties fœdus inire volunt, alius quidam medius inter utrumq; ſtans, acuto lapide vulnerat volam, juxta majores digitos eorum, qui fœdus ineunt. Deinde ſumpto flocco ex utriusq; veſtimento, inungit eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter inungendum invocans Bacchum & Uraniam. Hoc acto, idem, qui fuit ſequeſter fœderis inter amicos contrahendi, vadatur hoſpitem, aut fortè civem, ſi cum cive res agitur. Quod fœdus & ipſi, qui amicitiam contraxerunt, ſervare juſtum cenſent, *Herodot. lib. 3. in Thal. princ. ferè.* Fœdera cum quibus ineunt Scythæ, hoc modo ineunt: infuſo in grandem calicem fictilem vino, commiſcent eorum ſanguinem, qui fœdus feriunt, percuſſorum cultello aut inciſorum gladio aliquantulum corporis. Deinde in calicem tingunt acinacem, ſagittas, ſecurim, gladium. Hæc ubi fecerunt, ſeſe multis verbis devovent: poſtea vinum epotant, non modò ii, qui fœdus fecerunt, ſed etiam comites hi, qui ſunt maximæ di-
5. gnitatis. *Idem lib. 4. in Melpom. & paulò inferiùs:* De Naſamonibus grandi natione ait: Fidei dandæ conſuetudo hæc eſt: De manu alterius uterq; ſumpto, invicem poculo bibit. Quod ſi nihil humoris habuerint, ſumptum è terra, cinerem lingunt. Ubi inter Græcos & Ariæum, ejusq; optimates fœdus percuſſum eſt, neutram partem alteram prodituram, firmam & fidam inter ipſos ſocietatem futuram. Barbari priores jusjurandum conceperunt, ſe bona fide agmen ducturos. Fœdus ictum eſt, mactatis ſuper ſcuto, tauro, apro, lupo, ariete. *&c.* in quorum ſanguine enſes Græci, haſtas barbari intinxerunt, *Xenoph. lib. 2. de Cyri Minor. exped.* Catilina, cum ad jusjurandum populares ſceleris ſui adigeret, humani corporis ſanguinem vino permixtum pateris circumtulit, ſicut in ſacris fieri conſuevit, *Salluſt. bello Catalin.* Bœtorum gentem captam Philippo, nunquam ad ſcribendum amicitiæ fœdus adduci potuiſſe: tribus nunc locis cum Perſeo fœdus inciſum literis eſſe. Uno Thebis. Altero Sidenum auguſtisſimo

prin-

Digitized by Google

ſimo & celeberrimo in templo. Tertio Delphis, *Liv. lib. 42. princ. ferè.* Tullus III. Romanorum Rex. Meti Suffeti, inquit, ſi ipſe diſcere poſſes fidem ac fœdera ſervare, vivo tibi ea diſciplina à me adhibita eſſet, nunc quoniam tuum inſanabile ingenium eſt, tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſancta credere, quæ à te violata ſunt, ut igitur paulò antè animum inter Fidenatem Romanamq; ancipitem geſſiſti, ita jam corpus, jam paſſim diſtrahendum dabis. Exinde, duabus admotis quadrigis in currus earum diſtentum illigat. Metium, deinde in diverſum iter equi concitati lacerum in utroq; curru corpus, quia inhæſerant vinculis membra portantes, avertere omnes à tanta fœditate ſpectaculi oculos, *Liv. lib. 1. Flor. lib. 1. cap. 3. Dionyſ. Halicarnaß. lib. 3. n. 42. Sext. Aurel. Victor de viris illuſtrib.* Severiſſimè ſemper puniti ſunt fœderum violatores. Cùm Æqui 6.
rupto fœdere in Algido caſtra locaſſent, in ea Q. Fabius, P. Volumnius, A. Poſthumius legati ab Roma venerunt, queſtum injurias, & ex eo fœdere res repetitum. Ex iis unus abiens. Et hæc, inquit, ſacrata quercus, & quicquid Deorum eſt, audiant fœdus à nobis raptum noſtriſq; & nunc que- [illegible] adſint, & mox armis, cùm deorum hominumq; ſimul violata jura exſequemur *Liv. lib. 3. anno ab U.C. 296.* Megalapolitani maluerunt vitam in exilio trahere, dimiſſis domibus, ſepulchris, templis, fortunis, omnibusque denique rebus neceſſariis, quàm aliquid violatæ ſociis fidei ſignum præ ſe ferre. Quo quid majus aut præclarius factum eſt unquam, vel in poſterum fiet? *[illegible] lib. 2. n. 17.* Nec enim ulla res vehementiùs Rempubl. continet, quàm Fides, *Cic. offic. 2. n. 84.* Siquidem conſtat, tria imprimis auxiſſe & conſervaſſe imperium Romanum. I. Sanum videlicet conſilium in Republ. II. Paupertatem privatam (unde præclarè Horatius: Privatus illis cenſus erat brevis, commune magnum) III. Fidem in promiſſis & factis, unde evenit, ut publica fides quondam illis adeò venerabilis, & fuerit ſancta, ut eam pro numine colerent, *Philipp. Camerar. hor. ſubciſ. cent. 2. cap. [illegible].* Nec refert, licèt aliquando ex parte altera congredientium vana fide, male concepto animo, & tacita opinione interdum etiam mentis reſervatione, publicè congrediantur, privatis tamen ſuis cogitationibus & imprudenti diffidentia, fidei & religionis publicam authoritatem tollere aut minuere non valebunt. Ferè in hac ſpecie de C. Vib. Treboniano Gallo Imperatore dicitur, quòd plus fortunæ, quàm fidei in eo fuerit, *Pompon. Lat. in med.* Nihil tamen fortuna in exitu contra fidem valuit, nec unquam valebit. Excuſandum, an culpandum, in Bomilcare factum, quod ita refert, *Salluſt.*

bell. Jugurth. aliis relinquo, quando ait: Bomilcari quovis modo, & maxumè occultè Maſſivam Giluſſæ filium, Maſiniſſæ nepotem interficiat, Jugurtha mandat. Bomilcar maturè Regis mandata exſequitur: & per homines, talis negotii artifices, itinera egreſſusq; ejus, poſtremò loca, atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi res poſtulabat, inſidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad cædem parati erant, paulò inconſultiùs Maſſivam aggreditur: illum obtruncat; ſed ipſe deprehenſus, multis hortantibus, & imprimis Albino Conſule, indicium profitetur. fit reus magis ex æquo bonoque, quàm ex jure gentium Bomilcar, comes ejus, qui Romam fide publica venerat.

7. Sponſio in tractatione fœderis eſt ſimplex verborum promiſſio. In hoc infirmior pactione, quæ firmatur obſidibus & fœdere, quod conſtat ſolennitate & juramento. Dicebatur Sponſio, quæ fiebat à Magiſtratu ſeu duce exercitus propria authoritate, ſine juſſu principis, aut populi, aut auctoritate Senatus, quam princeps, aut populus non tenebatur ſequi, ſed liberatur ab ejus vinculo, ſi modò dederet hoſtibus eum, qui ſua propria authoritate ſpoponderant, & ita infirmabatur facilè, *Pet. Gregor. Tholoſ. de Rep. lib. 11. cap. 11. n. 12.* T. Veturius & Sp. Poſthumius apud Caudinas furcas, deducto in locum iniquum exercitu, cùm nulla ſpes evadendi eſſet, fœdere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Romanis obſidibus datis, ita exercitum adduxerunt, ut omnes ſub jugum mitterentur. Itaque Coſſ. præfecti ad Pontium Herennii filium Samnitium eo anno Imperatorem, in colloquium, cùm de fœdere victor agitaret, negarunt injuſſu populi fœdus fieri poſſe, nec ſine fœcialibus cærimoniaque alia ſolenni. Itaq; non, ut vulgò credunt, Claudius etiam ſcribit, fœdere pax Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt. Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet, aut obſidibus, ubi precatione res tranſigitur, per quem populum fiat, quò minùs legibus dictis ſtetur, & ita eum Jupiter feriat, quemadmodum à fœcialibus porcus feriatur? Spoponderunt Coſſ. legati quæſtores, tribuni militum: nominaq; omnium, qui ſpoponderunt, exſtant: ubi ſi ex fœdere res acta eſſet; præterquam duorum fœcialium non exſtarent, & propter neceſſariam fœderis dilationem, obſides etiam DC. equites imperati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtetur, *Liv.*
8. *lib. 9. princ. Cic. off. 3. in fine.* Tandem Sp. Poſthumius: interea dedite, inquit, profanos nos, quos ſalva religione poteſtis, dedetis deinde & iſtos ſacroſan-

ſacroſanctos, cùm primùm magiſtratu abierint: Sed ſi me audiatis, priusquàm dedantur, hic in comitio virgis cæſos. hanc jam ut intercalatæ pœnæ uſuram habeant. Nam quod deditione noſtra negant exſolvi religione populum: id iſtos magis ne dedantur, quàm quia ita ſe res habeat, dicere, quis adeò juris fœcialium expers eſt, qui ignoret? neq; ego inficias eo, patres conſcripti, tam ſponſiones, quàm fœdera ſancta eſſe apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur. ſed injusſu populi nego quicquam ſanciri poſſe, quod populum teneat. An ſi eàdem ſuperbià, qua ſponſionem iſtam expreſſerunt nobis Samnites, coëgiſſent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare, deditum populum Romanum? vos tribuni diceretis? & hanc urbem, templa, delubra, fines, aquas Samnitium eſſe? omitto deditionem, quoniam de ſponſione agitur. Quid tandem, ſi ſpopondiſſemus urbem hanc relicturum populum Romanum, ſi incenſurum? ſi magiſtratus, ſi Senatum, ſi leges non habiturum? ſi ſub regibus futurum? Dii meliora, inquit, atqui non indignitas rerum, ſponſionis vinculum levat. Si quid eſt, in quod obligari populus poſſit, in omnia poteſt. Et ne illud quidem, quod quosdam forſitan moveat, refert; Coſſ. an Dictator, an prætor ſpoponderit, & hoc ipſi etiam Samnites judicaverunt, quibus non fuit ſatis Coſſ. ſpondere. Sed legatos, quæſtores, tribunos militum, ſpondere coëgerunt. Nec à me nunc quisquam quæſiverit, quid ita ſpoponderim, cùm id nec conſulis jus eſſet, nec illis ſpondere pacem, quæ mei non erat arbitrii, nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, poſſem. Nihil ad Caudium patres conſcripti, humanis conſiliis geſtum eſt, dii immortales, & veſtris, & hoſtium imperatoribus mentem ademerunt: nec nos in bello ſatis canimus, & illi malè partam victoriam malè perdiderunt, dum vix locis, quibus vicerunt, credunt, dum quacunque conditione arma viris, in arma natis auferre feſtinant. An, ſi ſana mens fuiſſet, difficile illis fuit, dum ſenes ab domo ad conſultandum acerſunt, mittere Romam legatos? cum Senatu, cum populo de pace ac fœdere agere? tridui iter expeditis erat: inter ea in malitiis res fuiſſet, donec ab Roma legati aut victoriam illis, certam aut pacem afferrent. Ea demum ſponſio eſſet, quam populi juſſu ſpopondiſſemus, ſed neq; nos tuliſſetis, nec nos ſpopondiſſemus: nec fas fuit, alium rerum exitum eſſe: quàm quòd mentes eorum capere poſſint, nec quicquam eluderentur: & noſtrum exercitum eadem, quæ impedierat fortuna, expediret, vanam victoriam vanior irritam faceret pax: ſponſio interponeretur, quæ neminem præter

Digitized by Google

ſponſorem obligaret. Quid enim vobiscum, Patres Conſcripti, qui cum populo Romano actum eſt? Quis vos appellare poteſt? qui ſe à vobis deceptum: hoſtis? an civis? Hoſti nihil ſpopondiſtis: Civem neminem ſpondere pro vobis juſſiſtis. Nihil ergo vobis, nec nobiſcum eſt, quibus nihil mandaſtis: nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egiſtis: Samnitibus ſponſores non ſumus rei ſatis locupletes, in id quod noſtrum eſt, in id quod præſtare poſſumus corpora noſtra & animos: in hæc ſæviant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant. Quod ad tribunos plebis attinet, conſulite, utrum præſens deditio eorum fieri poſſit, an in diem differatur: nos interim T. Veturi, vosque cæteri vilia hæc capita luendæ ſponſionis feramus, & noſtro ſupplicio liberemus Romana arma. Movit
10 patres conſcriptos tum cauſa, tum auctor: nec cæteros ſolùm, ſed tribunos plebis etiam, ut ſe in Senatus dicerent fore poteſtate. Magiſtratu deinde ſe ex templo abdicaverunt, traditiq; fœcialibus cum cœteris Caudium ducendi. Hoc facto Senatusconſulto, lux quædam affulſiſſe civitati viſa eſt. Poſthumius in ore erat; cum laudibus ad cœlum ferebant: devotioni P. Decii Conſulis aliis claris facinoribus æquabant: emerſiſſe civitatem ex obnoxia pace illius conſilio & opera: ipſum ſe cruciatibus, & honeſtum iræ offerre, piaculaq; pro populo Romano dare. Arma cuncti ſpectant & bellum: en unquam futurum, ut congredi armis cum Samnite liceat? In civitate ira odiiq; ardente delectus omnium propè voluntariorum fuit, reſcriptæ ex eodem milite novæ legiones. ductusque ad Caudium exercitus. Progreſſi fœciales, ad portam venere, veſtem detrahi pacis ſponſoribus, jubent manus poſt tergum vinciri. Cum apparitor verecundiâ majeſtatis Poſthumium laxè vinciret; Quin tu, inquit, adducis lorum, ut juſta fiat deditio? Tum ubi in cœtum Samnitium & ad tribunal ventum Pontii eſt A. Cornelius Arvina fœcialis ita verba fecit: Quandoquidem hiſce homines injuſſu populi Romani Quiritium fœdus ictum iri reſponderunt. atque ob eam rem nocuerunt, ob eam rem, quò populus Romanus ſcelere impio ſit ſolutus, hoſcè homines vobis dedo. Hæc dicenti fœciali Poſthumius genu femur quanta maximè poterat vi perculit, & clara voce ait: Se Samnitem civem eſſe; illum legatum: fœcialem à ſe contra jus gentium violatum: eò juſtius bellum Rom. geſturos: Tum Pontius. Nec ego iſtam de-
11 ditionem accipiam, inquit, nec Samnites ratam habebunt. Quin tu Sp. Poſthumi, ſi Deos eſſe cenſes, aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas? Samniti populo omnes, quos in poteſtate habuit, aut pro iis pax deberur.

Sed

Sed quid ego te appello, qui te captum victori tum qua potes, fide reſtituis? populum Romanum appello, quem ſi ſponſionis ad furcas Caudinas factæ pœnitet, reſtituat legiones intra ſaltum quo ſeptæ fuerunt. Nemo quenquam deceperit, omnia pro infecto ſint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt: redeant in caſtra ſua: quicquid pridie habuerunt, quàm in colloquium eſt ventum, habeant. Tum bellum & fortia conſilia placeant, tunc ſponſio & pax repudietur. Ea verò fortuna, iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum, nec populus Romanus conſulum ſponſionem, nec nos fidem populi Romani accuſemus. Nunquam ne cauſa deficiet, cur victi pacto non ſtetis? obſides Porſennæ dediſtis. Auro civitatem à Gallis redemiſtis: inter accipiendum aurum cœſi ſunt. Pacem nobiſcum pepigiſtis, ut legiones vobis captas reſtitueremus, eam pacem irritam facitis, & ſemper aliquam fraudi ſpeciem juris, imponitis. Non probat populus Romanus ignominioſa pace legiones ſervatas? pacem ſibi habeat legiones captas victori reſtituat. Hoc fide, hoc fœderibus, hoc fœcialibus cerimoniis dignum erat, ut tu quidem, quod petiſti, per pactionem habeas, tot cives incolumes: ego pacem, quam hoſti tibi remittendo pactus ſum, non habeam? Hoc tu A. Corneli, hoc vos fœciales juris gentibus dicitis? Ego verò iſtos, quos dedi, ſimulatis, nec accipio, nec dedi arbitror. nec moror, quò minùs in civitatem obligatam ſponſione commiſſa, iratis diis quorum eluditur numen, redeant. Gerite bellum, quando Sp. Poſthumius modò legatum fœcialem genu perculit: Ità Dii credant Samnitum civem Poſthumium, non civem Romanum eſſe: & à Samnite legatum Roman. violatum: eo vobis juſtum in nos factum eſſe bellum. Hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre, & vix pueris dignas ambages, ſenes ac conſulares fallendæ fidei exquirere? I, lictor, deme vincula Romanis: moratus ſit nemo, quo minus ubi viſum fuerit, abeant. Et iſti quidem forſitan & publica ſua certè liberata fide, ab Caudio in caſtra Romana inviolati redierunt, *Liv. ibid. lib. 9. anno ab U.C. 434.* Hinc M. Clodium Senatus Corſie: quia turpem cum his pacem fecerat, dedidit: quem ab hoſtibus non acceptum, in publica cuſtodia necari juſſit, ſemel læſa Majeſtate imperii, quot modis ira pertinax vindex! factum ejus reſcidit, libertatem ademit, ſpiritum exſtinxit, corpus contumelia carceris & deteſtanda Gemoniarum ſcalarum nota fœdavit, *Valer. Max. lib. 6. cap. 3. n. 3.*

13 Fœderum & ſponſionum interpretatione abſoluta, ad varias pactiones ordo perducit. Varias pactiones ad ſimilitudinem fœderum, inter ſe gentes cum gentibus, Reges & Principes cum Regibus & Principibus, provinciæ cum provinciis, regna cum regnis, ſtatus cum ſtatibus, Domini cum ſubditis, magiſtratus cum ſuis civibus ſancire ſolent; quæ pro re nata ex multitudine rerum & pro caſuum diverſitate, varia & diverſa etiam nomina accipiunt, quæ nullo verborum inceſtu vel lenocinio maculari, nullis juris anfractibus incurvari, nullis technis & verborum artificiis circumſcribi, nullis nexibus implicari, ſtatusq; ratione nulla modificari debent.

Subeſt itaq; locus hic pauca quædam & modica de ratione ſtatus, in Martis præſertim imperio referre. non ut exactum ejus commentarium conſcribere velim, ſed quaſi per rimam ſeu tranſennam inſpiciens, perfunctoriè eam adumbrare, & ne dicendo plus, quàm ſilendo nocere videar, exempla modò quædam cautelæ, non ſequelæ loco afferre ſuſtinebo. Antequam veſtigium calcare auſim; hoc querulandum, quod nuſpiam ferè, bonæ fidei contractus, pacta conventa, fœdera, receſſus, placita, & quo nomine omnes & ſingulæ conventiones veniant, formam ubique & ſemper indubitatam habeant exſecutionem, quod non interdum *ex l. 9. ff. de Servitutib.* allegari poſſit: Quædam in ſermone tacitè excipiuntur, ut vocabulum illud Ratio ſtatus, quaſi nativ[is] & literis ſuis ceu viva voce prolatum, hìc in ſolem producatur, text. ipſiu[s] Taciti *annal. 1. princ.* in propatulum reddit, quando ita habet; Eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter Ratio conſtet, (quaſi dicatur Ratio ſtatus ſit) quàm ſi uni reddatur. Cùm in deplorandum Regiminis ſtatum circum inundante hominum malitia tranſiverimus, quo maturæ à rectis in vitia, à vitiis in prava, à pravis in præcipitia pervenitur, *Vellej. Patercul. lib. 2.* ut, quo conqueri omnibus & dicere licet: Deeſt remedio locus, ubi, quæ vitia fuerunt, virtutes fiunt, *Senec. ep. 39.* & ratio ſtatus, quando non leonina, ſed vulpina pelle amicti, Lyſandri exemplo & monito converſantur, & arte quadam ceu tegmine fraudis, ſpeciem juris, non rem ipſam vendunt, ut Liv. dicto loco ait: Semper aliquam fraudi ſpeciem juris imponitis, vel ut Tacit. *hiſt. 1.* Quæ alii ſcelera, hic remedia vocat: dum falſis nominibus, cruenta

14 & maculata, emendata & correcta, ſeveritatem pro ſævitia, parſimonia pro avaritia, ſupplicia & contumelias diſciplinam appellat. Jam pridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus, quia, bona aliena largiri, liberalitas: mala-

tas: malarum rerum audacia, fortitudo vocatur; *Salluſt. in Catilin.* miſeram ſervitutem, falſò pacem vocant, *Tacit. hiſt.4.* auferre, trucidare, rapere, falſis nominibus imperium, atq; ubi ſolitudinem faciunt, pacem appellant, *Tacit. Jul. Agr. vita.* Vitellius apud ſeveros humilis, ita comitatem bonitatemque faventes vocabant, quod ſine modo, ſine judicio, donaret ſua, largiretur aliena, ſimul aviditate imperandi, ipſa vitia pro virtutibus interpretabantur; *Idem hiſt. 1.* Facilem adſenſum ſub nominibus honeſtis, confeſſio vitiorum & ſimilitudo audientium dedit, *Idem annal. 2.* placuit ignoſcentibus, verſo nomine, quod avaritia fuerat, videri majeſtatem: cujus tum odio, etiam bonæ leges peribant, *Idem hiſt. 1.* Petronius Turpilianus, honeſtum pacis nomen ſegni otio impoſuit, *Id. annal. 14.* Sub Nerone, temporum inertia pro ſapientia fuit, *Idem in Jul. Agric. vita. Et hiſt. 1.* ut, quod ſegnitia erat, ſapientia vocaretur. Sic Fabius in oratione ſua contra Varronem. Sine, timidum pro cauto, tardum pro conſiderato, imbellem pro perito belli vocent; *Liv. lib. 22. anno ab U. C. 538.* Quanquam caſtigatè *ibid. lib. 1. hiſt.* Tacit. ait: Falluntur, quibus luxuria ſpecie liberalitatis imponit. Rectè & verum eſt: quòd omnes hujus ordinis tandem falluntur, & tanquam ex merito imponuntur.

Summa autem ſtatus ratio, non adeò in ſua prudenter regenda, ſeu adminiſtranda Rep. quàm in toties variis modis, artibus & viribus aucta, vel adhuc augenda, & quomodo ea conſervetur, conſiſtit. Julius Cæſar captus imperii conſuetudine penſitatisq; ſuis & inimicorum viribus, uſum occaſione rapiendæ dominationis ætate prima concupivit. Quod exiſtimaſſe videbatur & Cicero ſcribens *de offic. lib. 3. n. 82.* Semper Cæſarem in ore habuiſſe Euripidis verſus, quos ſic ipſe convertit:

Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratiâ
Violandum eſt: aliis rebus pietatem colas.

Sueton. in Jul. Cæſ. n. 30.

Seneſcere civitatem otio ratus Tullus Hoſtilius, undique materiam excitandi belli quærebat, *Liv. lib. 1.* Non enim ignaviâ magna imperia contineri virorum armorumque faciendum certamen. Id in ſumma fortuna æquius, quod validius. Et ſua retinere privatæ domus, de alienis certare regiam laudem eſſe, *Tacit. annal. 15. princ.* Eſſe privatis cogitationibus regreſſum; & prout velint, plus minúsve ſumi ex fortuna:

imperium cupientibus, nihil medium inter ſumma aut præcipitia, *Idem lib. 2. hiſtor.* Romanis quærentibus? ecquid in Etruria rei Gallis eſſet? quum ille ſe in armis jus ferre, & omnia fortium virorum eſſe, ferociter dicerent, *Liv. lib. 5. anno ab U.C. 364.* ut M. Æmilius Cos. ad populum orat, ut arma contra Sullam ſumantur: At ille eo proceſſit, ut nihil glorioſum, niſi tutum & omnia retinendæ dominationis honeſta exiſtumet, *Salluſt. fragm.* Sacas, Indos, & Æthiopes, & Aſſyrios aliasq; multas ac grandes nationes, quæ nihil Perſas læſere tamen potentiæ prolatandæ gratiâ, in provincias redegimus, *& paulò inferiùs.* Nihil igitur ſit, quod non experiamur. Nam ſua ſponte nihil fit, ſed omnia ab experimento hominibus fieri conſueverunt, *Herod. lib. 7. in Polymn.* Tale conſilium principatus adquirendi & imperii occupandi Agrippa Mœcenas Auguſto tulit, quando ait: Nam vi aliquid tentare, etſi id cum injuria aliorum conjunctum eſt, tamen humanæ naturæ conveniens quodammodo eſſe exiſtimatur. qui enim alios quapiam in re præſtat, iis plus habere ſe, æquum judicat: idq; ſi conſequatur fortunæ, potentiæ, ſin minùs fati legibus adſcribitur, *Dio Caſſius lib. 52. & inferiùs ibid.* Ac jam dudum quidem te meum conſilium, quo te, ut ſub unius tui imperio populus regatur, adhortor, probare exiſtimo. Quod ſi ita eſt, agedum, id imperium tu promptus ac paratus ſuſcipe, imò vero ne depone. Neq; enim de eo deliberatio nobis eſt, quanam id ratione adipiſceris, ſed ne id amittas, ac præterea in pericula incidas, *Et in fine iſtius conſilij ita ait:* His itaque ac reliquis, quæ recenſui, omnibus conſideratis, aſſentire mihi neq; aſpernare fortunam. quæ te ex omnibus delectum ſummæ rerum præfecit. Quod ſi unus imperii ſummam re ipſa tibi ſumens, regni nomen, ut exſecrabile reformidas, potes eo miſſo ſub Cæſaris nomine omnia in tua poteſtate habere: ſin alias etiam appellationes deſideras, dabunt tibi Imperatoris titulum, etiam patri tuo quondam datũ. exornabunt te præterea alio quoq; venerabili quopiam cognomento, ita ut regni omnibus bonis, ſine ejus invidioſa nuncupatione, perfruaris. Malitia regno idonea, Symb. M. Jul. Philipp. *Reuſner. Symb. Impr. 37.* Et quis eſt, qui non hodie etiam ſtatum rationis, imperii adquirendi, ampliandi & dilatandi artem, ſpecioſo titulo, mutato ſolùm gentium nomine intelligere & factis ipſis applicare poteſt. *Tacit. hiſt. 4. ita ait:* Eadem ſemper cauſa Germanis tranſcendendi in Gallias, libido atque avaritia, & mutandæ ſedis amor: ut relictis paludibus, & ſolitudinibus ſuis, fœcundiſſimum hoc ſolum, vosq; ipſos poſſiderent. Cæterùm, libertas & ſpecioſa nomina prætexuntur,

Digitized by Google

texuntur, nec quiſquam alienum ſervitium & dominationem ſibi concupivit, ut non eadem iſta vocabula uſurparet.

— — — — proſperum ac felix ſcelus.
Virtus vocatur. Sontibus parent boni.
Jus eſt in armis, opprimit leges timor.
Ann. Senec in Hercul. furent.

Ita eſt, ubi bellum (juxta hodiernos) ibi ratio ſtatus, quoniam ſilent leges inter arma, *Cic. pro Ann. Milon. n. 10.* nam nulla in bello lex ſatis commoda omnibus eſt: id modò quæritur, ſi majori parti, & in ſummam prodeſt, ſi quod cuiquam privatim officit jus, id deſtruat atq; demoliatur, *Liv. lib. 34. princ. & lib. 31. in med. ferè.* Athenienſium legati ad Ætolos, non id de ſe quæri, quod hoſtilia ab hoſte paſſi forent. Eſſe enim quædam belli jura: quæ ut facere, ita pati ſit fas: ſata exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumq; agi, miſera magis, quàm indigna pati cuiquam eſſe. Navium aliquando, militum, armorum (uti & nunc) paratu ſtrepere provinciæ. ſed nihil æq; fatigabat, quàm pecuniarum conquiſitio: eos eſſe belli civilis nervos dictitans Mucianus, non jus aut verum in cognitionibus, ſed ſolam magnitudinem opum ſpectabat, paſſim delationes & locupletiſſimus quisque in prædam correpti. quæ gravia atque intoleranda, ſed neceſſitate armorum excuſata: (ratio ſtatus) etiam in pace manſere, ipſo Veſpaſiano, inter initia imperii, ad obtinendas iniquitates haud perinde obſtinato: donec indulgentia fortunæ, & pravis magiſtris, didicit, auſusq; eſt. (Nam

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu. — — — — — —
Horat. epiſtol. 1. epiſt. 2.)

Propriis quoq; opibus Mucianus bellum juvit, largitus privatim, quod avidius de Republ. ſumeret. Cæteri conferendarum pecuniarum exemplum ſecuti, rariſſimus quiſq; eandem in reciperando licentiam habuerunt, *Tacit. hiſtor. 2.* Sic eſt quod *Idem annal. 14.* ait. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur. Utinam autem rependantur! ſed vix in me! vix in te! ſed in illo, qui Muciani locum obtinet, qui quidem, uti dictum, propriis opibus bellum juvit; ſed largitus privatim, quod avidius de Republ. ſumeret. fecitq; quod cœteri conferendarum pecuniarum exemplum, fortaſſis non tam ſponte, quàm coactè ſecuti. ſed reſpondetur ibidem *hiſt. 2.* quod & hodie nobis reſpondetur: rariſſimus quisque eandem in reciperando licentiam habue-

Digitized by Google

buerunt. Tantus eſt, cupiditate belli in civium & provincialium opes, inhiatus & avaritia cunctis affectibus flagrantior, ut corruptiſſimo hoc bellorum ſeculo inveniantur, qui, pro ratione ſtatus pacem belli amore turbant, bellum rarò pacis caritate deponunt, *Idem Agric. vita.* Ratio ſtatus ad conſervandam primò Regiminis ſui conditionem, deinde ad augendum, ampliandum & dilatandum imperium, non ſolùm neceſſe habere vult, contra ſuum hoſtem ſibi conciliare amicos, ſocios & confœderatos, ſed etiam contra adverſarii ſui amicos & ſociatos creare & ſuſſlammare inimicos & hoſtes. Econtra etiam adverſario quacunq; via & methodo licet, quo divertiâ cervice ſua poſſit hoſtis, alium in viſcera ejus excitare, ingerere & intexere pœna talionis inimicum. Nam: paucis decus publicum curæ, plures tuta diſſerunt: Omne ſcelus externum cum lætitia habendum. Semina etiam odiorum jacienda, ut ſæpe principes Romani ſpecie largitionis candem Armeniam, turbandis Barbarorum animis præbuerint. Potiretur Rhada miſtus male partis, dum inviſus, infamis, quando id magis ex uſu, quàm ſi cum gloria adeptus foret, *Idem annal. 12.*

28 **Ratio ſtatus etiam exercetur in ſubverſione alterius, quando vel potentia alicujus timetur, authoritas ſuſpectatur, honor invidetur, officium captatur, opes nimiæ arguuntur. &c.** alter alterum præſertim in aula tanquam ſuſpectum & conatibus ſuis difficilem aut reſiſtentem ſubvertere ſolent. Qualis erat in ſubverſione & cœde Pompeji M. falſa ſtatus ratio. Cùm enim Pompejus pugna cum Julio Cæſare ad Pharſalum infeliciter habita profligatus ad Ptolom. Ægyptiorum regem confugeret. Ptolomeo Conſiliarii ejus Photinus, Theodotus Chius & Achilles, inter quos Theodotus præceptor Ptolomei fuit, ne bellum in Ægyptum, tanquam in viſcera eorum transferretur. Pompeji interficiendi conſilium aperuerunt, quod etiam à Septimio malitiæ tribuno & facinoris legato eſt feſtinatum & peractum, *Dio Caſſ. lib. 42. princ. Plutarch. in Pompejo n. 127. & ſequ.* In crucifixione & per cuniculos quaſi ſubverſione Salvatoris noſtri Jesu Christi, ejusmodi etiam ex ſtatus ratione tulit Judæis conſilium Caiphas, quando dixit: Expedit unum hominem mori pro populo, *Johann. 18. v. 14.* Statiſtarum Princeps, quia Papa Romanus ille fuit, refertur fuiſſe Clemens V. magno inclementiæ nomine notatus, qui cum Philippo pulchro Galliarum Rege de ſcindendis & radicitus exſtirpandis Templariis conſilio communi con-

congreſſus, & de re hac aliter tractanda monitus reſpondiſſe dicitur: Si non per viam juſtitiæ hic ordo poſſit deſtrui, deſtruatur tamen per viam expedientiæ, ne ſcandalizetur filius noſter charus Rex Galliarum, *refert ex Jure Publ. Volum. 2. diſc. 4. ad fin. Matth. Steph. 19. ex Alberico de Roſat.* Sic Oſtraciſmi uſus non dubitatam olim habuit ſtatus rationem, de quo Ariſtoteles ita ait: Quapropter à civitatibus, quæ populariter reguntur, Oſtraciſmus repertus eſt; hæ ſiquidem civitates æqualitatem maximè complectuntur. Itaque qui ſuperexcellere videtur, vel propter divitias, vel propter amicos, & propter aliquam aliam civilem potentiam, extra civitatem relegatur ad tempus aliquod terminatum, *Polit. lib. 3. cap. 13.* non enim improbitatis pœna erat Oſtraciſmus: ſed honeſtum nomen impoſitum rei erat, nimiæ potentiæ imminutio, eratq; invidiæ lenimen tolerabile, *Plutarch. in Ariſtid. n. 13. ubi & in num. ſeq.* elegantem Oſtraciſmi deſcriptionem explicat. Sic non ſana ratione, quanquam expedire ſibi & Reipubl. utile eſſe condictarunt. Epheſii Hermodurum civitate expulerunt dicentes, Nemo de nobis unus excellat, ſed, ſi quis extiterit, alio in loco & apud alios ſit, *Cic. 5. Tuſcul. qu. n. 105.* Cùm decem annorum exſilio multatus eſſet Ariſtides. ce[illegible]q; animadverteret quendam ſcribentem, ut patriâ pelleretur, quæſiviſſe ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Ariſtides commiſiſſet, cur tantâ pœnâ dignus duceretur. Cui ille reſpondit, ſe ignorare Ariſtidem, ſed ſibi non placere, quòd cupidè elaboraſſet, ut præter cœteros juſtus appellaretur, *Æmil. Prob. in Ariſtid.* Sic etiam in Rep. Romana potentiores 19
ſolebant ſuos æquales virtute quadam excellentes, vel alia ex cauſa ſibi inviſos ſub prætextu ætatis, laborum, benevolentiæ & aliorum officiorum, ne periculum regiminis aliquis ex iis immineat, pro conſervatione ſtatus, ſpecie quadam vel honoris, legationis, officii, amicitiæ, ſtudiorum *&c.* amoliri, ſeponere. domum remittere, vel etiam decipere. quorum exempla nonnulla afferri poſſunt. Tiberius nomine Germanici, trecenos plebi ſeſtertios viritim dedit, ſeq; collegam conſulatui ejus deſtinavit, nec ideo ſinceræ caritatis fidem adſecutus, amoliri juvenem ſpecie honoris ſtatuit, *Tacit. annal. 2.* Flaccus in Thraciam tranſgreſſus, per ingentia promiſſa, quamvis ambiguum & ſcelera ſua reputantem, perpulit, ut præſidia Romana intraret. Circundata hinc regi ſpecie honoris valida manus, *Idem in ſeq.* Ammulius addit ſceleri ſcelus ſtirpem fratris virilem interimit: fratris filiæ Rheæ Sylviæ per ſpeciem honoris, cùm veſtalem eam legiſſet, perpetua virginitate ſpem partus adimit, *Liv. lib. 1. princ.* Otho pueritiam in-

curioſè, adoleſcentiam petulanter egerat, gratus Neroni æmulatione lu-xus, eoq; jam Poppæam Sabinam principale ſcortum, ut apud conſcium li-bidinum depoſuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur. mox ſuſpectum in eadem Poppæa in provinciam Luſitaniam ſpecie legationis ſepoſuit, *Tacit. hiſt. 1.* Antonii ſororis nepotem adoleſcentulum ſepoſuit Auguſtus in civitatem Maſſilienſem, ubi ſpecie ſtudiorum nomen exſilii tegeretur, *Id. annal. 4.* Licinius Mucianus ſuſpectâ Claudii iracundiâ in ſecretum Aſiæ repoſitus, tam propè ab exſule fuit, quàm poſtea à principe, *Idem hiſt.* Fingebat & metum Otho, quò magis concupiſceret. Prægravem ſe Neroni fuiſſe, nec Luſitaniam rurſus aut alterius exſilii honorem exſpectandum: *&c. ibid. inſer.* Sepoſitus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neq; arctâ cuſtodiâ, neq; obſcurâ: nullum ob crimen, ſed vetuſto nomine, & propinquitate Galbæ monſtratus, *Ibid. in fine.* D. Silanus in nepti Auguſti adulter, quanquam non ultra foret ſævitum, quàm ut amicitia Cæſaris prohiberetur; exſilium ſibi demonſtrari intellexit, *Idem annal. 3.* Tiberio haud ingratum accidit turbari res Orientis, ut ea ſpecie Germanicum ſuetis legionibus abſtraheret; novisq; provinciis impoſitum dolo ſimul & caſibus objectaret, *Idem annal. 2. princ.* Dejicitur familiaritate ſueta, poſt congreſſu & comitatu Otho; & poſtremò, ne in urbe æmulatus ageret, provinciæ Luſitaniæ præficitur, *Idem annal. 13.* P. Clodius in Senatu, ſub honorificentiſſimo miniſterii titulo M. Catonem in Rep. relegavit, quippe legem tulit, ut is quæſtor cum jure prætorio, adjecto etiam quæſtore, mitteretur in inſulam Cyprum, ad ſpoliandum regno Ptolemeum, *Vellej. Paterc. lib. 2.* Caſſi & Brutorum exitus paternis inimicitiis datos, ſed Pompejum imagine pacis; ſed Lepidum ſpecie amicitiæ deceptos, *Tacit. annal. 1.* Congeſtos juveni conſulatus, triumphos, & ne iis quidem annis, quibus Rhodi ſpecie ſeceſſus exſulem egerit, *Ibid. princ.* Aſſidentem conſpicati, ſpecie officii circumſteterunt, ilicoq; Cimber Tullius qui primas partes ſuſceperat, quaſi aliquid rogaturus propiùs acceſſit, *&c. Suet. in Jul. Caſ. n. 82.* Hanc ex calliditate artem Romani in augenda & conſervanda tam ampliſſima Republ. domi tranquillitatem cuſtodire, *&c. Tacit. annal. 1.* Domi res tranquillæ, foris bellum gerere, ſtudioſè & caute exercitarunt, feroces animos & ad bellum, & tumultus natos procul amoliendo, inq; bellis nutriendo, pacatos verò bonis legibus imbuendo, corrigendo & retinendo. Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro prætore miſſus eſt, adnitente Craſſo; quòd eum infeſtum inimicum Cnæo Pom-

pejo cognoverat, neque tamen Senatus provinciam invitus dederat. quippe fœdum hominem à Republ. procul eſſe volebat, *Salluſt. bell. Catil.*

Non minùs ratio ſtatus exercetur etiam in civili Magiſtratus & civium ſtatu. Cùm nonnulli in eo reperiantur civium, qui in circulis, collegiis, conventibus Sympoſiacis, improbo petulantique maledicto Magiſtratuum nomina laceſſant, temulentiâ inturbent, publicis contradictionibus vexent, proceſſibus interdum frivolis infeſtent, traducendo, calumniando, convitiando diffament, ut ſunt procacia urbanæ plebis ingenia, petulantibus jurgiis illudunt, *Tacit. hiſt. 3.* ex circulis, collegiis, officii ſpecie vel templi ſeu Eccleſiæ patroni, Xenodochii præpoſiti, pauperum curatores hi creantur, vel etiam in alium honeſtiorem ordinem promoventur, quo quaſi clauſtro vel carceri mancipati, quando ab aliis ſunt ſeparati, muſſitare quidem, ſed non muginari ampliùs poſſint. Ita eſt in ratione ſtatus, quod Tacit. ait: Amicos tempore, fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus imminui, transferri, deſinere, *hiſt. 4.* Clemens VIII. Pontifex Henrico IV. Galliæ Regi fœdus cum Eliſabetha Angliæ Regina, alleganti reſpondit: Principes ſibi omnia permittere, quæ ſibi utilia putant: & eò rem deveniſſe: ut ob fœdus neglectum nemo reprehendatur. Laudabat quoque Franciſci Mariæ urbini ducis Dictum, privatum quidem ob non ſervatum jusjurandum meritò culpari: Principibus autem regni ſervandi cauſâ licere contrahere, nec contractum implere, inire fœdera, eaq; negligere, mentiri, prodere, & quæ his ſimilia ſunt. Quod Oſſatus Cardinalis in epiſtolis ſcriptum reliquit. Henricus IV. Galliæ Rex, cùm in eo eſſet, ut pacem cum Hiſpanis faceret, Anglis fidem repoſcentibus reſpondit: Reges non aliter inter ſe pacem & fœdera facere, quàm cum hac tacita conditione, ut, quod rebus ſuis utile eſt, ſemper amplectantur: quod perniciosum eſt, cautè devitent. Itaq; à ſe exigi non debere: ut bellum periculoſi eventus cum Hiſpanis, quàm cum iisdem pacem rebus ſuis ſalutarem habere malit, *refert hæc Chriſtoph. Forſtner. lib. ſingul. omiſſor. in notis ad Tacit. 1. Annal.* Gallo, *inquit Gramund,* & Hiſpano pro lege politica eſt, ut æqua lance librentur protegendis regulis, quorum ipſi circumjacent feuda & principatus. Si quem Hiſpanus invadit, adeſt ſtatim in ſubſidium Gallus: Si Gallus cuipiam bellum infert, armatur Hiſpanus. Quare id fiat, in plano eſt; ſuſpectant ſe invicem magni principes, Reguloſq; in viciniis utrinq; poſitos pro muris habent, queis dividi & tegi amant, *lib. 2.* 11

Ita de Emanuele Duce Sabaudiæ, poeta quidam non ſpernendus ſcripſit:

Non etiam tela & ferrum non debile dextra
Spargimus & noſtro manat ab enſe cruor.
Gallus & Hiſpanus, noſtris novere quid armis
Poſſimus, quanto bella furore feram.
Sunt iſti Reges æqualis ponderis ambo,
Sed cui granum addo, ponderat ille magis.

Solet etiam ratio ſtatus in diſſeminatione & ſufflammatione diſcordiarum quæri: quando potentes & prævalidi, ſæpe etiam minores, ne in immenſum pars altera excreſcat, inteſtinis odiis & diſcordiis fomentatis retinentur. Legio in Africa auxiliaq; tutandis imperii finibus, ſub D. Auguſto Tiberióq; principibus, proconſuli parebant. Mox. C. Cæſar turbidus animi ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam Proconſuli legionē miſſo in eam rem legato tradidit. æquatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis utriusq; mandatis diſcordia quæſita auctáq;. Pravo certamine legatorum jus adolevit, diuturnitate officii, vel quia minoribus major æmulandi cura: Proconſulum ſplendidiſſimus
22 quiſq;, ſecuritati magis, quàm potentiæ conſulebant, *Tacit. hiſt. 4.* Græciæ civitates, dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: quippe in mutuum exitium ſine modo ruentes. omnibus perire, quæ ſinguli amitterent, non niſi oppreſſæ ſenſerunt, ſiquidem Philippus Rex Macedoniæ, velut ê ſpecula quadam, libertati omnium inſidiatus, dum contentiones civitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresq; ſubire regiam ſervitutem coëgit, *Juſt. lib. 8.* quaſi ipſius Taciti verbis Philippus eſſet locutus: omne ſcelus externum cum lætitia habendum, ſeminandas etiam odiorum jacienda *annal. 12.* Semper inter ſervos Cato major occultè diſcordias aluit, conſenſum eorum ſuſpectum habens, *Plutarch. in Catone maj. n. 42.* Quemadmodum Philippus diſcordiam inter vicinos diſſeminavit, ſic quidam diffidentiam, invidiam, inteſtinam inimicitiam, odia, & quæ ejus generis mala inter ſuos ſubditos ſpargere, principes docent, quò facilius quod communiter dici ſolet: Divide & regnabis: conſequi poſſint. Conſulentibus de fine diſcordiarum oracula reſponderunt, regem diſcordiis cauſam eſſe, *Juſt. lib. 11.* Ita Johan. Theodor. Sprenger, in bono principe *axiom. 8.* ſtatus rationem inducit. Princeps diffidentiam & invidiæ ignem inter ſubditos ſpargat. Status principis eſt cantus muſicalis: proceres ſunt notæ majores: magiſtratus inferiores, minores: mercatores minimæ. & plebei ſemiminimæ.

nimæ. Claves, quæ harmoniam componunt, leges ſunt. Directorem muſices princeps agit: Hic & diſcordantes corrigat, aliquando cantum mutet, illúmq; quoties res poſtulaverit, artificioſè diſſonantem reddat &c. Bene quidem eſſet, ſi juxta ludum hunc muſicalem ſubditi ſaltare vellent: pacis quidem tempore, & vicinorum principum impotentia, cum harmonia iſta muſicali ſubditi ſe delectare videntur. Belli verò, ubi animorum motus ſuſpicantur, cum hoſtis potentia, vel vicini potentioris ſpecula animos concitat, ſaltus ſubditorum timetur. Bene itaq; fieret, bonus ſi princeps cantoris locum, qui vocibus in cantu deflectentibus adſiſtere ſolet, ſuppleret, & diſſonantes in harmoniam reſtitueret. optimè autem fieret, ſi honeſtè viveret, ſubditos non læderet, ſubditus ſuum principi tribueret, *§. 3. Inſt. de Juſt. & Jure* Concordia maximum ad conſervanda imperia, atq; principatus ſtabiliendos, adminiculum eſt, *Q. Curt. lib. 1.* non contendere cum ſubditis, ſed potiùs concordare, princeps debet. Et tu ſubdite fac, ut amici ſitis: hoc enim vobis expedit, *l. 32. ff. de uſu & uſufr. & redit. &c.* 23

Ratio ſtatus quodammodo etiam ex civili jure videtur poſſe deduci. In caſu videlicet quodam ad necem vulnerati, & ab alio occiſi ſervi, expedientiæ & ſtatus ratio variè excutitur & tandem ita concluditur. Multa jure civili contra rationem diſputandi, pro utilitate c[illegible] (id eſt, pro ratione ſtatus) recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt, *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* & ſubtili ratione additur in fine *ibid.* Quæ vox ſubtilis ratio pluries in jure repetitur, *ut l. 11. ff. de ſervitut. prædior. ruſt. l. 25. ff. de donation. l. 20. ff. de reb. credit. l. 16. §. 6. ff. de pign. & hypoth. l. 12. ff. d. Injuſt. rupt. irrit. l. 10. in fin. ff. de reb. dub. l. 7. C. de Inſtitut. & ſubſtit. l. 32. C. de Fid. commiſſ. l. 7. C. ad SC. Trebell. Auth. Hoc niſi C. de ſolut. & liberat.* Sed ſubtilitates ejusmodi, ſi ſupervacua ſcrupuloſitas eſt, explorantur, *l. 13. C. de contrah. & commit. ſtipul.* Vana ſubtilitas tam ridenda, quàm corrigenda, *l. 17. §. 1. C. de Legib.* à judicibus non admittatur, *l. 8. §. 16. ff. quib. mod. pign. vel hyp.* medicè à Judice diſpicienda, neq; delicatè, neq; oneroſè, *l. 25. ff. de pignor. act.* Ita ait Juſtinianus: Antiquæ ſubtilitatis ludibrium exprimi[illegible]e, quod nihil ab ænigmate diſcrepat; nec unquam videtur, nec in rebus apparet, ſed vacuum eſt & ſuperfluum verbum, per quod animi juvenum perterrentur, quando inutiles ſubtilitates & diſpoſitiones legum accipiunt, *l. un. C. de nudo jur. Quirit.* Hoc de rationabili ſubtilitate poteſt dici, quòd non modò inſignem aliquam ſeparationem à communi & vulgata ſententia, ſed privatum aliquod, cauſis & circumſtantiis omnibus

exactiſſimè perpenſis, & ſingulare jus arguat, quod tanquam ratio[illegible]tus non ubique in exemplum trahendum. Sic quod contra rationem juris propter aliquam utilitatem auctoritate alicujus principis conſti[illegible]tum eſt, jus ſingulare dicitur, *l. 16. ff. de Legibus Senenatusq; Co[illegible]* videlicet propter rationem ſtatus ejusmodi jus, quod contra rationem juris à quodam exercetur, ne poſſit exercitor ſequi regulam juris, *l. præced. ibid.* id eſt, propter aliquam publicam utilitatem deflectere aliquando à regulis juris communis liceat; ita porrò intelligendum, ut, quod contra rationem juris receptum aut peractum fuerit, non ſit producendum ad conſequentias, *l. præced. ibid. l. 141. ff. de Reg. Jur.* hoc eſt, quod unus vel alter princeps ſummus receperit, præceperit, commiſerit, peregerit, non in exemplum trahatur, *l. 1. ff. de Conſtit. princip.* neque ab alio idem commi[illegible]tur. Et quod magis eſt: rationes ſtatus eorum, quæ conſtitutæ aut per[illegible] ſunt, inquiri non oportet, *l. 21. ff. de legib.* nam Principes ſolent ſibi ſumere interpretationes, *l. 11. ff. ibid.* bona videlicet occaſione, qua tend[illegible] utilitatem publicam vel interpretatione, vel jurisdictictione ſupplere [illegible] *ff. d. tit.* Ingenii cauſâ lubet addere ſolicitam quandam indaginem, [illegible] interpretationem, propter conſequentiarum in ſimilibus rationem. [illegible]cto jure nulla tenentur actione heredes ad monumentum faciendum [illegible]men principali, vel pontificiali auctoritate compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis, *l. 50. ff. de heredit. petit. vide. l. 8. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. l. 7. ff. de annuis legat. & fidei commiſſ. l. 44. ff. de manumiſſ. [illegible]* Quando principem legibus ſolutum faciunt, & eatenus ex ratione [illegible] quicquid libet, etiam ipſi facere licere affirmant, in plurima & en[illegible]rmia vitia ipſum deſcendere faciunt. Quemadmodum Conſiliarii Çamb[illegible]ſis & aulici, cùm ſororis matrimonium affectaret, tanquam Stationiſtæ, [illegible]rroganti reſpondebant: nullam ſe invenire legem, quæ ſinat fratri n[illegible] ſororem, quandam tamen invenire legem, qua liceat Regi Perſarum fa[illegible] quicquid libeat. Ita neque legem abrogârunt metu Cambyſis: & ne legem tuentes ipſi perirent, aliam invenerunt, adjutricem ejus, qui ſororem

24 in matrimonium ducere velit, *Herodot. in Thal. lib. 3.* Similiter Marc. Ant. Baſſian. in ejusmodi imaginaria legibus ſoluta poteſtate licentiam ſi[illegible] temerariam collocavit, quando Juliam novercam inceſtuoſe & nefari[illegible] periret, eamq; ducere vellet, dicens: vellem, ſi liceret, illaq; reſpondit: ſi libet, licet: An neſcis, te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere? Ita, qui animorum in Europa & vicina Aſia, de bello quodam, m[illegible]um evulgavit, inter alia ſcripſit:

Leges

Legem Judaicam Chriſtiano intulit orbi unà duos
Ut fratres conſanguineos femina haberet!
Sed
Lex alia ſolio eſt, alia privato toro.
Hoc forte Principes privilegium habent,
Ex ſtatus ratione, hoc eſt, legum contraitione,
Qua quondam
Claudius Imperator ex fratre neptem uxorem duxit.
Et authoritate Julii II.
Arturus & Henricus VIII. Angliæ Regis filii,
Duo Germani unam Catharinam
Diverſo & calido matrimonio
Tenuerunt.

Sabinarum virginum raptus, neceſſitate, ad Remp. populo ſtipandam, ita jubente, præſertim etiam cùm ex injuria poſtmodum gratia orta, & accederent blanditiæ virorum factum purgantium cupiditate atq; amore: quæ maximè ad muliebre ingenium efficaces preces ſunt, *Liv. lib. 1. anno ab U. C. 4.* inter rationem ſtatus vel Arcana referuntur, *Arn. Clapm. de arcan. Rerump. lib. 4. cap. 7:* 29 Memoratur Jaſonis Theſſalorum tyranni dictum hoc, ab eo, cùm multis vim faceret importuneq; moleſtus eſſet, pronunciatum. Neceſſe eſt, ut in minutis rebus injuſtè agant, qui in magnis juſtitiam velint ſervare, *Plutarch. rei gerend. præcept. n. 56.* Sic Romanus Senatus ratione ſtatus, procul dubiò, quod medium inter æquum & utile erat, decreverunt, *Liv. lib. 31. princ. ferè.*

Varia adquirendorum imperiorum media, concitamenta & occaſiones: Varii ſummi & abſoluti Regiminis circa adminiſtrationem modi & artificia, habent etiam ſecundùm cujusvis ſtatus rationem, diverſa ſua nomina. Vocantur enim: Facinus novi principatus. Arcanum domus. Vis principatus. Simulacrum libertatis. Arcanum dominationis. Arcanum Imperii. Vis Imperii. Vis dominationis. Flagitium dominationis &c. De quibus ſigillatim paucis infrà.

I. Facinus

26 **I. Facinus novi principatus.** Sic Tacit. *annal. 1. princ. ferè.* Neque ſatis compertum eſt, ſpirantem adhuc Auguſtum, apud urbem Nolam, an exanimem repererit; acribus namq; cuſtodiis domum & vias ſepſerat Livia. lætiq; interdum nuncii vulgabantur, donec proviſis, quæ tempus monebat, ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit. Primum facinus novi Principatus fuit. Poſtumi Agr[illegible]æ cœdes: quem ignarum inermumq;, quamvis firmatus animo centu[illegible], ægrè conficit, *ibid. annal. 1.* Cùm nemini ante Auguſtuni Regimin[illegible] forma incognita, & jàm notum, quòd ſub Julio Cæſare poteſtas jam ad unum eſſet devoluta, manente, ſi non revera, ſpecie tamen cujusdam Reipubl. an[illegible] quæ, & modi regiminis, nomine Principis, imagine; tandem occaſi[illegible] arreptâ, & ut dictum, omnibus, quæ tempus & locus monebant, ſatis [illegible] viſis & deſtinatis proximè, amotis, Principatus fuit ſtabilitus. Qui qu[illegible]niam cautè, tectè & contra priorem Regiminis formam eſſet introduct[illegible]s Facinus novi principatus dicebatur. Sic eòdem modo, quo dictus principatus fuit adquiſitus, ipſum principatum in regni formam convertere, [illegible] de gradu in gradum aſcendere Caligula ſequens Imperator fuit intent[illegible], [illegible] refert *Sueton.* Nec multum abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemq; principatus in regni formam converteret, *in Caligul. n. 22.*

27 **II. Arcanum domus. Vis principatus.** Quòd do[illegible] familiam ſignificet, non eſt, quod tradam. Ideo, ut ea vel ad Imp[illegible] elevetur, vel in Imperio conſervetur, privata, occulta & abſtruſa, in con[illegible]ſanguinei, ſocii, æmuli, ſuperioris & omnium eorum, qui domui fu[illegible] contrarii, oppreſſionem, amolitionem, perniciem & necem, coqu[illegible] conſilia, *ut Tacit. annal 12. princ. fere ait*: Nihil domi impudicum, niſi dominationi expediret, cupido auri immenſa obtentum habebat quaſi [illegible]ſidium regno pararetur. Sunt itaq; arcana domus ad facinus novi princi[illegible]patus, ad vim principatus, imperii, dominationis exſequenda vel exer[illegible]cenda, ipſa conſilia & ſtructuræ, quæ rarò & ab incapaci vix perſcruta[illegible] Quòd poſtquam Salluſtius Criſpus particeps ſecretorum (is ad Trib[illegible] miſerat codicillos) comperit; metuens, ne reus ſubderetur, juxta peric[illegible]ſo ficta ſeu vera promeret, monuit, ne arcana domus, ne conſilia amico[illegible] miniſteria militum vulgarentur, neve Tiberius vim principatus reſ[illegible] cuncta ad Senatum vocando, *Idem annal. 1. princ. fere.* Tiberius vim principatus ſibi formans imaginem antiquitatis Senatui præbebat, poſtulata provincialium ad diſquiſitionem patrum mittendo. *Idem annal. 3.* Cùm [illegible]

Patres

Patres & primores civitatis libertatem & formam Reip. antiquæ amiſerant, & in eum ſtatum devenerant, quem neq; provinciæ abnuerent, ſuſpecto Senatus populiq; imperio ob certamina potentium & avaritiam magiſtratuum: invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, poſtremò pecunia turbabantur, *Idem annal. 1. princ. Et paulò inſer.* Domi res tranquillæ, eadem magiſtratuum vocabula. Juniores poſt Actiacam victoriam, etiam ſenes pleriq; inter bella civilia nati. quotusquisq; reliquus, qui Remp. vidiſſet? Igitur verſo civitatis ſtatu, nihil uſquam priſci & integri moris: omnis exſuta æqualitate, juſſa principis aſpectare, nulla in præſens formidine, dum Auguſtus ætate validus ſeq; & domum, & pacem ſuſtentavit. Et ut jam dictum: Cùm Auguſtus ætate validus, ſe, domum & pacem, per ſubſidia dominationi, quæ erant numerus liberorum, quo pluribus munimentis inſiſteret, *ibid. princ.* (Non legiones, non claſſes, perinde firma imperii munimenta, quàm numerum liberorum. *ait idem hiſt. 4.* Et ne ſucceſſor in incerto foret, ſic cohiberi pravas aliorum ſpes. *Idem annal. 3.* erant in numero liberorum: Claudius Marcellus ſororis filius, M. Agrippa, Tiberius Nero, Claudius Druſus privigni ex Livia, integra etiam dum domo ſua. Cajus & Lucius. Et ſub Tiberio plena Cæſarum domus, juvenis filius, nepotes adulti. *Idem annal. 4. princ.*) ſuſtentaverat, per hoc arcanum domus, tanquam inſtrumentum, vis principatus, ad ſtabiliendam vim dominationis iter paravit.

III. Simulacrum libertatis. Auguſtus cùm Principatum ſibi firmare vellet, non ſtatim ipſa majeſtate & imperandi ſumpta poteſtate ad illum pervenire voluit, ſed occulta quadam arte & incognito modo, poſito nimirum Triumviri nomine, conſulem ſe ferendo, & ad tuendam plebem tribunitio jure contento. His occulta ſpecie factis, & libertatis ſimulacro dato, ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit; inſurgere paulatim, munia Senatus, magiſtratuum, legum in ſe trahere, nullo adverſante. *&c. idem annal. 1. princ.* Et cùm ferociſſimi per acies aut proſcriptione cecidiſſent: multi nobilium, quanto quis ſervitio promptior, opibus & honoribus extollerentur: ac novis rebus aucti, tuta & præſentia, quàm vetera & periculoſa mallent. Et jam domi res tranquillæ; eadem magiſtratuum vocabula (quæ ſimulacra libertatis erant) juniores poſt Actiacam victoriam, etiam ſenes pleriq; inter bella civium nati: quotusquiſq; reliquus, qui rempubl. vidiſſet? Verſo civitatis ſtatu, nihil unquam priſci & integri moris: omnis exſuta æqualitate juſſa Prin- 28

ed by Google

cipis aſpectare nulla in præſens formidine. Auguſtus ætate validus, ſeq; & domum,& pacem ſuſtentavit. *ibid. annal. princ.* Videre licet ex his: in ſpeciem antiquæ Reipubl. quaſi antiqua Regiminis forma adhuc ſupereſſet, nil niſi ſimulacrum libertatis fuiſſe practicatum. Sic Tiberius de minoribus negotiis cognitionem patribus permittendo, umbram priſtini ſtatus tanquam ſimulacrum libertatis reliquit. Quemadmodum ſequens hiſtoria teſtatur. Theatri licentia proximo priore anno cœpta, graviùs tum erupit, occiſis non modò è plebe, ſed militibus & centurione, vulnerato tribuno prætoriæ cohortis, dum probra in magiſtratus & diſſenſionem vulgi prohibent. Actum de ea ſeditione apud patres, dicebanturq; ſententiæ, ut prætoribus jus virgarum in hiſtriones eſſet. interceſſit Haterius Agrippa tribunus plebes, increpitusq; eſt Aſinii Galli oratione, ſilente Tiberio, qui ea ſimulacra libertatis Senatui præbebat. *Tacit. ibid. in fine. Et lib. 4.* quanquam ordine ibidem: quomodo Tiberius jus & forum exercuerit,recitatur, tamen adjicitur: ſua conſulibus,ſua prætoribus ſpecies: id eſt, ſimulacrum
29 libertatis. ut ipſa Taciti verba ſonant. Congruens crediderim recenſere cœteras quoq; Reip. partes, quibus modis ad eam diem habitæ ſint: quando Tiberio mutati in deterius principatus initium ille annus attulit. Jam primùm publica negotia, & privatorum maxima apud patres tractabantur: dabaturq; primoribus diſſerere; & in adulationem lapſos cohibebat ipſe, mandabatq; honores, nobilitatem majorum, claritudinem militiæ, illuſtres domi artes ſpectando, ut ſatis conſtaret, non alios potiores fuiſſe. Sua conſulibus, ſua prætoribus ſpecies: minorum quoque magiſtratuum exercita poteſtas, legesq;, ſi majeſtatis quæſtio eximeretur, bono in uſu, *&c. princ. fere.* Tiberius per literas caſtigatis obliquè patribus, quòd cuncta curarum ad principem rejicerent, *&c. idem annal. 3. Et ad finem ibid* Non debere eripi patribus vim ſtatuendi. Intellexit hæc Tiberius, ut erant magis, quàm ut dicebantur. Ad vana & toties in riſa revolutus, de reddenda republ. utq; conſules, ſeu quis alius regimen ſuſciperent, vero quoq; & honeſto fidem dempſit, *Idem annal. 4.* quemadmodum de Muciano idem refert: Ille unus ambiri, coli, nec deerat ipſe, ſtipatus armatis, domos hortosq; permutans, apparatu, inceſſu, excubiis, vim principis complecti, nomen remittere, *hiſt. 4. Et annal. 1. in fine.* Neque tamen ob ea parentis patriæ delatum & antea vocabulum adſumpſit, acerbeq; increpuit eos, qui divinas occupationes, ipſúmq; dominum dixerant. unde anguſta & lubrica oratiò ſub principe, qui libertatem metuebat, adulationem

ationem oderat. Sic aliquando Nero curiam ingreſſus & de auctoritate patrum & conſenſu militum præfatus, conſilia ſibi & exempla capeſcendi egregiè imperii memoravit; nec juventam armis civilibus aut domeſticis diſcordiis imbutam: nulla odia, nullas injurias, nec cupidinem ultionis afferre. Tum formam futuri principatus præſcripſit ea maximè declinans, quorum recens flagrabat invidia. Non enim ſe negotiorum omnium judicem fore, ut clauſis unam intra domum accuſatoribus & reis, paucorum potentia graſſaretur. Nihil in penatibus ſuis venale; aut ambitioni pervium; diſcretam domum & Remp. Teneret antiqua munia Senatus, conſulum tribunalibus Italia & publicæ provinciæ aſſiſterent. Illi patrum aditum præberent: ſe mandatis exercitibus conſulturum, *Idem annal. 13. princ.* De quo ſimulacro *ibid. fere in med.* ita ait. Manebat nihilominus quædam imago Reipublicæ. Cùm jam ſtatus Reipubl. Romanæ inclinaret & principatus induceretur, ruere in ſervitium Tiberii, conſules, patres, eques, quantò quis inluſtrior, tantò magis falſi ac feſtinantes, vultúq; compoſito, ne læti, neu triſtiores lacrymas, gaudium, queſtus adulatione miſcebant, in verba Tiberii Cæſaris juravere, *Idem annal. 1. princ. fere.* Tum primum è campo comitia ad patres tranſlata ſunt. nam ad eam diem, etſi potiſſima arbitrio principis, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant, neq; populus ademptum jus queſtus eſt, niſi inani rumore: & Senatus largitionibus & precibus ſordidis exſolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, *&c. ibid. paul. inf.* Nam Tiberius cuncta per conſules incipiebat, (quod erat ſimulacrum libertatis) tanquam vetere Rep. & ambiguus imperandi. *Ibid. princ. ferè.* Interea autem morem D. Auguſti (quanquam ipſe ſatis callidus eſſet, ut in fine de ipſo dicitur, *ibid.* ut callidum ejus ingenium, ita anxium judicium) bene edoctus, variè diſſerebat de magnitudine imperii, ſua modeſtia, ſolam Divi Auguſti mentem tantæ molis capacem: ſe in partem curarum ab illo vocatum experiendo didiciſſe, quàm arduum, quàm ſubjectum fortunæ regendi cuncta onus. *Ibid. & praced. ibid. reſpondit:* neq; in iis, quæ ad Rempubl. pertinerent, conſilio niſi ſuo uſurum, vel cum periculo offenſionis. Et cùm Senatus ad ultimas obteſtationes procumberet, dixit fortè Tiberius, ſe, ut non toti Reipubl. parem, ita quæcunque par ſibi mandaretur, ejus tutelam ſuſcepturum. Tum Aſinius Gallus, interrogo, inquit, Cæſar, quam partem Reip. mandare tibi velis? Perculſus improviſa interrogatione reſpondit: Nequaquam decorum pudori ſuo, legere aliquid aut evitare ex eo, cui in univerſum excuſari mallet. *ibid.* Sed de excuſatione

ejus præced: *ibid.* ita dicitur: Ea ſola ſpecies adulandi ſupererat. *& infer. ib.* Plus in oratione tali dignitatis, quàm fidei erat, cui gratia pro dictis, non pro animo eſſet, ut ſingulari de ipſius ingenio ultima habent Taciti verba: Specioſa verbis, re inania, aut ſubdola: quantoq; majore libertatis imagine tegebantur, tantò eruptura ad infenſius ſervitium. Semper Tiberius ſpecie recuſantis flagrantiſſimè concupivit. *Ibid. princ.* Accifinis paululum uti, non eſt incivile. *Proverb.* Ut imperium evertant, libertatem præferunt: ſi præverterint, libertatem ipſam aggrediuntur, *Idem annal. 16.* Satis itaque ex his, uter eorum, Tiberius magis, magiſve Senatus aut Conſules, patres, eques, ſimulacrum libertatis exſtruxerint, apparet.
31 Hoc libertatis ſimulacrum in omni ferè imperio, regno, provincia, Repub. exercetur; quando princeps ſpecie alicujus officii vel expeditionis, legationis *&c.* proteſtantes & feroces amolitur; quando etiam multi nobilium, quò quis ſervitio promptior, opibus & honoribus à principe extolluntur, novis rebus, nummis ſcilicet gratialibus augentur, aucti, præſentia, quæ putant eſſe tuta, quàm vetera, ſcilicet privilegia, jura, receſſus defendere, tanquam periculoſa, malunt. Sic enim magnis Principibus inter arcanas imperii artes uſitatum eſt, ut immenſis præmiis ad obſequia aulæ idoneos homines obligent, id quod in novo imperio ad ſecuritatis præſidium, in veteri & probè fundato ad majeſtatis ſplendorem valere, exiſtimandus eſt, *Johan. Henric. Bœcler. in Tacit. annal. 1. c. 2. n. 18.* Provinciæ quantò quis inluſtrior, tantò magis falſus ac feſtinans vultu compoſito, lætus mox triſtis omnia ad ſervitia adulatione miſcent. Nulli ſalutis publicæ cura, cùm proceres largitionibus ſordidis exſoluti, moderante principe, omnia fieri permittunt, ea tamen, tanquam vetere Republ. juribus, privilegiis, bullis, diplomatibus, receſſibus ſalvis: ſed pro hac vice caſtigatis. Et populus ademptum jus queſtus eſt, ſed inani tumore. Ita tali rerum ſtatu miſeri libertatis propugnatores, tanquam cicadæ ſtrepentes, aut ranæ coaxantes, querulam hanc cantilenam lamentari tenebuntur: Manebant (manent) etiam tum (nunc) veſtigia morientis libertatis, *Tacit annal. 1.* Et quis non cauſas mille doloris habet, *Ovid. de remed. amor. lib. 2.*

32 **IV. Arcanum Dominationis.** Quod Dominationis vox in ſequiorem magis, quàm in meliorem partem accipiatur, vel hinc deſumi poteſt, quando Tacit. ait. Mox è plebe infima C. Marius, & nobilium ſæviſſimus L. Sulla, victam armis libertatem in dominationem verterunt, *hiſt. 2. & annal. 1. princ.* Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio. Poſtquam

quam exſui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore ambitio & vis incedebat; provenere dominationes: multosq; apud populos æternum manſere, *annal. 3.* Poſt dominationem Sullæ, L. Catilinam libido maxuma invaſerat Reipubl. capiundæ: neq; id, quibus modis adſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quidnam penſi habebat. *& paulò inferiùs.* Poſt ubi regium imperium, quod initio conſervandæ libertatis atque augendæ Reipublicæ fuerat, in ſuperbiam dominationemq; convertit; immutato more, annua imperia, binosq; imperatores ſibi fecere, *&c. Salluſt. b. Catil. & inferiùs ibid.* Erant præterea complures paulò occultiùs conſilii hujusce participes nobiles; quos magis dominationis ſpes hortabatur, quàm inopia, aut alia neceſſitudo. Cæterùm ex eo prærupta jam & urgens dominatio, nam in coſumi Auguſta, erat adhuc perſugium. *Idem annal. 5. princ.* Ideò cum dominandi cupido cunctis affectibus flagrantior eſt, *Idem annal. 15.* ad eam conſequendam, quoniam non ſine levi momento ſtratum eſt iter, ſed gravis & moleſta via. Primas, dicit, dominandi ſpes in arduo: ubi ſis ingreſſus, adeſſe ſtudia & miniſtros. precanda poſthæc modeſtia, ut contentus eſſet, *Idem annal. 4. princ. ferè.* Eſt Dominatio quædam Regiminis ſpecies, non ſemper & ubique ad modum & formam boni principatus, ſecundùm leges fundamentales inſtituti, dirigens, quia interdum circa exceſſum ad tyrannidem vergit.

Sunt dominationis arcana, occulta atq; recondita conſilia, ſive rationes, non tantúm piſtrini ſtatus conſervandi, verùm etiam & imprimis eorum, qui in Republ. principatum obtinent, ſive ut unus, ſive plures, ſecuritatis cauſá introductæ.

& quidem contra eos, qui ſtudent extorquere imperium principibus, ni prohibeantur; *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 3. cap. 1.* Quoniam imperium cupientibus nihil medium inter ſumma aut præcipitia, *Tacit. hiſt. 2.* Et multi iniqui atq; infideles regno, pauci ſunt boni, ut Attius inquit. *Cic. offic. 3. n. 48.* Quidam incerti ſolutiq, & magis ſine domino, quàm in libertate, *Tacit. annal. 2.* 33
princ. Ideo princeps, ut dominationem ſuam conſervet, omnem curam adhibeat, nec arcana dominationis divulget. Quoniam inter alia Dominationis arcana, & hoc eſſet de annona & commeatu proſpicere & providere, locum quendam, Ægyptum videlicet, tanquam clauſtra annonæ cuſto-

diverunt Imperatores Romani, ne fame tempore egeſtatis urgerentur, ideo ne vaſtaretur aut exſcinderetur ab ingreſſu Ægyptum ſepoſuerunt. Nam Auguſtus inter alia Dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu, ingredi ſenatoribus, aut equitibus Romanis inluſtribus, ſepoſuit Ægyptum. ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam, clauſtraq; terræ ac maris, quamvis levi præſidio adverſum ingentes exercitus inſediſſet, *Tacit. annal. 2. Et hiſt. 3. princ. fere.* Adjiciebatq; imperio Veſpaſianus conſilium, quando Ægyptus, clauſtra annonæ, vectigalia opulentiſſimarum provinciarum obtinerentur, poſſe Vitellii exercitum egeſtate ſtipendii frumentiq; ad deditionem ſubigi.

34 **V. Arcanum Imperii.** Quoniam Imperium eſt legitima poteſtas á Deo conceſſa, á Deo ordinata, á populo conſtituta, á jure, legibus & certis conſtitutionibus fundata, arcana etiam privata & occulta conſilia, quibus in publicam Reip. ſalutem & privatorum utilitatem conſervetur, non ſunt reprobanda. Diſſentientibus Gn. Piſone & Aſinio Gallio ſuper aliquo negotio, quod ad Regiminis vel Imperii arcanum pertineret, diverſis ſententiis. Piſo, ut abſente Principe, Senatus & equites poſſent ſua munia ſuſtinere. decorum Reip. fore. Gallus quia ſpeciem libertatis Piſo præceperat, nihil ſatis inluſtre, aut ex dignitate populi Romani, niſi coram & ſub oculis Cæſaris. Audiente hæc Tiberio ac ſilente *&c.* Haud dubium erat, eam ſententiam altiùs penetrare, & arcana imperii tentari. Tiberius tamen, quaſi augeretur poteſtas ejus, diſſeruit: Grave moderationi ſuæ tot eligere, tot differre. *&c.* Favorabili in ſpeciem oratione vim imperii tenuit, cenſusq; quorundam Senatorum juvit, *Idem annal. 2.* Verum eſt: Arcano imperii bene cuſtodito, vis imperii bene tenetur. Finis Neronis ut lætus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum, non modò in urbe apud patres, aut populum, aut urbanum militem, ſed omnes legiones ducésq; conciverat. evulgato imperii arcano, poſſe principem alibi, quàm Romæ fieri, *Idem hiſt. 1. princ. Et annal. 15.* Scilicet externæ ſuperbiæ ſueto, non erat notitia noſtri: apud quos vis imperii valet, inania transmittuntur.

35 **VI. Vis Dominationis.** Ut principatus novus, per arcana domus adeptus, in vim principatus: ita vis imperii, per arcana dominationis

tionis ſæpe degenerat. Et vis Dominationis dura quædam, ſevera & triſtis Reipubl. adminiſtratio, jura, leges & privilegia non ſemper & ubique obſervans. Nec ultra deliberatum, quò minùs non quidem extrema decernerent, id enim vetitum, ſed paratos ad ultionem vi principis impediri teſtarentur, *Idem annal. 5. princ. fere.* notetur intempeſtiva & immodica libertate uſos adverſus C. Cæſarem, Marullum Epidium, Flavumq; Cæſetium, tribun. pleb. dum arguunt in eo regni voluntatem pené, vim dominationis expertos, *Vellej. Patercul. lib. 2. in med.* Nero non crimine, non accuſatore exſiſtente, quia ſpeciem Judicis induere non poterat, ad vim Dominationis converſus, Gerelanum Tribunum cum cohorte militum imittit, jubétque prævenire conatus conſulis, occupare velut arcem ejus, opprimere delectam juventutem, *Tacit. annal. 15. in fine.* Domitianus omnem vim Dominationis tam licenter exercuit, ut jam tum, qualis futurus eſſet, oſtenderet, *Sueton. in Domit. n. 1.* Tiberius poſt tantam rerum experientiam, vi Dominationis convulſus & mutatus C. Cæſarem vix finitâ pueritiâ, ignarum omnium aut peſſimis innutritum, meliora capeſſiturum Macrone duce? qui ut deterior ad opprimendum Sejanum delectus, plura per ſcelera Rempubl. conflictaviſſet, proſpectare ſe jam acrius ſervitium, eoq; fugere ſimul acta & inſtantia, *Tacit. annal. 6. ad fin.* Sic C. Marius & nobilium ſævilimus L. Sylla, victam armis libertatem in dominationem verterunt. *Idem hiſt. 2.* Titianus & Proculus, ubi conſiliis vincerentur, ad jus imperii tranſibant, *Ibid.* Ad vim Dominationis pertinet & conſilium Panſæ atq; Hirtii, *apud Vellej. Patercul. lib. 2.* quando ita ait: Laudandum experientiâ conſilium eſt Panſæ atq; Hirtii, qui ſemper prædixerant Cæſari: ut principatum armis quæſitum, armis teneret. Utinam Tiberius ipſe in imperio & omnes principes vim dominationis eo ſtudio & præceptis, quibus in præſentia legatorum Parthorum regem Meherdatem inſtituit, ipſimet tam reverenter obſervarent, quàm fideliter obſervare docuit, ut refert Tacit. oratione de faſtigio Romano Parthorúmq; obſequiis habita, addidit præcepta (etenim aderat Meherdates) ut non dominationem & ſervos, ſed rectorem & cives cogitaret; clementiámq; ac juſtitiam, quantò ignara barbaris, tantò toleratiora capeſcere. Et verſus ad legatos. Ferenda regum ingenia, neq; uſui crebras mutationes, rem Romanam huc ſatietate gloriæ provectam, ut externis quoq; gentibus quietem velit, *lib. 12. annal. princ. fere.*

Quo

Quo modo peſſimis imperatoribus ſine fine dominationem, ita quamvis egregiis modum libertatis placere, *Idem hiſt. 4. princ. fere.*

36 **VII. Flagitium Dominationis eſt non ſolùm dura, ſevera & triſtis, ſed etiam cruenta & ſanguinolenta interdum Reipubl. adminiſtratio.** Qualem Tarquinius Superbus exercuit, de quibus flagitiis ferè omnibus & ſingulis, *Liv. lib. 1.* hæc dicit: Primores patrum interfecit, conſcius deinde malè quærendi regni, armatus corpus circumſepſit, neq; enim ad jus regni quicquam præter vim habebat: ut qui neq; populi juſſu, neq; auctoribus patribus regnaret, eò accedebat, ut in caritate civium nihil ſpei reponenti, metu regnum tutandum eſſet: quem ut pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum, ſine conſiliis per ſe ſolus exercebat: perque eam cauſam occidere, in exſilium agere, bonis mulctare poterat; non ſuſpectos modò, aut inviſos, ſed unde nihil aliud, quàm prædam ſperare poſſet. Ita patrum præcipuè numero imminuto, ſtatuit multos in patres legere, quo contemptior paucitate ipſa ordo eſſet: minusq; per ſe nihil agi indignarentur. Hic regum primus traditum à prioribus morem de omnibus Senatum conſulendi ſolvit; domeſticis conſiliis Rempubl. adminiſtravit, bellum, pacem, fœdera, ſocietates per ſe ipſe, cum quibus voluit, injuſſu populi ac Senatus fecit, diremitq; cum peregrinis, quò tutior inter cives eſſet, affinitatem junxit. *&c.* Temporum Claudianorum obliqua inſectatione, cuncta ejus dominationis flagitia in matrem transtulit, publica fortuna exſtinctam referens. namque & naufragium narrabat, *Tacit. annal. 14.* Macro impulerat poſt mortem Claudiæ uxorem ſuam Enniam immittendo, amore juvenem inlicere, pactóq; matrimonii vincere, nihil abnuentem, dum dominationis apiſceretur, *Idem annal. 6. ad fin.* Viros animo præſtantes, genere præclaros, authoritate magnanimos, famâ illuſtres, opibus conſpicuos è medio tollere, vel etiam proſcriptionibus imperii uſurpandi causâ amovere & amoliri, ſub ſpecie conſulatus, aut tribunitiæ poteſtatis tanquam ſimulacro Democratico & populari callidè uſus eſt Auguſtus Imperator, cùm tamen ſtudium ejus, & quæſita imperandi poteſtas & ſimulacrum, inter flagitia dominationis ſint numeranda, ut ex Taciti verbis *Annal. 1. princ.* eſt colligendum. Poſito Triumviri nomine Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem Tribunitio jure contentum, ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit; inſurgere paulatim, munia Senatus, magiſtratuum, legum

legum in ſe trahere, nullo adverſante; cùm ferociſſimi per acies ac proſcriptionibus occidiſſet, *ut Ariſt. lib. 5. polit. cap. 11. ait:* Potentiores decerpere & ſapientes perimere. Et quando Tiberius, Auguſto apud urbem Nolam defuncto METU, videlicet quia Poſtumus Aggrippa proximus erat heres, qui ſuſpectus ſemper & dominantibus inviſus eſſe ſolet, qui proximus deſtinatur, *Tacit. hiſt. 1.* & cum Tiberio Livia novercalibus odiis ſuſpecti & inviſi juvenis cœdem, ut vero propiùs eſſe, *Idem annal. 1. princ.* feſtinârunt, primum facinus novi principatus commiſerunt. Sed quod magis flagitium dominationis hoc, quàm facinus novi principatus, (ut n. 26. hic dictum) ſit nominandum, hinc colligi poteſt. 1. Quòd Tiberius de Auguſti nepote Poſtumo Agrippa occiſo apud Senatum nihil diſſeruit, ne vel referendo vel excuſando ſcelus adgnoſcere videretur. 2. Quòd patris juſſa ſimulavit, quibus præſcripſiſſet Tribuno cuſtodiæ appoſito, ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandocunque ipſe ſupremum ſupplevisſet, *vide Sueton. in Tiber. n. 22. Dion. Caſſ. lib. 57. princ. verb. Etenim Agrippam ſtatim.* 3. Neque mortem nepoti pro ſecuritate privigni inlatam, credibile erat, *Tacit. annal. 1.* Et hoc erat flagitium dominationis: Claudio Marcello, Claudio Druſo, Cajo ac Lucio defunctis, Poſtumo Agrippa etiam cœde ſublato: Nero ſolus è privigi is erat: illuc cuncta vergere: filius, collega imperij, conſors Tribunitiæ poteſtatis adſumitur, omnisque per exercitus oſtentatur: non obſcuris, ut antea, matris artibus, ſed palàm hortatu. Huic acceſſit etiam Saluſtius Criſpus particeps ſecretorum, qui monuit Liviam, ne arcana domus, ne conſilia amicorum, miniſteria militum vulgarentur: neque Tiberius vim principatus reſolveret, cuncta ad Senatum vocando, eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quàm ſi uni reddatur, *Idem annal. 1. princ.* Auguſti & Tiberij exemplo jam recitato, pauca de Agrippinæ in necem Junij Silani ſcelere & flagitio, pro ſtabilienda dominatione ſunt referenda. Novo Neronis principatu, mors Junij Silani ProConſulis Aſiæ, ignaro Nerone per dolum Agrippinæ paratur. non quia ingenii violentia exitum irritaverit. &c. Verùm Agrippina fratri ejus L. Silano necem molita ultorem metuebat, crebra vulgi fama, anteponendum eſſe vix dum pueritiam egreſſo Neroni, & imperium per ſcelus adepto, virum ætate compoſita inſontem, nobilem & quod tunc ſpectaretur, è Cæſarum poſteris, quippe & Silanus D. Auguſti abnepos erat, hæc cauſa necis, *Idem annal. 13. princ.* O Flagitium dominationis! Et ait ad populum ſuum: Ecce populus filio-

rum Iſrael multus, & fortior nobis eſt, venite, ſapienter opprimamus eum, *Exod. 1. verſ. 9. 10.* quod etiam erat flagitium dominationis.

Ad flagitium dominationis pertinet etiam Senatus conſultum Tacitum. quod, quale ſit, aut quare ſic appellatum, brevi exponit *Jul. Capitolin. in Gordian. ad Conſtantin. Aug.* Omnino exemplum Senatus conſulti taciti, non aliud eſt hodie, quàm quòd veſtra clementia convocatis ad interiora majoribus, ea diſponit, quæ non ſunt omnibus publicanda: de quibus adjurare etiam ſoletis, ne quis ante rem completam quidquam vel audiat, vel intelligat: ita ut nonſcribæ, non ſervi publici, non cenſualis illis ædibus intereſſent. Senatores exciperent omnium officia cenſualium ſcribarumque complerent, ne quid fortè proderetur. Factum eſt ergo Senatus conſultum tacitum, ne res ad Maximinum perveniret. Et quid hoc ſignificat, vel qualem in politicis conſultationibus interpretationem habeat, quando *in l. 9. ff. de Servitutib.* dicitur: quædam in ſermone tacitè excipiuntur, aliis, non qui equitant in arundine longa, conſultandum relinquo.

CAPUT SEPTIMUM.

Fides tam publica, quàm privata hunc habe characterismum & certitudinis ſuæ notam ſeu imaginem: nimirum frontis candorem, oris pudorem, mentis dexteritatem, memoriæ fidelitatem, linguæ taciturnitatem, animi confidentiam, dextræ conſtantiam. &c. quibus ea non ſolùm cognoſci; ſed etiam ab infidelitate poteſt ſeparari, quæ regulis & exemplis tanquam ad honeſtatem incitamentis rectiſſimis, in ſubſequentibus illuſtratur.

De Frontis Candore. In prima creatione fronti hominis, cordis interiora, quaſi inſcripta, vel potiùs inſculpta eſſe, & per eam quaſi per feneſtram quandam affectus & motus interiores conſpici, nemo ſana mente negabit. integræ frontis, hominis fides eſt perpendenda, *l. 13. ff. de Teſtib.* Hæc, inquit Iſidorus, imago quædam animi, mentis motum ſpecie ſua

ſua exprimit, dum vel læta, vel triſtis eſt, *lib. 11. de homine.* Multis ſimulationum involucris, & quaſi velis obtenditur unius cujusq; natura: Frons, oculi, vultus, perſæpe mentiuntur, oratio verò ſæpiſſime, *Cic. ad Quint. Fratr. epiſt. 1.* hinc proverb. ceſſit: Vultus & frons eſt animi janua, *Idem de petit. conſulat.* Et Sext. Empyricus: Corpus eſt character animi. Frons ſi candida, explicata, exporrecta, aperta, non hirſuta, rugoſa, caperata, mentem & animum raro ab hac alienum præſagiet. Ex viſu enim cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus, amictus corporis & riſus dentium & ingreſſus hominis enunciant de illo, *Syrac. 19. in fine, vide cap. 27. v. 8. ibid.* Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur, & is qui appellatur vultus, qui nullo in animante eſſe, præter hominem poteſt, indicat mores, *Cic. de LL. lib 1. n. 27.* Oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in errorem homines impulit, *Idem in L. Calpurn. Piſon. princ.* oro atque obſecro vos, qui noſtis, vitam inter ſe utriusque conferte: qui non noſtis, faciem utriusque conſiderate; non ne ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur, nonne ab imis unguibus usque ad verticem ſummum (ſi quam conjecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? qui idcirco capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur, *Cic. pro Q. Roſc. Com. n. 20.* Es iſt kein gut Haar an ihm. *Proverb:* Inde non contemnenda eſt eorum opinio, qui ferè magis frontem & vultum præſertim hoc tempore, quàm verba aulicorum imprimis obſervare & ſcrutari ſuadent. Animi enim motum vultus detegit, *l. 19. § 1. ff. de offic. Præſid.* Poſtea cognitum eſt, inquit Tacit. ad introſpiciendas etiam procerum voluntates inductam dubitationem. nam verba, vultus in crimen detorquens recondebat Tiberius, *annal. 1. pr.* Marcellus id magis vitandum ſuaſit, ne pervicacia quorundam irritaretur animus, novo principatu ſuſpenſus, & vultus quoque ac ſermones omnium circumſpectans, *Idem hiſt. 4. princ. ferè.* Vultus procul viſentibus notabantur. Vitellii projectus & degener Sabinus non inſultans & miſeranti propior, *Idem hiſt. 3.* Tiberius Libonem ornat præturà, convictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior (adeo iram condiderat) cunctaque ejus dicta factaq; cum prohibere poſſet, ſcire malebat, *Idem annal. 2.* Aliud clauſum in pectore (fronte,) aliud in lingua promptum habere, amicitias inimicitiasque non ex re, ſed ex commodo æſtumare; *Salluſt. bello Catil.*

Eſt enim vultus muta quædam exteriorum & corporis geſtuum facundia, *Juxta illud Naſonis:* Sæpe tacens vocem verbaq; vultus habet. *de arte amandi lib. 1.*

2. **De oris pudore.** Os homini tota illa pars eſt, per quam omnis generis elogia evolant; vel ut Iſid. os dictum, quod per ipſum, quaſi per oſtium & cibos intus mittimus, & ſpiritum foris projicimus, vel quia ibi ingrediuntur cibi, & inde egrediuntur ſermones, *d. lib. 11.* quanquam interdum etiam pro tota facie ſumitur, *ut Ovid. lib. 1. fab. 2.*

Finxit in effigiem moderantûm cuncta Deorum,
Pronaque, cum ſpectant animalia cœtera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumq; tueri
Juſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Os pudorem in efferendo ſermone obſervet, maledictiones, imprecationes, convitia, diffamationes & varia falſa, quæ fidem omnem tollunt, vitet & præcaveat, qualis enim oratio, tales mores. Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua, *Terent. in Heaut. act. 2. ſc. 4.* Tam prudenter, quàm eleganter, *Senec. ait*: Quare quibusdam temporibus provenerit corrupti generis oratio, quæris? & quomodo in quædam vitia inclinatio ingeniorum facta ſit, ut aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta, & in morem cantici ducta? Quare aliàs ſenſus audaces, & fidem egreſſi placuerint, aliàs abruptæ ſententiæ & ſuſpicioſæ, in quibus plus intelligendum eſt, quàm audiendum? Hoc quod audiri ſoles vulgò, quod apud Græcos in proverbium ceſſit, talis fuit hominibus oratio, qualis vita. Quemadmodum autem uniuſcujusque actio dicenti ſimilis eſt, ſic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores, *epiſt. 114.* impudici &
3. infrenis oris fuit Alladius tyrannicum Deisque inviſum ingenium, is Deorum contemptor, commentus eſt, quomodo tonitrua & fulmina imitaretur, ut civibus hoc terrore attonitis haberetur pro Deo, ſed imbribus & veris fulminibus in ejus ædes irruentibus, ſtagnoq;, juxta quod habitabat, præter ſolitum exundante, diluvio cum tota domo abſorptus eſt, *Dionyſ. Halicarn. lib. 1. n. 12.* quem imitatus eſt Caligula; qui machinam habebat, qua tonitribus obſtreperet, ac contra fulgura fulguraret: ac quoties fulmen decidiſſet, lapidem ejaculabatur, ſemper Homericum illud addens, Tollito me vel ego te, *Dio Caſſ. lib. 59. in fine.* Similiter impudici oris fuerunt Fridericus II. Imperator: cui ſæpe in ore: Tres fuiſſe inſignes impoſtores,

poſtores, qui genus humanum ſeduxerunt: Moyſen, Chriſtum & Mahumetem. Et Alphonſus X. Hiſpaniæ Rex: ſi principio mundi ipſe Deo adfuiſſet, multa meliùs & ordinatiusque condenda fuiſſe, *refert. Lipſ in monit. polit. & exempl. lib. 1. cap. 4.* Turpe & probroſum, imò ſcandaloſum talia dicere Principi, talia honeſtum ſilere, neque proloqui expeditum, quia non ædilis, aut prætoris, aut conſulis partes ſuſtinet: majus aliquid & excelſius à principe poſtulatur, & rectè dictorum & factorum ſibi quisque gratiam trahant, & ſi prohibitá impune tranſcenderit, neque metus ultra, neque pudor eſt, reliquis intra animum medendum eſt, principes pudor in melius mutet, *Tacit. annal. 3. orat. Tiber.* Nam cæteris in eo ſtare conſilia, quid ſibi conducere putent: Principum diverſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, *Idem annal. 4. in med. fere.* quibus unum inſatiabiliter parandum, proſperam ſui memoriam, nam contemptu famæ contemni virtutes, *ibid. praeced.* ut quandoq; conceſſerint cum laude & bonis recordationibus, facta atque famam nominis ſui proſequantur, *Ibid. paulò praeced.*

De Mentis dexteritate. Bona mens, nec commendatur, nec emitur: & puto, ſi venalis eſſet, non haberet emptorem, at, mala quotidie emitur, *Senec. epiſt. 27.* Convitium ſui ſeculi & pravitatem mentis per longiſſimam propagationem in hæc usque tempora derivata, graviſſimè accuſat, ita ut vix ſummo labore & indefeſſo ſtudio ex vitiorum calle in virtutum ſemitam reduci poſſit. Mens ſui juris, quæ à Deo libera & vaga eſt, ut nec ab hoc quidem carcere, cui incluſa eſt, teneri queat, quò minus impetu ſuo utatur, & ingentia agat, & in infinitum comes cœleſtibus exeat *Idem benefic. lib. 3. cap. 20.* adeò ſui juris, adeò libera & vaga eſt, ut cogitationis pœnam nemo patiatur, *l. 12. ff. de pœnis.* Dominium rerum collabi ſolet, bonæ mentis uſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum, *Valer. Max. lib. 4. cap. 4. princ.* 4

Hanc ſumma capitis fundavit in arce
Mandatricem operum, proſpectricemq; laborum.
Claud.

Quæ ingenuitatem & dexteritatem cunctis in negotiis civilibus ſarta tecta conſervet, temeritatem expellat, levitatem exterminet. Nihil enim in terris infelicius, quàm mente hominem carere moderata. *Anton. Guevarr. horol. princ. lib. 1. cap. 11.* Ideo præ omnibus ſana mens usque ad ſupremum

premum vitæ ſpiritum ab ipſo Deo eſt expetenda, ut mihi ad finem usque vitæ, quietam & intelligentem humani diviniq; juris mentem duint; et quandocunque conceſſero, cum laude & bonis recordationibus, facta atque famam nominis proſequantur, *Tacit. annal. 4.* ut modò dictum paulò præced.

5. **De Memoriæ fidelitate.** Divina illa corporis humani pars, memoria, cujus ſolius beneficio ante multa ſecula jam exſtincta, mentis acie perluſtrare valemus, qua ſola vivimus, qua ſola, licet moriamur, in poſteris reſurgimus, qua ſola, omnia, quæ noſtra ſunt, complectimur, & qua ſola tandem Divinitati appropinquamus, quam non commendare plurimum, ſed deformare magis videtur, ſi in ejus laudem aliquid dicere ſuſtinerem, in hoc divinitati plurimum cedit, quod labilis ea ab omnibus dicitur *l. 44. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Et Juſtinian. noſter: Omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quàm mortalitatis eſt, *l. 2. § 14. C. de veter. jure Enucl. § 14. de Confirm. Digeſt.* Philippus Decius Ict. non incelebris, cùm Juris utriusq; profeſſionem Piſis, Senis, Florentiæ, Patavii, Ticini & Avarici Biturigum ad annos ſexaginta quinque ſuſtinuiſſet, tandem ſic emarcuit ſenectute, ingenio ejus veluti contabeſcente, ut nullius legis aut paragraphi ex jure Romano recordaretur amplius & difficulter quicquam latinè proloqui poſſet: quam obrem ut Johanni Coraſio Anno 1536. in Senenſi Academia Doctoratus inſignia debita & conſueta ſolennitate conferret, alium quendam è collegis prodire oportuit, qui verba ſolita nuncuparet. Pariter etiam Franciſco Barbaro in extrema ac decrepita ſenecta literarum obrepſit oblivio, in quibus tamen excelluerat. Uti & Georgio Trape. zuntio ſub vitæ finem utriusq; linguæ tam Græcæ, quàm latinæ ſcientia penitus excidit. Et olim Meſſala Corvinus orator. tantum memoriæ detrimentum paſſus eſt, ut etiam nominis fuerit oblitus, *Thom. Lans. orat. contra Ital. princ.*
6. Cùm itaq; quilibet, quod promiſit, ipſe in memoria ſua ſervare, nec ab aliis ſibi manifeſtare debeat, repoſcere, *l. 12. C. de contrah. & committend. ſtipul.* multoq; melius eſt non vivere, quàm poſt votum promiſſa non reddere, ſed obliviſci, *Eccleſ. 5. v. 9.* piam ſanè & religioſam vigilantiam admonitionemque memoriæ ſaluberrimam & non ſatis laudatam Oneſimus Pythonis filius nobilis Macedo bono nobis documento ſuſcepit; hic pacis ſemper auctor regi fuerat, monueratque, ſicut pater ejus Philippus inſtitutum usque ad ulti-

ultimum vitæ diem ſervabat, quotidie bis in die fœderis icti cum Romanis perlegendi, ut eum morem, ſi non ſemper, crebrò tamen uſurparet, *Liv. lib. 44. anno ab U. C. 488:* admonitione hac pia, non tam memoriæ debilitatem juvare, & exercere, quàm frequenti pactorum lectione, fidei religionem cuſtodiri volebat.

De Linguæ taciturnitate. Lingua minutiſſima ferè corporis humani pars, maximi mali cauſa ſæpiſſime exſiſtit, ex qua ſola calumniæ, convitia, diffamationes & mendacia, tanquam ab omnium vitiorum inſtrumento exotioſiſſimo evolant; quæ nullo locorum, temporum & perſonarum habito diſcrimine, ea quæ affectibus concipiuntur, acerba & importuna excutit. Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero, *Jacob. Apoſt. ep. cap. 3. v. 8. & verſ. 5. ibid.* Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quàm magnam ſilvam incendit. Et lingua ignis eſt, univerſitas iniquitatis, *&c.* Talis fuit Q. Curio, de quo *Salluſt. bello. Catilin.* Huic homini non minor vanitas inerat, quàm audacia, neque reticere, quæ audierat, neque ſuamet ipſa ſcelera occultare, prorſus neque dicere, neque facere quicquam penſi habebat: & probè Borbonius dixit: 7.

Nobile lingua bonum; quæ fari in tempore novit;
Nobile lingua malum, quæ fari in tempore neſcit.

Ex Hugone refert Reuſner: Lingua ex eo dicitur, quòd lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit mentiendo, ligat & ligari non poteſt, ſed labitur & fallitur. Labitur, ut anguilla; penetrat, ut ſagitta; tollit amicos, multiplicat inimicos, movet rixas, ſeminat diſcordias, uno ictu multos percutit atque interficit: blanda eſt & ſubdola, lata & parata ad exhaurienda bona & miſcenda mala, *Symb. Imper. claſſ. 3. Symb. 6.* Ex quo illud Græcorum: Lingua quò vadis? urbem everſura. Linguæ enim violentia, temeritasq; verborum nihil aliud ſunt, quàm ſceleſti animi index & teſtis, *Q. Curt. lib. 7. princ.* Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut requieſcet in monte Sancto tuo? qui non egit dolum in lingua ſua: nec fecit proximo ſuo malum, *Pſalm. 15.* Symbolum fuit Caroli. 3. Craſſi, Imperatoris: Os garrulum intricat omnia, *Reuſner. ibid.* quam intra ſua ſepta & dentium cancellos conſtringere prudentiæ & ſapientiæ eſt perfectæ. Vetus diſciplina regum ſilentium vitæ periculo ſanxerunt. Lingua gravius caſtigatur, quàm ullum probrum: nec magnam rem magis ſuſtinere 8.

poſſe

poſſe credunt ab eo, cui tacere grave eſt, *Quint. Curt. lib. 4.* Linguam debere, ajunt, non eſſe liberam, nec vagam, ſed vinculis de pectore imo ac de corde apertis moveri, & quaſi gubernari. Heſiodus Poëtarum prudentiſſimus linguam non vulgandam, ſed recondendam eſſe dicit, perinde ut theſaurum. Ejusque eſſe in promendo gratiam plurimam, ſi modeſta & parca & modulata ſit, *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 1. cap. 15. & princ. ferè ibid.* Petulantiæ verborum coërcendæ vallum eſſe oppoſitum dentium, luculentè dixit Homerus: ut loquendi temeritas, non cordis tantùm cuſtodiâ atque vigiliâ cohibeatur, ſed & quibusdam quaſi excubiis in ore poſitis ſepiatur. Nullum noſtrorum membrorum natura perinde atque linguam vallo coërcuit, poſitis ante eam præſidii loco dentibus: ut ſi ratione intus,

—— —— —— —— *reſonantia frena premente,*

Obedire nolens proſiliret, morſibus eam lancinantes, ejus compeſceremus intemperantiam, *Plutarch. de Garrulit. n. 4.* Natura homini unam linguam, aures verò binas dedit, ut duplo plus audiat, quàm loquatur, *Plutarch. lib. de Homero. & de auditione. n. 7.* Zeno adoleſcenti cuidam multa garrienti: aures, inquit, tuæ in linguam defluxere, *Reuſn. Symb. Imper. claſſ. 3. Symb. 22.* Xenocrates. Dixiſſe aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam, *Valer. Max. lib. 7. cap. 2. n. 6. extern.* quod & Simonidi adſcribitur, *Plutarch. d. loco de Garrulit. in fine.* Maneat in verbo menſura, in ſermone ſtatera: verba ſint moderata, oratio brevis, ſapiens & opportuna, in corde, non in ore nata, plus enim decet audire, quàm audiri, plus auſcultare, quàm loqui. Pythagoras interroganti, quomodo inter ſapientes diſcipulos bene connumerari poſſet? reſpondit: ſi ſerves ſilentium, donec loqui ſit neceſſarium, ſi nihil dixeris, niſi quod benè ſciveris: ſi feceris optima, & locutus fueris pauciſſima. Nam ſilentium ſignum eſt ſapientiæ & loquacitas ſtultitiæ: ne feſtines reſpondere, donec finis fuerit interrogandi, neve quæſtionem diſceptare aut ſolvere tentes, cum ſapientiorem te alium aut prudentiorem adeſſe conſpexeris. Ut ſermoni ſilentium, ita ſilentio occaſio eſt opportuna, *Vide Plutarch. de liberor. educ. n. 33. & lib. de Homero n. 85.* Sapientiæ plena res eſt, oportunum ſilentium, omnique præſtantior ſermone, atque ideo veteres arbitror ſacra myſteria inſtituiſſe, ut in iis tacere inſuefacti ad myſteriorum fidem humanorum, metum Deorum traducamus. Etenim neminem pœnituit tacuiſſe, locutos eſſe permultos, *Plutarch. de Inſtit. liber.* Conſultum videtur ejus ſequi ſententiam,

qui

ſcivit, neminem pœnitentiâ opus habuiſſe, quòd parum locutus ſit, infinitos, quòd nimium, *Philipp. Comin. lib. 1. cap. 3.* Si quid unquam arcani ſanctive ad ſilendum in curia fuerit, id omnium maximè tegendum, occulendum, obliviſcendum, pro non dicto habendum eſſe, ait Q. Fab. Max. *Liv. lib. 23. in med.* Quæ enim multi ſciunt non diuturno teguntur ſilentio, *Dionyſ. Halicarn. lib. 3. n. 39.* nam fruſtra ſilentium in tot conſciorum animis & corporibus ſperatur, *Tacit. annal. 15. juxta fin.* Sæpe evenire ſolet, quod, *Liv. lib. 44. anno ab U. C. 589.* conqueritur: quo quæque curatiùs curantur, eò faciliùs loquacitate regiorum miniſtrorum emanant. Adverſus loquacitatem & garrulitatem nulla melior medicina, quàm aures deſtinari poſſunt. nam oratio adverſus eum morbum medicina audientium eſt, *Plutarch. d. loco de Garrulit. princ.* in cujus morbi curam ipſe garrulus auribus ſuis, medicus optimus eſſe poſſet.

De Animi Confidentia. Dux atque imperator vitæ mortalium, Animus eſt: qui, ubi ad gloriam virtutis viâ graſſatur, abundè pollens potensq́;, & clarus eſt, neq; fortuna eget, quippe quæ probitatem, induſtriam, aliasq́; artes bonas neq; dare, neq; eripere cuiquam poteſt, *Sall. bell. Jugurth. princ. & paulò pòſt.* Animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit, atque habet cuncta, neque ipſe habetur. Rex noſter eſt animus: hoc incolumi, cætera manent in officio, parent & obtemperant: cùm ille paulùm vacillat, ſimul nutant, *Senec. ep. 114.* Ut vultus hominum, ita ſimulacra vultus imbecillia ac mortalia ſunt, fama mentis æterna, *Tacit. Jul. Agric. vita in fine.* Quid aliud voces animum, quàm Deum in humano corpore hoſpitantem, *Senec. epiſt. 31.* quem in hoc mundo Deus obtinet locum, hunc in homine animus, *Idem ep. 65.* Impurus è contra Dis hominibúsque infeſtus, *Salluſt. bello Catil.* qui ex relatione mutua datæ acceptæque fidei, confidentiam tanquam pacti conventi obſignationem & confirmationem certiſſimam foveat. Erecti enim animi character eſt in contractibus & pactionibus indubitatam, quaſi pari compenſatione referre, ac pactum tollere. 9

De Dextræ Conſtantia. Mos non culpandus ab antiquitate devolutus ad noſtram uſque proceſſit ætatem, quòd in ſingulis ferè contractibus, ſtipulationibus, promiſſionib. & reliquis tam privatis, quàm publicis conventionibus, pactis, tranſactionibus &c. dextris invicem porre- 10

ctis, quaſi chirographo vel literarum obligatione conventionem abſolutam paciſcentes confirmant, & quaſi nodo perſtringunt.

— — — — — — En dextra fidesq;. *Virgil. Æneid. 4. v. 597.*
— — — — — — dextera dextræ
Jungitur — — — — — — — — *Ovid. lib. 6. metam: fab. 4. & fab. ſeq. ibid.*
Ut pignus fidei dextras utrasque repoſcit
Inter ſeq; datas junxit. — — — — — — —
Hæc ubi dicta dedit, dextræ conjungere dextram
Conatus — — — — — — — — *T. Petron. Arbit. Satyr*
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis
Hic pietate prior, coëant in fœdera dextræ.
Virgil. Æneid. 11. v. 291.

Dextra data fidem futuræ amicitiæ ſanxiſſe Æneam & Latinum, *Liv. lib. 1. princ. & paulò pòſt.* Dextra Hercules data accipere ſe omen &c. Centurionem Siſennam dextras, concordiæ inſignia, Syriaci exercitus nomine, ad prætorianos ferentem, variis artibus aggreſſus eſt, *Tacit. hiſt. 2.*
11 Cùm Mithridates re infeliciter geſta, ſe hoſti dedere cogeretur, regiam ingreditur, genibusq; Eunonis provolutus, Mithridates, inquit, terra mariq; Romanis per tot annos quæſitus, ſponte adſum, utere, ut voles prole magni Achimenis, quod mihi ſolùm hoſtes non abſtulerunt. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum & prece haud degenere permotus, allevat ſupplicem, laudatque, quòd gentem Adorſorum, quod ſuam dexteram petendæ veniæ delegerit, *Idem annal. 12. pr. ferè.* Ab rege Parthorum Artabano Legati venere, miſerat amicitiam ac fœdus memoraturos, & cupere renovari dextras &c. *Idem annal. 2.* Mos eſt regibus, quoties in ſocietatem vocant, implicare dextras, pollicesque inter ſe vincire, nodoque præſtringere. Mox ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum, *Idem annal. 12.* Sic Parthi Imperathores, cùm pugnam pararent, fœdus repente faciunt, cognitis popularium inſidiis, quas Gotarzes fratri patefecerat. Congreſſique primo contanter, deinde complexi dextras apud altaria deûm pepigere, fraudem inimicorum ulciſci, atque ipſi inter ſe concedere, *Idem annal. 11. plura vide apud Philip. Camerar. hor. ſubciſ. cent. 1. cap. 35.*
12 Appius Claudius nepos decem viri ait: Cum abrogata fide (quaſi dextera data) omnis humana ſocietas tollitur, *Liv. lib. 6. in fine.* Q. Fabius M. de redemptione captivorum cum hoſtibus

pepigit

pepigit: quod pactum cùm à Senatu improbaretur: fundum ſuum ducentis millibus vendidit, & fidei ſuæ ſatisfecit, *Sext. Aurel. Vict. de viris illuſtr. Liv. lib. 21. anno ab U. C. 538. Plutarch. in Fab. n. 14.* Pyrrhus cùm ſecundo prælio à Romanis eſſet pulſus Tarentum, interjecto anno contra Pyrrhum Fabritius eſt miſſus, qui priùs inter legatos ſolicitari non poterat, quarta regni parte promiſſa, cùm vicina caſtra ipſe & rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens ſe Pyrrhum veneno occiſurum, ſi ſibi quid pollicitaretur: Quem Fabritius vinctum reduci juſſit ad dominum Pyrrhoq; dici, quæ contra caput ejus medicus ſpopondiſſet. Tum rex admiratus, eum dixiſſe fertur; Ille eſt Fabritius, qui difficilius ab honeſtate (fide) quàm ſol à ſuo curſu averti poſſet, *Sext. Aurel. Victor de viris illuſtrib. Cic. offic. 1. n. 40. Liv. lib. 13. epit. lib. 39. anno ab U. C. 571. Tacit. annal. 2. in fine Plutarch. in Pyrrho n. 45. Aul. Gell. noct. Attic. lib. 3. cap. 8.* armis bella geri, non venenis debere, ait *Valer. Max. lib. 6. cap. 5. n. 1.* nec ſontes veneno necare licet, *l. 8. §. 1. ff. de pœnis.*

CAPUT OCTAVUM.

Dicebatur capite quarto, quód in collecta multitudine etiam Magiſtratus continentur. Explicato itaque & definito eo, hic de ſpecie ſeu partibus ejus & officio enumerabitur. Eſt Magiſtratus vel dirigens, vel comminiſtrans ſeu adjuvans. Ille eſt cum imperio, poteſtate, jurisdictione: Hic verò ſine iis. De priore hîc: de poſteriore in ſequentibus tractabitur.

Magiſtratus ſuis ſubditis, & ſubditi ſuis Magiſtratibus datam acceptamq; fidem præſtare tenentur. Magiſtratum hîc non in ſpecie aut ex certa Republ. aut certæ Reipubl. forma determinatum; ſed in genere omnem, in omnis Reipubl. ſtatu. Nec ſubditos certos, ſed in genere omnes ſuperiorem recognoſcentes conſidero.

Magiſtratibus opus eſt, ſine quorum prudentia ac diligentia eſſe civi-

tas non poteſt: quorum deſcriptione omnis Reip. moderatio continetur,
Cic. 3. de legib. n. 5 Sine eo nec domus, nec civitas, nec gens, nec homi-
num univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus
poteſt, *ibid. n. 3.* Et apud Hebræ. proverbium eſt: Niſi poteſtas publica
eſſet, alter alterum vivum deglutiret. Ad poteſtatem autem hanc & of-
ficium eligantur, qui ſunt probatæ vitæ & perſpectæ fidei; *l. ult. C. ad L.
Jul. Repet.* Digniſſimi non tantùm meritis, ſed & facultatibus, *l. 46. C. de
Decurionib.* non cujusvis ordinis, cujusvis vitæ, generis, artificii, vel opi-
2. ficii. Turpe ac probrum eſt, eos in Senatorum numero haberi, qui ali-
quando ſtoreas & corbes geſtaverint, *Dio Caſſ. lib. 52.* hi enim functiones
publicas implere non poſſunt, *d. l. 46.* Benignis moribus præditi, *l. 21. §.
5. ff. de tutorib. & curatorib.* Legum ſcientes & non inexperti, *Novel. 82.
cap. 1. §. 1.* Non eligantur propter amicitias, cùm & publicæ utilitatis in-
terſit, non ex amicitia creationes fieri debere, ſed æſtimatione vera & com-
modo Reipublicæ, *l. un. C. ſi propter inimic. creat.* In genere, qui ſunt aliis
potiores, *l. un. C. de potiorib. ad mun. l. 7. ff. de Decurionib.* Eſt Magiſtrati-
bus authoritas, tanquam cibus corpus ſuſtentans, maximè neceſſaria: opor-
tet enim id, quod cogit, ſummam habere in Rep. authoritatem, *Ariſt. lib.
6. polit. cap. ult. Et lib. 5. de moribus cap. 3. ait.* Unde rectè illud Biantis di-
ctum videtur: principatus virum oſtendit. Intereſt Reipublicæ, quod uſu
neceſſarium, & dignitate eminere, utilitatemq; authoritati muneri, *Vellej.
Patercul. lib. 2.* Æquioribus animis accepti ſunt, qui ad Antonium vene-
rant, non quia modeſtior miles, ſed duci plus authoritatis, *Tacit. hiſt. 3.*
Sit ſedes prior ante provectis locus conſpectior, decernendi loquendiq; fa-
cultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti magiſtratus vetuſtior, *l. ult. C. de
præf. prætor. ſive urbi. l. 1. C. tit. ſequ.* In adeundo quidem facilem ſe præ-
beat, ſed contemni non patiatur, *l. 19. ff. de offic. præſid.* Quisquis ſuam
authoritatem, quisque ſuum officium, quisquis etiam ſuam reverentiam
obſervet, quemadmodum Tacit. nomine principis, *annal. 16. circa fin. ait:*
Requirere ſe in Senatu conſularem: in votis ſacerdotem; in jurejurando
civem. Non cum omnibus æqualiter, cum ſutore, ſartore aut fabro, non
ut ſutor, ſartor vel faber, præſertim publicè converſetur: Ex converſatio-
ne enim æquali contemptio dignitatis naſcitur, *d. l. 19.* pro inveterata au-
ctoritate juxta motu judicis, *l. 12. C. de offic. Rectoris l. 14. C. de Teſtibus.*

3. **Autoritas autem conſiſtit vel in corporis externa qualitate ſeu majeſtate.** Corbulo omnium ora in ſe vertebat, cor-

pore ingens, verbis magnificus & ſuper experientiam ſapientiamq;, etiam ſpeciei inanium validus, *Tacit. annal. 13.* Cœperat jam ante Numidani ex fama rerum geſtarum admiratio viri: ſubſtitueratq; animo ſpeciem quoq; corporis amplam ac magnificam. Cæterùm major præſentis veneratio cepit: & præterquam, quòd ſuapte natura multa majeſtas inerat, adornabat promiſſa cæſaries, habitúsq; corporis non cultus munditiis, ſed virilis ac verè militaris: & ætas erat in medio virium robore, quod plenius nitidiúſque ex morbo velut renovatus flos juventæ faciebat, *Liv. lib. 28. anno ab U. C. 548.* Omnibus Barbaris in corporum majeſtate veneratio eſt; magnorumq; operum non alios capaces putant, quàm quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt, *Q. Curt. lib. 6.* In Poro eminebat authoritas, *Id. lib. 8. Et paulò infer. ibid.* Ipſe Porus humanæ magnitudinis propemodum exceſſerat formam. Magnitudini Pori, adjicere videbatur belua qua vehebatur, tantum inter cœteras eminens, qantum aliis ipſe præſtabat. Erat Pharaſmani nomine Rhadamiſtus decora proceritate, vi corporis inſignis, & patrias artes edoctus, claraque inter accolas fama, *Tacit. annal. 12.* Imperatores forma ac decore corporis (ut mos eſt vulgi) comparantibus, *Idem hiſt. 1.* C. Piſoni aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies, *Idem annal. 15.* C. Cæſar Ariobarzanem origine Medum, ob inſignem corporis formam, & præclarum animum volentibus Armeniis præfecit, *Idem annal. 2. princ.* In ſuperiori Germania, Cæcina decora juventa, corpore ingens, animo immodicus, cito ſermone, erecto inceſſu, ſtudia militum in Cæcinam inclinabant, ſuper benignitatem animi, qua promptior habebatur, etiam vigore ætatis, proceritate corporis, & quodam inani favore, *Idem hiſtor. 2.* Augebat famam, ipſius Titi ingenium quantæcunq; fortunæ capax, decor oris cum quadam majeſtate, *Ibi princ.* Vel in matura ætate: nam ad Authoritatem conciliandam etiam matura ætas, non juventus, neq; extrema ſenectus attendenda. Cùm legionum Germanicarum motus audiretur, & trepida civitas eſſet, neq; duorum adoleſcentium nondum adulta auctoritate comprimi queat: ire ipſum (Tiberium) & opponere majeſtatem imperatoriam debuiſſe, ceſſuris, ubi principem longa experientia, eundémque ſeveritatis & munificentiæ ſummum, vidiſſent, *Idem lib. 1. annal.*

Digitized by Google

Requiritur etiam, ut ſit honeſtioris originis, non infimæ ſortis, aut contemptæ familiæ. Solet enim interdum familiæ humilitas authoritatem minuere. Id (ut fit) propter auctoris humilitatem, & quòd longinqua eoq; ignotior gens erat, *inquit Liv. lib. 5. anno ab U.C. 363.* Inferioris Germaniæ legiones diutius ſine Conſulari fuere: donec miſſu Galbæ, Vitellius aderat, Cenſoris Vitellii ac ter Conſulis filius: id ſatis videbatur, *Tacit. hiſt. 1. princ. ferè,*

Authoritas etiam conſiſtit interdum in reſponſionibus & allocutionibus paucis & nervoſis, pondere & menſura verbis. Nuſquam cunctabundus, niſi cùm in Senatu loqueretur, *Idem annal. 1.* Antonius inſerens ſe manipulis, ubi aſpectu & auctoritate ſilentium fecerat, *&c. Idem hiſt. 3.* Divus Julius ſeditionem exercitus verbo uno compeſcuit, Quirites vocando. Divus Auguſtus vultu & aſpectu Actiacas legiones exterruit, *Idem annal. 1.* Cæterùm, ut princeps loquebatur civilia de ſe & Repub. egregia, nec Senatus ob ſequium deerat, *Idem hiſt. 4. princ.*

5. Conſiſtit etiam Authoritas in literis, reſcriptis vel edictis breviter & graviter ſcriptis. Verba edicti fuere pauca & ſenſu perhoneſto, *Idem annal. 1. princ. ferè.* Imperatoria brevitate, nec ullum orationi aut lenocinium addidit, aut pretium, *Idem hiſt. 1.* non P[illegible]tus qui compoſuit ad Cæſarem literas, quaſi confecto bello, verbis magnificis rerum vacuas, *Idem annal. 15. princ. ferè.* Magna eſt vis authoritatis, quemadmodum de M. Porcio Conſule Livius ait: Non authoritate ſolùm, quæ tacita ſatis momenti habet, ſed oratione etiam, *&c. lib. 34. princ. ferè & lib. 27.* Vicit tamen authoritas ſenatus, ut poſitis ſimultatibus, communi animo conſilioq; adminiſtrarent Rempubl. *anno ab U. C. 546.* quæ ſi civium caritate adquiri poteſt, eſt magnifacienda. Innocens Bolanus & nullis delictis inviſus caritatem paraverat, loco authoritatis, *Tacit. in Jul. Agric. vita.* Corbulo luſtratum ritè exercitum ad concionem vocat, orditúrq; magnifica de auſpiciis imperatoriis, rebùsq; à ſe geſtis adverſa in imſcitiam Pæti declinans: multa auctoritate, quæ viro militari pro facundia erat, *Idem annal. 15.* Dum egreſſum cubiculo Veſpaſianum, pauci milites ſolito adſiſtentes ordine, ut legatum ſalutari, Imperatorem ſalutavere. Tum cæteri accurrere, Cæſarem & Auguſtum & omnia principatus vocabula

bella cumulare, mens à metu ad fortunam tranſierat. In ipſo nihil tumidum, arrogans, aut in rebus novis novum fuit. Ut primùm tantæ multitudinis offuſam oculis caliginem disjecit, militariter locutus, *Idem hiſt.2.*

Magiſtratus officium & fides potiſſimùm in his ſequentibus conſiſtit;

Inmuneris ſui debita adminiſtratione. Pol meo animo omnis ſapientis ſuum officium æquum eſt colere & facere, *Plaut. in Stich. act.1* Qui ob ſingularem induſtriam, explorata fide & gravitate ad officii magnitudinem adhibentur pro ſapientia ac jure dignitatis ſuæ, ut principis ipſi judicent, *l. unic. in fine ff. de offic. præf. præt.* Non per imprudentiam aut errorem, neq; ſordibus aut ſtultitiâ judicent, *l. 51. ff. de Evict.* Eſt proprium munus magiſtratus intelligere, ſe gerere perſonam civitatis debereque ejus dignitatem & decus ſuſtinere, ſervare leges, jura deſcribere, ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe, *Cic. offic. 1. n. 124.* Per omnia jus ipſum tueatur, & ad leges reſpiciat, & ſecundùm eas judicet, & ut ſubditi, ſecundùm eas vitam ſuáq; ſtudia inſtituant, efficiat, inſuper ad Deum quoq; & Magiſtratus timorem reſpiciat, neque præterea quicquam omnino in animo cogitet, *Novell. 24. cap. 2.* Talem præbebit ſemetipſum omnibus & publicè, & privatim, ut terribilis quidem ſit delinquentibus & indevotis circa fiscalia, manſuetiſſimus autem & mitis omnibus placidis & devotis, & paternam eis exhibens providentiam, *Novel.17. cap. 5. §. ult.* Quis enim hunc Magiſtratum non revereatur ſimul & horreat, videns duplici eum formâ excubias agere, tum ut, quæ lex jubet, facilè ordinet, tum verò, ſi quid de lege violetur, ut hoc armis corrigat, *Novell. 25. cap. 7.* Ita guberna Rempublicam, ut natum eſſe te cives tui gaudeant. *Cic. Philipp. 1. n. 35.* Elegantiſſimè Magiſtratus officium deſcribit Senec. *lib. 1. de ira cap. 5. quando ait:* Ita legum præſidem, civitatiſq; rectorem decet, quamdiu poteſt, verbis, & his mollioribus, ingenia curare, ut facienda ſuadeat, cupiditatémq; honeſti & æqui conciliet animis, faciátq; vitiorum odium, pretium virtutum: tranſeat deinde ad triſtiorem orationem, qua moneat adhuc & exprobret: noviſſimè ad pœnas, & has adhuc leves & revocabiles decurrat, ultima ſupplicia ſceleribus ultimis ponat, ut nemo pereat, niſi quem perire etiam pereuntibus interſit. Caveat tamen Magiſtratus ab his duobus extremis: à nimia ſeveritate, & ab nimia lenitate, medium gerendo, miſta cum clementia, ſeveritate juſtitia inclareſcit. Simul nimia auſteritas & ſeveritas ſimul

ſimul immoderata lenitas & clementia, ex æquo utraque, quod utile eſt, intervertunt, *Novell. Leon. 67.* Non ſemper Appii, nec ſemper Servilii mo-

7. re, ſed medium ſe gerendo optimè Rempubl. adminiſtrat. Appius vehementis ingenii vir, imperio conſulari rem agendam cenſebat, uno aut altero arrepto, quieturos alios. Servilius lenibus remediis aptior, concitatos animos flecti, quàm frangi putabat, cùm tutius, tum facilius eſſe, *Liv. lib. 2. anno ab U.C. 259.* Catonem oratorem non ſolùm gravem, ſed interdum etiam trucem eſſe ſcimus omnes, quum ingenio ſit mitis, *Liv. lib. 34. princ. ferè.* M. Porcius Cato, qui aſper ingenio, tum lenem mitemque Senatorem egit, *Idem lib. 45. in med.* Atrox certamen aderat, ni Fabius conſilio neutri parti acerbo, rem expediſſet, *Idem lib. 3. princ.* Quintus Conſul concordiæ pacisq; domeſticam curam, jura infimis ſummisque moderando ita tenuit, ut cùm & patres ſeverum conſulem, & plebs ſatis comem crediderint; & adverſus tribunos auctoritate plura, quàm certamine tenuit. vitáq; omnis conſulariter acta, *Idem lib. 4. anno ab U.C. 312.* Senatus cùm de opprimendis Manlii conſiliis, qui plebem adverſus patricios commovebat, agitaret, Servilio Ahala opus eſſe dixerunt, qui non in vincula duci jubendo irritet publicum hoſtem, ſed unius jactura civis finiat bellum, decurritur ad leniorem verbis ſententiam, vim tamen eandem habentem, *Idem lib. 6. anno ab U.C. 371.* Medium ita ſe gerere, mediam ſententiam vel viam eligere magis laudandum, quàm improbandum.

8. Cùm aliquando in ſeceſſione multitudinis Romanæ & diſcordia cum patribus conſilia de ſedando tumultu haberentur, & tres erant ſententiæ: P. Virginii, T. Largii, & Appii Claudii: medium maximè & moderatum utroq; conſilium Virginii habebatur, ſed factione reſpectuq; rerum privatarum, quæ ſemper offecere, officientq; publicis conſiliis, Appius vicit, *Idem lib. 2. anno ab U.C. 260.* quemadmodum in jure ſæpe media via eligitur, ubi in extremitatibus non magnum timendum eſt periculum, *§. ult. Inſt. Quib. ex cauſ. manumit. non licet §. 25. Inſt. de rerum diviſ. & c. §. fin. Inſt. de Donationib. l. 3. ff. ſi pars hered. pet. l. 7. ff. ut legator. ſeu fideicommiſſ.* Et non ſolùm ſi exceſſerint, vel defecerint, ſed & ſi negligentiores in officio fuerint, culpæ eorum adſcribitur, *l. 14. in fine ff. de offic. præſid.*

9. **In civitatis publico commodo quærendo.** Omnino, qui Reipubl. præfuturi ſunt, duo Platonis præcepta teneant, unum, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut, quicquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: alterum, ut totum corpus reipubl. curent, ne, dum

partem

partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. ut enim tutela, ſic procuratio Reipubl. ad utilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt, *Cic. offic. 1. n. 85.* Senatus inchoantibus primoribus, jusjurandum concepit, quo certatim omnes magiſtratus, cœteri ut ſententiam rogabantur, Deos teſtes advocabant, nihil ope ſua factum, quò cujusquam ſalus læderetur, neque ſe præmium aut honorem ex calamitate civium cæpiſſe, *Tacit. hiſt. 4. in med ferè.* Die Stad Breßlaw/ ſo die fuhrnehmſte Stad in der Schleſien/ iſt an dem Anſehen/ Einkommen und Gewalt ſehr geſtiegen/ durch Bewilligung und Beforderung Kayſer CAROLI des Vierten/ welcher wol verſtunde aus dem Exempel des Königreichs Franckreich: Wenn die Städte mit guter Ordnung der Geſetz/ und nohtwendigen Gerichten/ und mit ziemlicher Freyheit/ Anſehen und Einkommen wohl beſtellet/ daß die Oberherren zu Krieges- und Friedens Zeiten/ deſſen auch wohl gebeſſert ſind. Derowegen er dazu geholffen/ daß die Städte in einen guten Stand und Auffnehmen gebracht würden. Sintemahl die Erfahrung gibt/ wo man über den Städten nicht helt/ daß doch die Regierung endlich nicht beſtehen kan/ *Chronic. Carion. lib. 5. p. mih. 837.* quod bene & notanter obſervent principes. Decet enim eos, qui præſunt aliis, quemadmodum ab his maximè coluntur, & cœteris anteponuntur, ſic etiam publicis eorum commodis æquè conſulere, atq; ſuis ipſorum privatis commodis conſulunt, *Thucyd. lib. 1. orat. Corinth.* Tiberius nihil intermiſſa rerum cura, negotia pro ſolatiis accipiens, jus civium, preces ſociorum tractabat, *Tacit. annal. 4.* Ac mihi quidem videntur huc omnia eſſe referenda ab iis, qui præſunt aliis, ut ii, qui erunt eorum in imperio, ſint quàm beatiſſimi. Eſt autem non modò ejus, qui ſociis & civibus, ſed etiam ejus, qui ſervis, qui mutis pecudibus præſit, eorum, quibus præſit, commodis, utilitatiq; ſervire, *Cic. ad Quinct. fratr. ep. 1.* Et qui parti civium conſulunt, partem negligunt, rem perniciosiſſimam in civitatem inducunt, ſeditionem atq; diſcordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii ſtudioſi optimi cujusq; videantur, pauci univerſorum, *Cic. offic. 1. n. 85.* Summa laus conſularium, vigilare, cogitare, adeſſe amico, ſemper aliquid pro Republ. aut facere, aut dicere. *Idem Philipp. 8. n. 30.* Rempubl. ſalvam fore promittant, *l. 1. ff. de Magiſtrat. conveniend.* Salutem autem Reip. quærere & tueri nullis magis convenit, nec alium ſufficere ei, quàm Cæſarem, *l. 3. ff. de offic. præf. vigil.* Et non dolum ſolum modò Magiſtratus Reipub. ſed & latam negligentiam, & hoc amplius etiam diligentiam debent, *l. 6. ff. de adminiſtr. rerum ad civit. pertin.*

Digitized by Google

10\. In humana civium tractatione. Quando Cicero explicat, quomodo privatus cum cive vivat, ſimul docet, quomodo civis, cum privato ſe gerat. Privatum autem æquo & pari cum civibus jure vivere, neq; ſummiſſum & abjectum, neque ſe efferentem, tum in republ. ea velle, quæ tranquilla & honeſta ſint, talem enim ſolemus ſentire bonum civem & dicere, *Cic. offic. 1. n. 124.* quò plus poteſtis, eò moderatiùs imperio uti debetis, *Liv. lib. 34. princ. ferè.* Ubi eſt igitur ſapientia magiſtratus? in hoc, ut non ſolùm, quid poſſit, ſed etiam quid debeat, ponderet: nec, quantum ſibi permiſſum, meminerit ſolùm, ſed etiam quatenus commiſſum ſit, *Cic. pro C. Rab. Poſth. n. 12. Et pro A. Cluent. n. 159.* Eſt ſapientis principis, meminiſſe, ſe hominem, tantum ſibi à populo eſſe permiſſum, quantum commiſſum & creditum ſit: & non ſolùm ſibi poteſtatem datam, verùm etiam fidem habitam eſſe meminiſſe: poſſe, quem oderit, abſolvere; quem non oderit, condemnare, & ſemper, non quod ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare. Demoſthenes aliquando apud cives ſuos ita peroravit: oportet Athenienſes eum, qui boni aliquid noſtræ civitati cupit, primum veſtras aures ſanare, corruptæ enim ſunt: adeò ſalſa & multa & quævis potiùs, quàm optima audire conſueviſtis, *orat. de ordin. civit.* Cenſor famoſos probris quonam modo Senatu depelleret anxius, mitem & recens repertam, quam ex ſeveritate priſca rationem adhibuit monendo, ſecum quiſq; de ſe conſultaret, peteretq; jus exeundi ordinis. facilem ejus rei veniam & motos Senatu, & excuſante ſimul propoſiturum: ut judicium cenſorum ac pudor ſponte cedentium permixti, ignominiam mollirent, *Tacit. annal. 11.* Felix Judeæ impoſitus, intempeſtivis remediis delicta accendebat, *Idem lib. 12. annal. prope fin.* Prompti ſint Magiſtratus aditus, obvia comitas, *Idem annal. 2. princ.* non dominationem & ſervos, ſed rectorem & cives magiſtratus cogitent; clementiamque ac juſtitiam toleratiora capeſſant, *Idem annal. 12.* miſit literas Cæſar modicè Quinctilianum tribunum increpans, ignarum antiqui moris ob juventam, *Idem annal. 6.* Omnia ſcire, non omnia exſequi; parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem commodare; nec pœnâ ſemper, ſed ſæpius pœnitentiâ contentus eſſe: officiis & adminiſtrationibus potiùs non peccaturos, quàm damnare, cùm peccaſſent, *Idem in Jul. Agric. vita.* rariſſimâ moderatione maluit

11\. inveniſſe bonos, quàm feciſſe. *ibid. præced.* Erat inter ingentes ſolitudines, oppidum magnum atq; validum nomine Capſa: cujus conditor Hercules Libys memorabatur. ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, & ob ea fideliſſimi habebantur, *Salluſt. bell. Juhurth.* Rectorem ſubditis

pietas

pietas matrem, diſciplina patrem exhibeat, ut ſtultus in culpa, evadat ſapiens in pœna, *diſt. 38. cap. qui quæ Dei. 10.*

Deinde humanæ civium tractationi non eſt contraria mixta priſca virtus, gravitas, ſeveritas: præſertim cùm aliquando laſcivire vel obedientiam detrectare conantur. Salutaris rigor vincat inanem ſpeciem clementiæ, *Ammian. Marcellin. lib. 29.* Vel ut Cicero ait: Salutaris diſciplina vincat inanem ſpeciem clementiæ, *lib. ſingul. epiſt. ad Brut. epiſt 2.* Et dura molliter non rarò loqui, pro re nata magiſtratibus eſt conceſſum, ut Tacit. de Tiberio refert: Tiberius cultu habituq; ejus lenibus verbis perſtricto acerrimè increpuit, *annal. 2.* qui ita dura molliter loquitur, durus eſſe videtur, ſicut, qui leniter ſævit, eò magis ſævire intelligitur. Decurritur ad leniorem verbis ſententiam, vim tamen eandem habentem, *Liv. lib. 6. anno ab U. C. 371.* Haud facilè diſpexerit illa in cognitione mentem principis: adeò vertit ac miſcuit iræ & clementiæ ſigna, *Idem Tacit. annal. 3.* L. Piſo Pontifex nullius ſervilis ſententiæ ſponte auctor, & quotiens neceſſitas ingrueret, ſapienter moderans. Huic præcipua ex eo gloria, quòd præfectus urbi recens, continuam poteſtatem, & inſolentia parendi graviorem, mirè temperavit, *Idem annal. 4. princ. fere.* Iisdem conſulibus, gravitate annonæ juxta ſeditionem ventum, multaq; & plures per dies, in theatro licentiùs efflagitata, quàm ſolitum adverſum imperatorem; quis commotus, incuſavit magiſtratus patresq;, quòd non publica authoritate populum coërcuiſſent. Itaq; caſtigandæ plebi compoſitum Senatusconſultum priſca ſeveritate, *Idem annal. 6. Et paulò infer. ibid.* Cæterùm regendis provinciis priſcâ virtute egit:

Talia dicentem circumſtant omnia ſolem
Numina, neve velit tenebras inducere terris
Supplice voce rogant, miſſos quoq, Jupiter ignes
Excuſat, precibusq; minas regaliter addit.

Ovid. lib. 2. metamor. fab. 5.

Ita temperanda eſt clementia, ut non pereat diſciplina. Simul nimia auſteritas, ſimul immoderata lenitas & clementia, ex æquo utraque, quod utile eſt, intervertunt, *Novell. Leon. 67.* Sabinus ſuopte ingenio mitis, ubi formido inceſſiſſet, facilis mutatu, & in alieno diſcrimine ſibi parens, ne allevâſſe videretur, impulit ruentem, *Tacit. hiſt. 2.* Sit amor,

 ſed

ſed non emolliens; ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit Zelus, ſed non immoderatè ſæviens; ſit pietas, ſed non plus quàm expediat, & quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non provocant, ſaltem correctionis medicina compellat, *l. unic. C. de Emendat. propinqu. vide 13. ff. de offic. præſid.* Nam legum opportunitates & medelæ pro temporum moribus & pro rerumpubl. generibus, ac pro utilitatum præſentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum eſt, fervoribus, mutari atque flecti, neque uno ſtatu conſiſtere debent; quin ut facies cœli & maris, ita rerum atque fortunæ tempeſtatibus varientur, *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 20. cap. 1.* Sed cùm inter cives non ſolùm immorigeri, ſed etiam refractarii, pervicaces, & quaſi obſequium exſuentes, (quo pereunte etiam imperium intercidit, *Tacit. hiſt. 1. ad fin.*) nonnulli reperiuntur, quemadmodum *Livius* teſtatur, quando ait: Nulla eſt civitas, quæ non & improbos aliquando & imperitam multitudinem ſemper habeat, *lib. 42. in med. ferè,* hinc Fabio aliquando plus negotii cum civibus, quàm cum hoſtibus fuit. Adeò excellentibus ingeniis citiùs defuerit ars, qua civem regant, quàm qua hoſtem ſuperent, *Idem lib. 2. anno ab U.C. 273.* Et quis eſt, qui non perpetuam civium, omnium ferè civitatum & provinciarum, immorigeram refractionem, inſolentem audaciam, quietis publicæ turbationem, & ſtatus ferè everſionem noverit, & expertus fuerit; ut non, quod olim & hodie ex Livio conqueri & dicere Magiſtratus poſſet: Frui namq; pace, optimo conſilio cum populo Romano ſervata, per inteſtina bella non licuit, quorum cauſa atque initium traditur ex certamine factionum ortum, quæ fuere eruntq; pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, *Idem lib. 4. princ. ferè.* Quâ ſuâ pervicaciâ etiam duriſſima ſæpe in ſe conſilia meruerunt.

12. Seneſcere civitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quærebat Tullus Hoſtilius, *Liv. lib. 1.* etiam duriora corrigendi remedia Magiſtratui ſunt conceſſa. Equus tenax, non parens, frenis aſperioribus caſtigandus eſt, *Idem lib. 39.* Atque ne corporis quidem morbos veteres & diu auctos, niſi per dura & aſpera coërceas; corruptus ſimul & corruptor, æger & flagrans animus, haud levioribus remediis reſtinguendus eſt, quàm libidinibus ardeſcit. Et ſi prohibita impunè tranſcenderis; neque metus ultra, neq; pudor eſt, *Tacit. annal. 3.* ideò à majoribus inſtitutum, ut ſi antiſſent delicta, pœnæ ſequerentur, *ibid. ad fin.* Itaq; cives ſuos detinebant in negotio Romani, ne domi per otium deſidentes orationibus turbulentorum hominum ad ſeditiones concitarentur. Hoc enim remedio

apte

aptè uſi ſunt ſemper Romani imitatione medicorum, qui ea, quæ tumultibus in corpore movendis faciunt, foras avertunt, *Plutarch. in Camillo n.16.* Plebem de induſtria vexandam militiâ, trucidandamque hoſtibus objici: eam procul urbe haberi atque ablegari: ne domi per otium memor libertatis, coloniarumq;, aut agri publici, aut ſuffragii liberè ferendi conſilia agitet, *ait Liv. lib. 4. anno ab U. C. 340.* & quæ alia ingenio ſuo digna paſſi ſunt, conqueſti: jam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani, ſed arte eludi, *Idem lib. 3. anno ab U. C. 293.* quando ſpecioſa verbis, re inania, aut ſubdola experti, quantoq; majore libertatis imagine tegi putârunt, tantò eruptura ad infenſius ſervitium, *Tacit. annal. 1. in fine.* Non tamen magiſtratus poteſtatem ſuam per vim exerceat, neq; ſpeciei potentiæ ſimultates aut vindictæ cupiditatem expleat. Punitis quidem ingeniis gliſcit authoritas, *Idem annal. 4.* Agricola vim ſuam ardoremq; compeſcuit, ne increſceret, peritus obſequi, eruditusque utilia honeſtis miſcere, *Idem in Jul. Agric. vita.* nec ad hujus vel illius delationem intempeſtivam ex rumore ſtatuendum, *Idem annal. 3.* non omnibus pateant aures delatoribus, nec cuilibet dicto aut facto extemplo credendum, minus hæc in quandam atrocitatem, crimen publicum & tandem in pœnam L. Majeſt. conclamatis facinoribus iniquam, & non promeritam interpretanda; ne quis innocens captivetur, iniquè accuſetur, injuſtè condemnetur, ut non de ea cui gloria, licet illa non de aliis, ſaltem de hoc uno eſſe debeat, quò dicitur: novum imperium inchoantibus utilis clementiæ fama, *Tacit. hiſt. 4.* ne universa conqueratur communitas: Tutum ſilentii præmium! Majeſtatis crimina ſubduntur, vinclum & neceſſitas ſilendi, *Idem annal. 3. & paulo præced.* Majeſtatis crimen omnium accuſationum complementum eſt. Vis abeſto, nihil eſt enim exitioſius civitatibus, nihil tam contrarium juri & legibus, nihil minùs civile & humanum, quàm compoſita & conſtituta republ. quidquam agi per vim, *Cic. lib. 3. de legib. n. 42.* Tarquinius neque ad jus regni quicquam præter vim habebat; & eò accedebat, ut in charitate civium nihil ſpei reponenti, metu regnum tutandum eſſet, *Liv. lib. 1.* ut Cornel. Centurio, qui rejecto ſagulo oſtendens gladii capulum in curia dixit: Hic faciet, ſi vos non feceritis, *Sueton. in Octav. n.26.* Sic Gn. Pompejus tertium conſul corrigendis moribus delectus, erat gravior remediis, quàm delicta erant, *Tacit. annal. 3.* Eſt tamen Magiſtratui vi eti im conceſſa, quando cives adverſus eum inſurgunt, motum excitant, aut ſumma imis confundere intendunt. Regum ducumque clemen-

Digitized by Google

tia non in ipſorum modò, ſed etiam in illorum, qui parent, ingeniis ſita eſt. Obſequio mitigantur imperia, ubi verò reverentia exceſſit animis & ſumma imis confundimus, vi opus eſt, ut vim repellamus, *Q. Curt. lib. 8.* Nihil in vulgo modicum: terrere, ni paveant: ubi pertimuerint, impunè contemni. adjiciendos ex duce metus, ſublatis ſeditionis auctoribus, *Tacit. annal. 1.* Et nihil auſuram plebem principibus amotis, *ibid. in ſequentib.* neque aliud gliſcentis diſcordiæ remedium, quàm ſi unus alterve maximè prompti ſubverterentur, *Idem annal. 4.* nova cupientibus auferatur dux & auctor, *Idem annal. 16. ad fin.* motus enim judicis (magiſtratus) non eſt illicitus, ſed potiùs permiſſus, *l. 20. ff. commun. divid. l. 14. C. de Teſtib. Cujac. obſerv. lib. 13. obſ. 24.* Boni enim non ſolùm præmiorum exhortatione, verùm etiam metu pœnarum efficiantur, *l. 1. §. 1. ff. de Juſtit. & Jure.*

14 **In Civium defenſione.** Ideo in Magiſtratum leges & arma concurrunt, *Novell. 24. cap. 1. Novell. 25. cap. 1. 2.* Ideò Imperatoria Majeſtas non ſolùm legibus armata, ſed & armis decorata dicitur, *proœm. Inſt. princ.* ut cives ſuos ab omni injuria defendat, pericula declinet, facultates & opes eorum conſervet. Exemplo Antonini Pii, qui Scipionis ſententiam frequentavit, quia ille dicebat: malle ſe unum civem ſervare, quàm mille hoſtes occidere, *Jul. Capitolin. in Anton. Pio.* Et Alexandri Severi: qui milites ſe magis ſervare dixit: quàm ſeipſum, quòd ſalus publica in iis eſſet, *Ælius Lamprid. in eod.* Major ex civibus amiſſis dolor, inquit Liv. quàm lætitia fuſis hoſtibus fuit, *lib. 4. anno ab U. C. 318.* Nullum enim ornamentum Principis faſtigio dignius pulchriusq; eſt, quàm illa corona, ob cives ſervatos, *Senec. de clement. lib. 1. in fine.* Urbem tu relinquas? non eſt in parietibus reſpubl. At in aris & focis, *Cic. epiſt. lib. 7. ad Attic. epiſt. 11.* Hephæſtion ad Abdilonymum: Et cùm in regali ſolio reſidebis, aut vitæ necisq; omnium civium dominus, cave, obliviſcaris hujus ſtatus, in quo accipis regnum: immo hercule propter quem, *Q. Curt. lib. 4.* Scipio: ut gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria; ſic huic moderatori Reip. beata civium vita propoſita eſt, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit, *Cic. ad Attic. lib. 8. epiſt. 11.* ideo nullibi inpingendum Magiſtratus jus, cujus vigiliis nititur, ne quid Reſp. detrimentum capiat, *Tacit. annal. 4.* Referunt, quadrupedes publica comitia aliquando ſollicitaſſe, eaque magno ſtudio conciviſſe, & in iis graviter, non ſolùm de contemptu, ſed etiam injuria & omni vi, quibus ab ortu mundi eſſent expoſiti, eſſe conqueſtos, quòd exemplo aliorum

non

non ſolùm hominum, ſed etiam animalculorum, non etiam ſuum magiſtratum haberent, ab eoque tam bene regerentur, quàm juſtè defenderentur. Apes ſuum regem colere, aquilam regem nominari, piſces etiam ſuum ducem ſequi, dux caper ipſe gregis dicitur, & quis omnia, quæ rectorem ſuſcipiunt, enumerare poſſet animalia. Ideò ſuper Protectore quodam & magiſtratu, in totam univerſitatem decente, unito conſilio communicare vellent. Monito itaque hoc in medium evulgato, omnia quæ conſtipata erant animalcula, maximo cum mentis applauſu ſuper electione cujusdam Protectoris ſunt congreſſa: at tamen ut citò eum habere, ita tardè nominare vel eligere potuerunt, cùm in partes hanc vel illam, prout quæq; vel prona, vel aliena eſſent, prout ſpes metúsve ea diſtinerent, hæc ſtudio, illa odio, mutuis certaminibus deſcenderent. Tandem ex omnibus, quæ ſummam rerum gerere deberent, ad duo. Leonem videlicet & vulpem animalia, remotis aliis, conſpexerunt animosq; explicarunt. Vulpem ut aſtutam, ſic vafram, addito ad virtutem dolo, huc vel illuc flectere, & ſi res poſtularet, tam circumvenire, quàm decipere, atque arte hac, etſi non potentia, ſtudio tamen partium ſummarum rerum optimè regere poſſe, ex familia cervorum Cervinus quidam primus cum ſociis diſſeruit. Leonem econtra magnanimum, generoſum, fortem, intrepidum, ut ab omnibus ſummo gradu dignum judicatum, ſic eum jam rerum potiri fas eſſe, omnia quæ urſum ſequuta ſunt, conclamârunt. Sententiis his collatis & à partibus leonis májoribus, ſummam rerum Leo obtinuit. Gradu itaq; & honore auctus & ad ſummam poteſtatem evectus, primò modeſtè & comiter conſiliarios obſervare, eos audire, dexteritatem ſequi, juſtitiam colere, jura & privilegia inviolata cuſtodire aliquandiu ſuſtinuit; donec poteſtate ſibi ſumpta, eaq; ſecurè habita, ex certaminibus ſociorum. conſiliariorum & avaritia eorum, invalido legum auxilio, munia Senatus, legum in ſe trahere, & ita paulatim inſurgere, primores decerpere, conſiliarius negligere, & ad voluntatem ſuam omnia habere ſtuduit. Metu itaq; quibusdam, qui ex ungue leonem cognoverant, perculſis, territis aliis, jacente authoritate, cùm ferociſſimi per acies, aut proſcriptione cecidiſſent, & verſo ſtatu nihil unquam priſci & integri moris eſſet, cumq; omnes exutâ æqualitate juſſa Leonis aſpectarent, ruere in ſervitium conſiliarii & nobiles, quantò quis inluſtrior, tantò magis falſi ac feſtinantes, vultuque compoſito, ne læti neu triſtiores primordio, lacrymas, gaudium, queſtus adulatione miſcere. Quotusquiſque reliquus, qui libertatem vidiſſet?

Econtra

Econtra Leo nuſquam cunctabundus, niſi cùm in Senatu loqueretur. Verba edicti ejus fuere pauca & ſenſu non ſemper perdomeſto, cùm jam haberet imperium, non exſpectaret. His omnibus ita properatis & calamitatibus feſtinatis: cùm Cervinus aliquando & Urſinus congrederentur, & hic ſuper ſorte ſua malè habita, quódq; aliquando ab Leone umbilicotenus ferè expellicatus eſſet; alter quòd in fuga victoriam ſuam quærere neceſſe haberet, & id genus alia, mutuis querelis invicem proſequerentur: Tandem Cervinus reſpondit: Audi, frater Urſine, tuâ culpâ damnum hoc ſentis, quod ſentis, & nos ſentire facis, tu leonem, cum quo non feciſti periculum virium, tui habuiſti parem, tu, proverbium, noſce ex ungue leonem, unguibus pariter tuis fretus, deſpicatui habuiſti, tu potentiam tuam à leone vix ſecundam voluiſti, tu Lyſandri ſententiam, qui pellem vulpinam leoninæ prætulit, nullam æſtimaſti. At aſtutum magiſtrum facere aſtutos diſcipulos, potentem verò Protectorem, impotentes conſiliarios, aſtutiam aſtutiâ eludi, & certo imperii ſpatio menſurari, potentiam verò non niſi patientiâ poſſe haberi & tolerari. Maxima igitur libertatis cuſtodia eſt, ſi magna imperia diuturna non ſint, & temporis modus imponatur, quibus juris imponi non poteſt, *Liv. lib. 4. anno ab U. C. 321.*

15. In conſenſu & concordia tum ipſius inter ſe Magiſtratus: tum civium cum ſuo Magiſtratu. Non tantùm Reipubl. ſed etiam ſingulis civibus privatim expedit, potiùs concordare cum aliis, quàm contendere, omniaq; facere, ut ſint inter ſe amici, *l. 32. ff. de uſu & uſufr. legato.* Solent tamen publici ordinis viri, ſequioris admodum ingenii, invalidi judicii & frigidi, nulla peritia, nulla rerum cognitione & experientia pollentes, in conſeſſu tantùm aliis contradicere, ab eis diſſentire, atq; ſtulta concertatione intempeſtivam ſapientiam altæ prudentiæ velamine tegere. Ut Priſcus Helvidius, nihil novi accidiſſe reſpondit: quòd duo Senatores in Republ. diſſentirent: ſolitum ſe etiam Thraſeæ contradicere, *Tacit. hiſt. 2. in fine* Sollicitata ſeditione militari, ac diſcordia conſulum Romana caſtra, quum Paulus Sempronii & Flaminii temeritatem Varroni, Varro ſpecioſum timidis ac ſegnibus ducibus exemplum Fabii objiceret. Altercationibus magis, quàm conſiliis temp[illegible]titur, *Liv. lib. 22. anno ab U. C. 538.* Trio æmulationem inter collegas, & ſi qua diſcordes jeciſſent, melius obliterari reſpondit, *Tacit. annal. 6. prin.* Magiſtratus & cives ut umbra unius corporis, favore, dilectione & concordia ſe invicem proſequantur. Concordia maximum ad conſervanda imperia

imperia, ac principatus ſtabiliendos adminiculum eſt, *Q. Curt. lib. 1.* Concordiâ res parvæ creſcunt, diſcordiâ maxumæ dilabuntur, inquit Micipſa ad filios ſuos, *Salluſt. de bello Jugurth.* Imperii vis omnis in conſenſu obedientium eſt, *Liv. lib. 2. anno ab U.C. 283.* Et id firmiſſimum longè eſt, quo obedientes gaudent, *Idem lib. 8. anno ab U. C. 417.* Beatam urbem & invictam, & æternam illa concordia, *Idem lib. 5. anno ab U. C. 452.* Diſcordiâ verò inteſtinâ diſſolvi rem Romanam poſſe, æternas eſſe opes Romanas, niſi inter ſemetipſos ſeditionibus ſæviant, id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia eſſent, *Idem lib. 2. anno ab U. C. 274.* Diſcordia ordinum eſt venenum hujus urbis, *Idem lib. 3. anno ab U. C. 309.* Inteſtina ſeditio tantò deterior eſt bello, quod concorditer geritur, quantò bellum deterius eſt pace, *Herodot. in Uran. lib. 8. pr.* De Seleucenſi civitate inquit Tacitus: Quoties concordes agunt. Spernitur Parthus: ubi diſſenſere, dum ſibi quisque contra æmulos ſubſidium vocant, aſcitus in partem adverſus omnes valeſcit, *annal. 6.* Nullam niſi in concordia civium ſpem reliquam ducere: eam per æqua, per iniqua reconciliandam civitati eſſe, *Liv. lib. 2. anno ab U. C. 260.* Quantò tandem, ſi quicquam in vobis non dico civilis, ſed humani eſſet, ſavere vos magis: & quantum in vobis eſſet, indulgere potiùs comitati patrum atque obſequio plebis oportuit? quæ ſi perpetua concordia ſit, quis non ſpondere auſit, maximum hoc imperium inter finitimos brevi futurum eſſe, *Idem lib. 5. princ. ferè.* Fabius nil concordi collegio firmius ad Rempubl. tuendam eſſe ait: quæ ex concordia conſulum bona, quæq; ex diſcordia mala, in adminiſtratione rerum militarium evenirent, memorando, quàm propè ad ultimum diſcrimen ſuis & collegæ certaminibus nuper ventum foret: admonendo Decium, Fabiumq;, ut uno animo, una mente viverent, *Idem lib. 10. anno ab U. C. 457.* T. Largius: Ego certè nunc nihil aliud magis proſpiciendum cenſeo, quàm quomodo ſublatis ex urbe his vitiis, unanimes majore publicæ, quàm privatæ utilitatis reſpectu civitatem gubernemus, quæ ſi concors ſit, ſufficiet tam tuendis amicis, quàm terrendis hoſtibus: ſeditionibus verò jactata, ut nunc, neutrum horum præſtare poterit, miram in ſe ipſam confectura & hoſtibus ſine labore traditura victoriam, *Dionyſ. Halicarn. lib. 6. n. 32.* Decius, age, inquit, ſi quis vos interroget, quæ ſit maxima civitatum calamitas, & perniciem afferens celerrimam, nonne reſponderitis: Diſcordia? *Idem lib. 7. n. 39.* 17.
per quas civiles diſſenſiones ſæpe Rempubl. lædi ait, Ulp. *in l. 21. §. 1. ff. de*

Captiv. & poſtlim. reverſ. Nam privatim nemo omnium ita poteſt lætis rebus uti, ut non idem cum Republ. corruente pereat; at reſpubl. ſi proſpero ſucceſſu utatur, etiam privatorum omnes calamitates poteſt ſublevare, *Dio Caſſ. lib. 38.* In tantum chara & accepta Deo eſt concordia & unanimitas, ut in diebus Pentecoſtes, cùm Apoſtoli omnes unanimiter eſſent, in eodem loco, repleti fuerint Spiritu ſancto, *Actor. 2.* Quemadmodum membra corporis viventia & conſpirantia propterea, quòd invicem annata ſibi hærent, ſi quid eorum avellatur & à cæteris ſeparetur, non alitur amplius, ſed tabeſcit: ita urbes cenſebat ab iis, qui Rempubl. divellerent, perdi, augeri autem unam ab alia & omnes mutuo, cùm veluti magni alicujus corporis partes communem haberent procurationem, *Plutarch. in Arato. n. 31. vide Juſtin. lib. 8.* Conqueritur hoc Pætus Thraſea, quando ait: Ergo adverſus provinciarum ſuperbiam dignum fide conſtantiaque Romana capiamus conſilium, quo tutelæ ſociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quiſque habeatur alibi, quàm in civium judicio eſſe. Olim quidem non modò prætor aut conſul, ſed privati etiam mittebantur, qui provincias viſerent, & quid de cujusq; obſequio videretur, referrent, trepidabantq; gentes de æſtimatione ſingulorum. At nunc colimus externos, & adulamur, & quomodo ad nutum alicujus grates, ita promptiùs accuſatio decernitur. Decernaturque & maneat provincialibus, potentiam ſuam tali modo oſtentandi. Sed laus falſa & precibus expreſſa, perinde cohibeantur, quàm malitia, quàm crudelitas. Plura ſæpe peccantur, cùm demeremur, quàm dum offendimus. Quædam imo virtutes odio ſunt, ſeveritas obſtinata, invictus adverſum gratiam animus: inde initia magiſtratuum noſtrorum meliora fermè, & finis inclinat, dum in modum candidatorum ſuffragia conquirimus, quæ ſi arceantur, æqualiùs atq; conſtantiùs

18. provinciæ regerentur, *Tacit. annal. 15.* Ex diſſenſione plebis cum patribus frequente, ex fidei ambiguitate, ex diffidentia infinita in Republ. Romana, varii leguntur motus, diſſenſiones, diſceſſiones, variæ ortæ pactiones & leges, interdum etiam dominationis flagitia. Initio quidem civitatis Romæ Reges fuiſſe conſtat, qui omnia manu regere ſolebant, *l. 2. §. 1. ff. de origin. Jur. Juſtin. lib. 1. princ.* Cùm verò *anno ab U.C. 245.* Tarquinius Superbus cum omni ſua familia à Romanis, imprimis à Bruto & Collatino ejiceretur, Regiam poteſtatem & Monarchiam in libertatem ſeu Ariſtocratiam transformârunt, & hæc erat prima Reipublicæ Romanæ infantia, quam habuit ſub Regibus ſeptem; *Flor. lib. 1. cap. 8.* ut enim infantia pue-

rorum ſeptem annorum ſpatio, *l. 18. C. de Jur. deliber.* ita hæc Monarchiæ infantia ſeptem regibus clauſa eſt. Et fuit prima ejusdem mutatio, cui pactiones quædam & ex his fides inter Magiſtratum & cives interveniebant, quarum pactionum aliquot membra fuerunt.

Primum membrum. Annuum imperiũ conſulare ſit. 19.

Libertatis originem inde magis, quia annuum imperium conſulare factum eſt, quàm quòd diminutum quicquam ſit, ex regia poteſtate numeres. Omnia jura, omnia inſignia primi conſules tenuere. id modò cautum eſt, ne, ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior concedente collega, faſces habuit: qui non acrior vindex libertatis fuerat, quàm deinde cuſtos fuit. Omnium primum avidum novæ libertatis populum, ne poſtmodum flecti precibus, aut donis regiis poſſet, jurejurando adegit, neminem Romæ paſſuros regnare, *Liv. lib. 2. princ.* Cenſores magiſtratum quinquennium habento; reliqui magiſtratus annui ſunto, *Cic. lib. 3. de legib. n. 7.* Et non Romæ ſolùm, verùm Athenis. Poſt Codrum nemo Athenis regnavit: quod memoriæ nominis ejus tributum eſt. Adminiſtratio Reipubl. annuis magiſtratibus permiſſa, *Juſtin. lib. 2.* ut Romæ Conſules, ſic Carthagine quotannis boni Reges creabantur, *Æmil. Prob. in Annib. n. 111.* Judicum ordo Carthagine ea tempeſtate dominabatur; eo maximè, quòd iidem perpetui judices erant. res, fama, vitaq; omnium in illorum poteſtate dominabatur, eò maximè, quòd iidem perpetui judices erant, qui unum ejus ordinis & omnes adverſos habebat, nec accuſator apud Judices inſenſos deerat. Horum in tàm impotenti regno prætor factus Annibal, vocare ad ſe quæſtorem. Idem pro nihilo habuit. nam adverſæ factionis erat, & quia ex quæſtura in judices, potentiſſimum ordinem referebantur: jam pro futuris mox opibus animos gerebat. Enimverò indignum id ratus Annibal, viatorem ad prehendendum quæſtorem miſit: ſubductumque in concionem non ipſum magis, quàm ordinem judicum, præ quorum ſuperbia atque opibus nec leges quicquam eſſent, nec magiſtratus, accuſavit; & ut ſecundis auribus accipi orationem, animadvertit, & infimorum quoq; libertati gravem eſſe ſuperbiam eorum: legem extemplo promulgavit, pertulitq;, ut in ſingulos annos judices legerentur, ne quis biennium continuum judex eſſet, *Liv. lib. 33. in fine.* Super-20. eſt unum, quod omnium, quæ dixi, utiliſſimum fore arbitror, & ad Magiſtratus à delictis abſtrahendis efficaciſſimum, ne imperium iiſdem per totum vitæ ſpatium prorogetur, prægravis enim eſt omnibus Magiſtratus,

Digitized by Google

qui certo temporis ſpatio limitatus non eſt, nec ullius adminiſtrationis rationes reddere cogitur, unde tyrannis naſcitur. Contrahenda igitur poteſtas, exemplo Athenienſium intra tempus annuum, imperandi enim parendiq; viciſſitudo, & poteſtatis, antequam corrumpat animam depoſitio, cohibet ingenita contumacia, nec ſint minores mores inebriari nimiâ licentiâ, *Dionyſ. Halicarn. lib. 4. n. 79.* Nihil tam civile, tam utile, quàm brevem eſſe poteſtatem, quæ magna eſt, *Senec. excerpt. controvers. 7. controv.* magni enim honores immodicæq; poteſtates animos ad factum extollunt atque corrumpunt, *Dio Caſſ. lib. 39. in med.* Sub Tiberio illati ſunt in Senatum libri quatuor: in quarto præcepta ac conſilia Tiberio ac Reip. data: interq; alia, ut Rempubl. omnibus, qui prudentia ac rerum gerendarum peritiâ eſſent præditi, committerent, neq; uni alicui eam totam crederent, ne vel tyrannidem is affectaret, vel eo adverſa paſſo Respubl. corrueret, *Idem lib. 56.* Et Tiberius proinde in civitate tot illuſtribus viris, ſubnixa, non ad unum omnia deferrent: plures faciliùs munia Reipubl. ſociatis laboribus exſecuturos, *Tacit. annal. 1.* Inter alia ſaluberrima Octavio Cæſari data & hoc addidit Agrippa Mœcenas. Diuturniora imperia multos ad faſtum ac tentandas res novas extollunt, *Idem Dio Caſſ. lib. 52.* Rectè & alibi, quamvis etiam ſimulatè dixit Tiberius: ſatis onerum potentiæ, & minitura quoties gliſcat poteſtas, *Tacit. annal. 3. in fine ferè.* Diſtinguit tamen inter magiſtratus minores & majores; in illis, non verò in his honores continuare liceat, *Michael Piccart. obſerv. polit. Decad. 6. cap. 7.* Certamen aliquando Aſinio Gallo adverſus Tiberium exortum eſt, nam
21. cenſuit Gallus in quinquennium Magiſtratuum comitia habenda: utq; legionum legati, qui ante præturam & militia fungebantur, jam tum prætores deſtinarentur: Princeps duodecim Candidatos, in annos ſingulos nominaret. Haud dubium erat eam ſententiam altiùs penetrare & arcana imperii tentari. Tiberius tamen, quaſi augeretur poteſtas ejus, diſſeruit: Grave moderationi ſuæ tot eligere, tot differre vix per ſingulos annos offenſiones vitari, quamvis repulſam propinqua ſpes ſoletur; quantum odii fore ab his, qui ultra quinquennium projiciantur! unde proſpici poſſe, quæ cuiq; tam longo temporis ſpatio mens, domus, fortuna, ſuperbire etiam homines annua deſignatione: quid ſi honores per quinquennium agitent? quintuplicari prorſus Magiſtratus, ſubverti leges, quæ ſua ſpatia exercendæ candidatorum induſtriæ, quærendisq; aut potiundis honoribus ſtatuerint. Favorabili in ſpeciem oratione vim Imperii tenuit, *Tacit. annal. 2.*

Reſpondit

Reſpondit aliquando idem Tiberius de continuatione honorum interrogantibus. Hirudines, qui multo ſanguine hauſto rumpuntur, quieſcere: recentium morſus eſſe acerrimos: ſi novos magiſtratus, quicquid ſanguinis eſt & medullarum aviditate ſumma haurire. Et muſcas, ſi diutiùs corporum ulceribus inſideant, minùs graves & moleſtas fieri, quippe ſanie ulcerum ad ſatietatem uſque refertas: & cùm, qui ulceribus ſcateat, duriùs ſuſceptum afflictumq; iri, ſi ſaturis jam repulſis, famelicas alias, ad vulnera & ſaniem admittere velit. Id morum Tiberii fuit, continuare imperia, ac pleroſq; ad finem vitæ in iiſdem exercitibus aut jurisdictionibus habere, *Idem annal. 1. in fin.* Res ſuas ſpectatiſſimo cuiquam quibusdam ignotis ex fama mandabat, adſumptiq; ſemel tenebantur; prorſus ſine modo, cùm pleriq; iisdem negotiis inſeneſcerent, *Idem 4. princ. ferè.* Verùm hæc de minoribus magiſtratibus & præfecturis intelligendum, quo conſilio etiam Veſpaſianus procuratorum rapaciſſimum quemq; ad ampliora officia ex induſtria ſolitus eſt promovere, quò locupletiores mox condemnaret; quibus quidem vulgo pro ſpongiis dicebatur uti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes, *Sueton. in Veſpaſian. n. 16.* qua pœna non indignos eſſe judico eos, qui officium corruptis miniſteriis redimunt, *arg. l. 3. §. 15. ff. de ſuſpect. tutorib.* Et Galbæ numulario non ex fide verſanti pecunias, manus amputavit, menſæq; ejus affixit; *Idem in Galba n. 9.* Vel ſaltem in una perſona, ſed neq; in una familia magiſtratus ſunt continuandi. Fabius Maximus, cùm à ſe quinquies & à patre, avo, proavo, majoribusq; ſuis ſæpe numero conſulatum geſtum animadverteret: comitiis quibus filius ejus ſummo conſenſu conſul creabatur, quàm potuit conſtanter cum populo egit: ut vacationem aliquando hujus honoris Fabiæ genti daret: non quòd filii virtutibus diffideret (erat enim illuſtris) ſed ne maximum imperium in una familia continuaretur, *Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1. n. 5. l. 18. ff. ad Municip. l. 14. §. 5. ff. de Munerib. & honorib.* Hujus continuationis præſertim Domus celſiſſima nobis exemplo eſt.

Secundum membrum. Omnium primum avidum novæ libertatis populum, ne poſtmodum flecti viribus aut donis regiis poſſet, jurejurando adegit, neminem Romæ paſſuros regnare, *Liv. lib. 2. princ.* Conſtabat enim Bruto natura plebis, quæ ſemper varia eſt. Nullum profundum 22.

mare, nullum vaſtum fretum & procelloſum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet, utique ſi nova & brevi duratura libertate luxuriat, *Q. Curt. lib. 10.* hæc eſt natura multitudinis, aut ſervit humiliter, aut ſuperbè dominatur, libertatem, quæ media eſt, nec ſpernere modicè, nec habere ſciunt, & non fermè deſunt itarum indulgentes miniſtri, qui avidos atque intemperantes plerumque animos ad ſanguinem & cœdes irritent, *Liv. lib. 24. in med.* Expertique quàm vana aut levi aura mobile vulgus eſſet, *ibid. infer.* Et Scipio: Multitudo omnis, ſicut natura maris per ſe immobilis eſt, ut venti & auræ cient aut tranquilli aut procelloſi, *Idem lib. 29. in med.* Nihil tam incertum, nec tam inæſtimabile, quàm animi multitudinis, *Idem lib. 31.* populari multitudine, nihil eſt neq; inſipientius, neq; inſolentius, *Herodot. in Thal. lib. 3.* Ideo luxuriantem plebem, ne donis regiis alliceretur, jurejurando adegit, neminem regnare paſſuros, nec eſſe Romæ unde periculum libertati foret, nimiùm enim Tarquinios regno aſſueſſe, neſcire Tarquinios privatos vivere, non placere nomen periculoſum libertati. Qui etiam de liberis ſuis, cùm de recipiendis regibus conſpirârant, ultimum ſupplicium ſumpſit, *Liv. ibid. anno ab U.C. 246. Dionyſ. Halicarn. lib. 5. n. 5. & ſeq. l. 2. §. 24. ff. de orig. Jur.* Ita ait Florus: Brutus favori civium, etiam domus ſuæ clade & parricidio velificatus eſt. Quippe cùm ſtudere revocandis in urbem regibus liberos ſuos comperiſſet, protraxit in forum, & concione media virgis cecidit & ſecuri percuſſit: ut planè publicus parens in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videretur, *lib. 1. cap. 9.* Natura inimica inter ſe eſſe liberam civitatem & regem, *ait Liv. lib. 44. in med.* Tandem *anno ab U. C. 248.* Cùm poſtremum legati à Porſenna de reducendo in regnum Tarquinio venerunt: miſſi ex patribus honoratiſſimi, ipſis in hæc verba reſponderunt: Non in regno populum Romanum, ſed in libertate eſſe, ita induxiſſe in animum, hoſtibus potiùs, quàm regibus portas pateſacere, eam eſſe voluntatem omnium, ut qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi ſit, proinde ſi ſalvam eſſe vellet Romam, ut patiatur liberam eſſe, orare, *Liv. ib.* Hinc Magius: nuſquam malle dixit, quàm in regno ejus vivere, quem vindicem, atque auctorem habeat libertatis, *Idem lib. 23. init. ferè.*

23. Tertium membrum. De provocatione adverſus Magiſtratus ad populum ſacrandóq; cum bonis capite ejus, qui regni occupandi conſilia iniſſet, *Liv. lib. 2.*

anno

anno ab U. C. 248. l. 2. §. 16. ff. de orig. Jur. Lata hæc pactio & lex ex occaſione quadam & ſuſpicione (ut ſunt mobiles vulgi animi, ex favore, non invidia modò, ſed ſuſpicio etiam cum atroci crimine orta) ædificabat enim Valer. Publicola, præſertim in libertatis adhuc infantia, in ſumma Velia, quæ cum maxima populi invidia & indignitate in regni affectationem ædificatio credebatur, ſuſpicioni citò occurrens reſpondebat: Adeòne eſt fundata leviter fides, ut, ubi ſim, quàm qui ſim, magis referat? Non obſtabunt P. Valerii ædes libertati veſtræ, Quirites: tuta erit vobis Velia; deferam non in planum modò ædes, ſed colli etiam ſubjiciam: ut vos ſupra ſuſpectum me civem habitetis. In Velia ædificent, quibus meliùs, quàm P. Valerio creditur libertas. Delata confeſtim materia omnis infra Veliam &, ubi nunc vicus publicus eſt, domus in infimo clivo ædificata, *Liv. ibid. Dionyſ. Halicarnas. lib. 5. n. 19. Valer. Max. lib. 4. cap. 1. n. 1.* Renovata tandem & noviter corroborata eſt hæc pactio & lex, *anno ab U.C. 453.* de qua Liv. ita: Eodem anno M. Valerius Coſ. de provocatione legem tulit diligentiùs ſanctam. Tertio ea tum poſt reges exactos lata eſt ſemper à familia eadem. Cauſam revocandæ ſæpiùs haud aliam fuiſſe, reor, quàm quod plus paucorum opes, quàm libertas plebis poterant. Porcia tamen lex ſola pro tergo civium lata videtur: quod gravi pœna, ſi quis verberaſſet necaſſetve civem Romanum, ſanxit, Valeria lex, cùm eum, qui provocaſſet, virgis cædi, ſecuriq; necari vetuiſſet? ſi quis adverſus ea feciſſet, nihil ultra, quàm improbè factum, adjecit: id (qui tum pudor hominum erat) viſum credo vinculum ſatis validum legis, *lib. 10.* Et hodie ædificiorum ſumptuoſæ exſtructiones, monſtroſæ exaltationes, multum invidiæ & indignationis apud plebem concitare ſolent. De Piſone. Fuit inter irritamenta invidiæ domus foro imminens, feſto ornatu, conviviumq; & epulæ, & celebritate loci nihil occultum, *Tacit. annal. 3. princ. ferè & hiſt. 3.* Cùm è roſtris fratris domum imminentem foro, & irritandis hominum 24
oculis, quam Aventinum & penates uxoris petiiſſet *&c.* Nero Garelanum Tribunum cum cohorte militum immitti jubetq; prævenire conatus conſulis, occupare velut arcem ejus, opprimere delectam juventutem, quia Veſtinus imminentes foro ædes, decoraq; ſervitia, & pari ætate habebat, *Idem annal. 15. in fine.* Cavendum eſt, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas, *Cic. offic. n. 140.* Urbis quæ domus ſupererant, non ut poſt Gallica incendia, nulla diſtinctione, nec paſſim erectæ: ſed dimenſis vicorum ordinibus, & latis viarum ſpatiis,

cohibita:

Digitized by Google

cohibita ædificiorum altitudine, *&c. Tacit. ibid. in med.* Imper. Trojanus ſtatuit, ne domorum altitudo ſexaginta ſuperaret pedes, ob ruinas faciles & ſumptus, ſi quando talia contingerent, *Sext. Aurel. Vict. in epit. vide Luc. 14. verſ. 28. Novel. 63.* imitandus eſt Druſus. Cùm hic ædificaret domum in Palatio, in eo loco, ubi eſt, quæ quondam Ciceronis fuit, nunc Statilii Siſennæ eſt; promitteretque ei Architectus, ita ſe eam ædificaturum, ut libera à conſpectu, immunis ab omnibus hominibus eſſet, neque quiſquam in eam deſpicere poſſet. Tu verò, inquit, ſi quid in te artis eſt, ita compone domum meam, ut, quicquid agam, ab omnibus perſpici poſſit, *Vellej. Paterc. lib. 2. princ. ferè.* Ornanda eſt enim dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt, *Cic. ibid. n. 139. vide. Matth. Tymp. ſpec. bon. magiſtr. ſign. 5.*

185. **Quartum membrum. Ne quis civem Romanum vinctum aut clauſum teneret, quò minùs & nominis edendi apud conſules poteſtas fieret, ne quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſſideret aut venderet, liberos nepotèsve ejus moraretur,** *Liv. lib. 2. an. ab U.C. 259.*

Cùm eſſent Claudius & P. Servilius Conſules, inſignis erat annus nuncio Tarquinii mortis, qui Cumis mortuus erat. Eo nuncio erecti patres, erecta plebs, ſed patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia: plebi, cui ad eum diem ſumma ope inſervitum erat, injuriæ à primoribus fieri cœpere. *Et paulò inferiùs.* Sed & bellum Volſcum imminebat, & civitas ſecura, ipſa diſcors inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio, maximè propter nexos ob æs alienum. Fremebant, ſe foris pro libertate & imperio dimicantes, domi à civibus captos & oppreſſos eſſe: tutioremq; in bello, quàm in pace, inter hoſtes, quàm inter cives, libertatem plebis eſſe. Ex quibus magno natu quidam ſe in forum projiciebat, & cùm circumfuſa eſſet, propè in concionis modum. Sabino bello, ait, ſe militantem: quia propter populationes agri, non fructu modò caruerit, ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe, id cumulatim uſuris primò ſe agro paterno avitoque exſuiſſe, deinde fortunis aliis, poſtremò velut tabem perveniſſe ad corpus, ductum ſe ab creditore, non in ſervitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe, inde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum. Ad hæc viſa audita-

auditaq;, clamor ingens oritur, non jam foro ſe tumultus continet, ſed
paſſim totam urbem pervadit, nexu vincti ſolutiq; ſe undique in publicum
proripiunt, implorant Quiritum fidem. At verò curia mœſta ac trepida
ancipiti metu & ab cive, & ab hoſte, Servilium conſulem, cui ingenium
magis populare erat, orare, ut tantis circumventum terroribus expediret
Rempubl. Tunc Conſul miſſo Senatu in concionem prodit, ibi curæ eſſe
patribus oſtendit, ut conſulatur plebi. Concioni deinde edicto addit fi-
dem, quo edixit: **Ne quis civem Romanum, &c.** ut ſuperiùs
jam patet. Hoc propoſito edicto, & qui aderant nexi profiteri extemplo 26.
nomina, & undiq; ex tota urbe proripientium, ſe ex privato, cùm reti-
nendi jus creditori non eſſet, concurſus in forum, ut ſacramento dicerent:
fieri. Fuſis Auruncis victor tot intra paucos dies bellis, Romanus pro-
miſſa Conſulis, fidemq; Senatus exſpectabat: Cùm Appius & inſita ſuper-
bia animo, & ut collegæ vanam faceret fidem, quàm aſperrimè poterat,
jus de creditis pecuniis dicere, & deinceps, & qui antè nexi fuerant: cre-
ditoribus tradebantur & nectebantur alii. Quod ubi, cui militi inciderat,
collegam appellabat, concurſus ad Servilium fiebat; illius promiſſa jacta-
bant, illi exprobrabant ſua quiſque belli merita, cicatricesque acceptas: po-
ſtulabant, ut aut referret ad Senatum, aut ut auxilio eſſet conſul civibus
ſuis, imperator militibus. Movebant conſulem hæc, ſed tergiverſari res
cogebat, adeò in alteram cauſam non collega ſolùm præceps ierat, ſed
omnis factio nobilium, ita medium ſe gerendo, nec plebis vitavit odium,
nec apud patres gratiam iniit. Patres mollem conſulem & ambitioſum
rati, plebs fallacem, breviq; apparuit, æquaſſe eum Appii odium. Sæ-
vire inde utique conſulum alter, Patresque. &c.

Quintum membrum. Creatio Dictatoris ſine pro- 27.
vocatione. *Anno ab U.C. 253.* Cùm ſupra belli metum id quoque
acceſſerat, quòd triginta jam conjuràſſe populos, concitante Octavio Ma-
milio ſatis conſtabat. In tantarum exſpectatione rerum ſolicita civitate.
Dictatoris primum creandi mentio orta, ſed nec quo anno, nec quibus
Coſſ. quia ex factione Tarquinia eſſent (id quoq; enim traditur) parùm cre-
ditum ſit: nec, quis primùm Dictator creatus ſit, ſatis conſtat. apud veter-
rimos tamen auctores T. Largium Dictatorem primum, Sp. Caſſium magi-
ſtrum equitum creatos invenio. Conſulares legere, ita lex jubebat de
Dictatore creando lata. Creato Dictatore primùm Romæ, poſtquam

Digitized by Google

præferri ſecuros viderunt, magnus plebem motus inceſſit, ut intentiores eſſent ad dicto parendum. neq; enim ut in conſulibus, qui pari poteſtate eſſent: alterius auxilium, neque provocatio erat: neq; ullum uſquam niſi in cura parendi auxilium. Cùm poſt edictum in membro præcedi traditum, Conſulum alter Appius patresq; ſævirent, plebi creverant animi, & longè aliâ, quàm primò inſtituerant, viâ graſſabantur, deſperato enim conſulum ſenatusq; auxilio, cùm in jus duci debitorem vidiſſent, undiq; convolabant: neque, decretum exaudiri conſulis præ ſtrepitu & clamore poterat: neque cùm decreviſſet, quiſquam obtemperabat, vi agebatur metusq; omnis & periculum libertatis, cùm in conſpectu conſulis ſinguli à pluribus violarentur, in creditores à debitoribus verterant, *ibid. anno ab U. C. 259.* His peractis plebs incerta quales habitura conſules eſſet, cœtus nocturnos pars in Eſquiliis, pars in Aventino faceret. Dimiſſo Senatu conſules in tribunal aſcendunt, citant nominatim juniores; cùm ad nomen nemo reſponderet, circumfuſa multitudo in concionis modum, negare ultra decipi plebem poſſe, nunquam unum militum habituros, ni præſtaretur fides publica, libertatem unicuique priùs reddendam eſſe, quàm arma danda, ut pro patria civibusq;, non pro Dominis pugnent. Appius Claudius & naturâ immitis, & efferatus, hinc plebis odio, illinc patrum laudibus, non miſeriis, ait, ſed licentiâ tantum concitum turbarum: & laſcivire magis plebem, quàm ſævire, id adeò malum ex provocatione natum. Agedum, inquit, Dictatorem, à quo provocatio non eſt, creemus, jam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor, pulſet tum mihi lictorem, qui ſciet jus, de tergo vitaq; ſua penes unum illum eſſe, cujus Majeſtatem violavit. M. Valerium Dictatorem Voleſii filium creant, *Idem lib. 2. anno ab U. C. 260.* Alii T. Largium primum Dictatorem fuiſſe volunt. Hic primus omnium, inquit Dionys. Halicarn. Romæ Monarcha deſignatus eſt, cum plenaria belli ac pacis omniumq; aliarum rerum poteſtate; & Dictator appellatus, ſive à poteſtate imperandi, & edicendi quidlibet, tum aliis æqua & juſta pro ſuo arbitrio præſcribendi, *lib. 5. n. 82.* Ex inſita &

28. quaſi naturali ira in plebem, patres, fœnoris malo exemplo, eam ſupprimere ſtudebant, cùm verò id ægrè fieret, nova pactione, novam quaſi fidem intra ſe, ut Dictatori plebs pareat, ſtabiliverunt, à quo nec provocandi jus eſſet, cui etiam capitis animadverſio data, *l. 2. §. 18. ff. de Orig. Jur.* Diffidentia enim & ſiniſtra hæc intra patres & plebem fides, quæ non ſolùm noviter adeptam libertatem, ſed etiam civitatem & Rempubl. ferè evertiſſent,

Digitized by Google

evertiſſent, ex fœnore primum, Reip. malo maximo ſunt coortæ, quo meliore fortuna pingues infortunatam plebem ære quaſi compedibus illigant, ut, quæ gravioribus curis & laboribus magnis ex ære alieno adquirunt, vix quantum ad vitæ ſuæ ſuſtentationem ſufficiat, ſibi retineant; reliqua verò oppreſſi, fœneratoribus iniquiſſimis advolvere compelluntur. quam fœneratorum inſaniam & Tiberii tempore graviter accuſat Tacitus: interea, inquit, magna vis accuſatorum in eos inrupit, qui pecunias fœnore actitabant, adverſum legem Dictatoris Cæſaris, quæ de modo credendi, poſſidendiq; intra Italiam cavetur: omiſſam olim, quia privato uſui bonum publicum poſtponitur. Sanè vetus urbi fœnebre malum & ſeditionum diſcordiarumq; creberrima cauſa; eoque cohibebatur antiquis quoque & minùs corruptis moribus. Nam primò duodecim tabulis ſanctum, ne quis unciario fœnore amplius exerceret, cùm antea ex libidine locupletium agitaretur, dein rogatione tribunitia ad Semuncias redacta, poſtremò vetita verſura, multisq; plebiſcitis obviam itum fraudibus, quæ toties repreſſæ miras per artes rurſum oriebantur, *annal. 6.* Hujuſmodi enim fœneratores ſunt voraces quaſi corvi in Republ. & quaſi lupi inſatiabiles, quorum ſitis non exſtinguitur, quorum hydrops nullis curatur herbis, aut medicinis, hi viſcera & præcordia civitatis rodunt, & nervos exedunt, ut cancer oſſa. qui leporibus, in certis ſuis proprietatibus & qualitatibus non ſunt diſſimiles. de quibus Plutarch. ita ait: Lepores, ferunt, ſimul eodemq; tempore & parere, & alere, & alios concipere fœtus. At barbarorum iſtorum & verberonum debita pariunt, antequam concipiant; Nam ſimul atque dederunt, repoſcunt, ac ponendo tollunt, & in fœnore collocant, ipſum fœnus. Fertur apud Meſſenios: 29.

Eſt Pylus ante Pylum, Pylus atque alius tamen exſtat.

In fœneratorem autem rectè ſic torſeris:

Fœnus præcedit fœnus, ſupereſt quoque fœnus.

Et rident proinde iſti Phyſicos, qui ex eo, quod non ſit, exſiſtere quicquam poſſe, negant. nam apud ipſos ex eo, quod neque eſt, neque ſubſiſtit, naſcitur fœnus, *lib. de vitando ære alien.* Lepus ſola ex omnibus beſtiis, cùm gravida eſt, etiam impletur, & alium fœtum in utero geſtans pilis veſtitum, alium nudum, alium tantùm non formatum, alium concipit, *Herodot. lib. 3. in Thal.* quod in homine negatur, *l. 30. §. 6. ff. de adquir. vel amitt. heredit.* meritò hi fœneratores, ut inter vivos ſint maledicti, ut inter vivos ad communionem altaris non admittantur, ita inter mortuos jaceant

ceant inſepulti, *cap. 3. ſup. de uſur. Specul. Marant. part. 6. Et perveniſtur aliquando n. 111.* Nam ſuper omnes mercatores plus maledictus eſt uſurarius. Ipſe namque rem datam à Deo vendit, non comparatam, ut mercator, & poſt fœnus rem ſuam repetit, tollens aliena cum ſuis, *cap. ejiciens. 11. diſt. 88.* Rempubl. gerentibus fœnerare pecuniam publicam ſub uſuris quidem licet, ſed eas ſolas præſtari Reip. oportet, quæ ſecundùm formam ab his exigi ſolent, *l. 11. ff. de uſur. & fructib.* Et ita proſpicere Reipubl. ſecuritati debet præſes provinciæ, dummodo non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum, nam inter inſolentiam incurioſam & diligentiam non ambitioſam, multum intereſt, *l. 33. ff. eod.* quæ ſint exemplum & moderamen omnium uſurariorum & fœneratorum.

30. Sextum membrum. Ut Plebi ſui Magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio adverſus Conſules eſſet: neve cui patrum capere eum Magiſtratum liceret, *Liv. lib. 2. anno ab U. C. 260.* Vix ſedata plebs Romana viciſſim Sicinio quodam authore injuſſu conſulum in ſacrum montem ſeceſſit trans Anienem amnem, tria ab urbe millia paſſuum, ibi ſine ullo duce, vallo foſſaq; communitis caſtris, quieti rem nullam, niſi neceſſariam ad victum ſumendo per aliquot dies neque laceſſiti, neque laceſſentes ſeſe tenuere, pavor ingens in urbe: metuq; mutuo ſuſpenſa erant omnia, quod futurum, ſi quod externum bellum exſiſtat: nullam profectò niſi in concordia civium ſpem, relinquam ducere, eam per æqua, per iniqua reconciliandam civitati eſſe. Sic placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam facundum virum: & quòd inde oriundus erat; plebi charum, is intermiſſus in caſtra, priſco illo dicendi & horrido modo, nihil aliud, quam hoc narraſſe fertur. Tempore, quo in homine non ut nunc, omnia in unum conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quæri, ventrem in medio quietum, nihil aliud, quàm datis voluptatibus frui: conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum: nec dentes conficerent, hac ita dum ventrem domare vellent, ipſa una membra, totumq; corpus ad extremam tabem veniſſe, inde apparuiſſe, ventris quoq; haud ſegne miniſterium eſſe: nec magis ali, quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemuſq;

múſq; diviſum pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem. Comparando hinc, quàm inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis, in patres flexiſſe mentes hominum. Agi deinde de concordia cœptum, conceſſúmq; in conditiones, ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio adverſus conſules eſſet; neve cui patrum capere Magiſtratum liceret. Odium, ira & diſcordia inter patres & plebem facere, ut hoc magiſtratu plebejo egerent, quem è patribus nemini capere licebat, nam ſi illis vices illic competiiſſent, neminem in poſterum ex plebe, quemlibet ex patribus creaſſent, omniáq; imperia in plebem exercuiſſent. Nam populi imperium juxta libertatem, paucorum dominatio regiæ libidini propior eſt, *Tacit. annal. 6. juxta fin.* hoc itaque magiſtratu conſtituto, iterum fides integra reſtaurata eſt.

Septimum membrum. Placet creari Decemviros ſine provocatione, & ne quis eo anno alius Magiſtratus eſſet. 31. De ira patrum in plebem, de odio plebis in patres, (ut ſunt procacia urbanæ plebis ingenia petulantibus jurgiis, *Tacit. hiſt. 3.*) de diſcordia utriusq; partis ſatis ſuperque. Hoc addendum: Diſcordiá inteſtiná diſſolvi rem Romanam poſſe, principesq; in omnium Hetruriæ populorum conſiliis fremebant: æternas opes eſſe Romanas, niſi inter ſemetipſos ſeditionibus ſæviant, id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia eſſent, *Liv. lib. 2. anno ab U.C. 274.* Et Q. Conſul: Diſcordia ordinum eſt venenum urbis hujus, patrum ac plebis certamina, dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis eſt modus, dum tædet vos patriciorum, nos plebejorum magiſtratuum, ſuſtulere illi animos. Prô Deûm fidem, quid vobis vultis? tribunos plebis concupiſtis. Concordiæ causâ conceſſimus. Decemviros deſideraſtis, creari paſſi ſumus. Decemvirorum vos pertæſum eſt, coëgimus abire Magiſtratu, manente in eosdem privatos ira veſtra, moti atque exſulare nobiliſſimos viros honoratiſſimóſq; paſſi ſumus, tribunos plebis creare iterum voluiſtis, creaſtis, conſules facere veſtrarum partium, etſi patribus videbamus iniquum, patricium quoque magiſtratum plebi donum fieri vidimus, auxilium tribunitium, provocationem ad populum, ſcita plebis injuncta patribus ſub titulo æquandarum legum noſtra jura oppreſſa tulimus & ferimus. Qui finis erit diſcordiarum? ecquando unam urbem habere, ecquando communem hanc eſſe patriam licebit, *Idem lib. 3. anno ab U.C. 309.*

31. quo ſtudio ad ſupprimendam plebem patres dudum flagrârant, eo conatu Decemviratum conſtituerunt, admiſcerentúrne plebei, controverſia aliquandiu fuit, poſtremò conceſſum patribus, modò ne lex Acilia de Aventino, aliæq; ſacratæ leges (à monte ſacro ita dictæ, quæ provocationem continebant) abrogarentur. Ita pergit Livius: Anno trecenteſimo altero, quàm Roma condita erat, iterum mutatur forma civitatis ab Conſulibus ad Decemviros, quemadmodum ab regibus ante ad Conſules venerat, tranſlato imperio. Minùs inſignis, quia non diuturna mutatio fuit, læta enim principia Magiſtratus ejus nimis luxuriavere, eò citiùs lapſa res eſt. Repetitumq; duobus uti mandaretur conſulum nomen imperiumq;. Nam cùm App. Claudium virginis plebejæ ſtuprandæ libido cepit, cui pater Verginius erat, deſponſata L. Julio Tribuno viro acri, Appius amore ardens pretio ac ſpe pellicere adortus, poſtquam omnia pudore ſepta animadverterat, ad crudelem ſuperbamq; vim animum convertit; & eò inſolentiæ elatus eſt, ut ingenuam virginem ſtupro deſtinaret, oblitus eſt Lucretiæ & Regum, & juris, quod ipſe compoſuerat. Itaq; cùm oppreſſam judicio filiam, trahi in ſervitutem videret Verginius pater: nihil cunctatus, in medio foro manu ſua interfecit. Tum crudelitate admiſſa, undiq; vociferabantur, aut plebs non eſt habenda, aut habendi ſunt tribuni plebis. Nos citiùs caruerimus patriciis Magiſtratibus, quàm illi plebeis. Tum Valerius Horatiúsq; miſſi ad plebem conditionibus, quibus videretur revocandam, componendasq; res, quærentibus legatis, quæ poſtulata plebis eſſent: Compoſito jam ante adventum Legatorum conſilio, ea poſtulavit, ut appareret, in æquitate rerum plus, quàm in armis reponi ſpei, Tribunitiam enim poteſtatem provocationemq; repetebant, quæ ante Decemviros creatos auxilia plebis fuerant. Factum Senatus Conſultum, ut Decemviri ſe primo quoque tempore Magiſtratu abdicarent. Q. Furius Pontifex Maxim. tribunos plebis crearet: & ne cui fraudi eſſet ſeceſſio militum plebiſq;.

33. Hic Senatus Conſultis perfectis, dimiſſo Senatu Decemviri prodeunt in concionem, abdicantq; ſe Magiſtratu, ingenti hominum lætitia. Tribunatu inito L. Julius extemplo plebem rogavit, & plebs ſcivit: nec cui fraudi eſſet ſeceſſio ab decemviris facta, confeſtim de conſulibus creandis cum provocatione M. Duellius rogationem pertulit omnium primùm, cùm veluti in controverſo jure eſſet, tenerentúrne patres plebiſcitis: legem centuriatis comitiis tulere: **Ut, quod tributim plebes juſſiſſet, populum teneret.** Aliam deinde Conſularem legem de provocatio-

provocatione unicum præſidium libertatis; decemvirali poteſtate everſam non reſtituunt modò, ſed etiam in poſterum muniunt: ſanciendo novam legem: ne quis ullum magiſtratum ſine provocatione crearet: qui creaſſet, eum jus fásq; eſſe occidi: neve ea cœdes capitalis noxæ haberetur: & cum religione inviolatos eos tam lege etiam fecerunt ſancienda, ut, qui Tribunis plebis, ædilibus judicibus, Decemviris nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet, *Liv. lib. 3. anno ab U. C. 302. 303. 4. 5. 6. Flor. lib. 1. cap. 24. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 10. n. 36. & ſeq. l. 2. §. 24. ff. de Orig. Jur.* Decem Regum ſpecies erat, *Ibidem Liv. ab U. C. 304.* Erat hæc Decemviralis poteſtas inter flagitia Dominationis Ariſtocraticæ, non minimum, quo pauci primorum plebi adquiſitam libertatem eripere & vim ſuæ dominationis in eandem exercere conabantur.

Octavum membrum. Interrex creatus. Patricii, 34. cùm ſine curuli Magiſtratu Reſpub. eſſet, coire & interregem creavere. Contentio, Conſules ne, an tribuni militum crearentur, in interregno rem dies complures tenuit. Interrex ac Senatus, conſulum comitia, tribuni plebis & plebs tribunorum militum ut habeantur, tendunt. Vicerunt patres, quia & plebs patriciis ſeu hunc ſeu illum delatura honorem, fruſtra certare ſuperſedit: & principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio ſui, quàm quibus ut indigni præterirentur, tribuni quoque plebis certamen ſine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. T. Quintius Barbatus interrex Conſules creat. L. Papirium Mugilanum, L. Sempronium Atratinum, *Liv. lib. 4. anno ab U. C. 311.*

Nonum membrum. C. Licinius & L. Sextius pro- 35. mulgavere leges adverſus opes patriciorum, & pro commodis plebis. Unam de ære alieno, ut deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id, quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolveretur: Alteram de modo agrorum, ne quis plus quinquaginta jugera

jugera agri poſſideret: Tertiam, ne Tribunorum militum comitia fierent. Conſulúmq; alter ex plebe crearetur, *Liv. lib. 6. anno ab U. C. 379. & ſeq.* Conſulatum ſupereſſe plebeis clamabant, eam eſſe arcem libertatis; id columen: ſi eò perventum ſit, tum populum Romanum verè exactos ex urbe Reges, & ſtabilem libertatem, magna ipſis fruenda, majora liberis relinquenda, *Idem anno ab U. C. 385.* De qua Regiminis mixtura ita diſſerit Dionyſ. Halicarn. Vix aliud eſt utilius ad ſalutem hujus Reipubl. tuendamq́; libertatem ejus & potentiam atque concordiam conſervandam, quàm aſſumi plebem ad publica negotia; & adminiſtrationem rerum ita temperari, ut nec penes paucos quoſdam optimates, nec penes ſolam plebem ſit imperium, ſed mixtum ex his inſtruatur regimen, id verò nobis ſummè proderit, *lib. 7. n. 51.* Nimiæ libertati ſine fine inhiare ſtudebat plebs Romana. Sed falſò libertatis vocabulum obtenditur ab iis, qui privatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei, niſi per diſcordias habent, *Tacit. annal. 11. in med.* de qua conqueritur Livius: Ea demum Romæ libertas eſt, non Senatum, non magiſtratus, non leges, non mores majorum, non inſtituta patrum, non diſciplinam vereri militiæ, *lib. 5. anno ab U. C. 352.* De Parthis, inquit Tacit. *annal. 2. princ.* Incerti ſolutíq; & magis ſine domino, quàm in libertate. quod & de Romana plebe dicebatur. Nimia enim libertas, libertas non eſt, ſed ſoluta quædam & diffluens licentia, *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 3. cap. 2.* Neq; enim fieri poteſt, ut in eo Reipubl. ſtatu, ubi penes populum eſt imperium, ſi is ad ſummum faſtigium, ac tantam, quanta fuit tum Romanorum, potentiam erectus fuerit, animis ſuis cives moderari queant, *Dio Caſſ. lib. 47. juxta fin.* Et Plato, libertatis extremæ licentiam, extremæ ſervitutis principium eſſe ait, *lib. 8. de Rep.* quod ægrè poſtea experti ſunt Romani. Et hodie gens quædam experitur. Saluberrimum fruendæ libertatis conſilium affert T. Quintius, quando ait: Reliquas civitates moneo, ut ex factis, non ex dictis amicos penſent, intelligántq;, quibus credendum & à quibus cavendum ſit: libertate modicè utantur, temperatam eam ſalubrem & ſingulis, & civitatibus eſſe nimiam & aliis gravem, & ipſis, qui habeant effrenatam & præcipitem eſſe, concordiæ in civitatibus principes & ordines inter ſe, ſi in commune omnes civitates conſulerent adverſus conſentientes, nec regem quenquam ſatis validum, nec tyrannum fore, diſcordiam & ſeditionem omnia opportuna

inſidian

inſidiantibus facere; cùm pars, quæ domeſtico certamine inferior ſit, externo potiùs ſe applicet, quàm civi cedat; alienis armis partam, externa fide redditam libertatem, ſuâ curâ cuſtodirent, ſervarentq;: ut populus Romanus dignis datam libertatem, ac munus ſuum bene poſitum ſciret, *Liv. lib. 34. anno ab U.C. 560.* Quemadmodum plebs ad ſibi non conceſſa, 36.
ad officia nimirum publica, honores, magiſtratus & alia, ultra mentis captum, non animum erigant, ita & magiſtratus, optimates & principes eis libertatem adquiſitam non effringant, neq; eripiant, minùs ſpecioſa cujusquam neceſſitatis, indigentiæ vel alterius rei cauſa ſeu titulo delibent; ſed uti libertate modicè fruantur, ita optimates & his ſuperiores, populum libertate modicè uti frui patiantur, ut antiquam recipientes habeant libertatem, quemadmodum gratioſiſſimè tradit, Juſtinian. *in Novell. 1. princ.* Quomodo ſalutariter civitas aliqua libertate modicè & optimè uti frui poſſet, de Macedonibus atque Illyriis Senatus decreto conſilium nobis communicatur. Commune concilium gentis eſſe, ne improbum vulgus à Senatu aliquando libertatem ſalubri moderationi datam ad licentiam peſtilentem traheret, *Liv. lib. 45.* Ita ex plebis modica libertatis fruitione & magiſtratus ſalubri moderatione, ut ſecurior libertas, ita tutior pax eſt. Reliquas minùs inſignes pactiones & Reipubl. mutationes cùm alterum ex plebe conſulem (connubio inter patres & plebem pacto) fieri licere affectarent, quemadmodum Livius teſtatur, quando ait: Per hæc conſilia eò deducta res eſt, ut tribunos militum conſulari poteſtate promiſcuè ex patribus ac plebe creari ſinerent, de Conſulibus creandis nihil mutaretur, eóq; contenti tribuni, contenta plebs fuit, *&c. lib. 4. princ. anno ab U. C. 310.* & alias usque ad illam Divi Julii Cæſaris & Auguſti monarchiam tranſeo, quæ paſſim in Livio & apud Flor. *lib. 1. cap. ult. & penult.* legi patent.

CAPUT NONUM.

IN capite quarto de Subditorum ſpeciebus eſt dictum, hoc, de eorum obſequio, fide, honore & obſervantia in ſuũ magiſtratum & præſtatione tributi.

1\. Subditorum multitudo, quæ potiſſimùm ex plebe eſt, inimica & plurimùm infenſa ſuis magiſtratibus eſſe ſolet, ſalutaria præcepta audire contemnit, juſſa legitima deſpicit, facta ſua debita detrectat, obedientiam negat, iram & indignationem fovet, licentia graviùs tum erumpit, dum probra in Magiſtratus prohibent, *Tacit. annal. 1. in fine.* Solo, exclamavit olim, æquandæ ſunt Dictaturæ conſulatúsq; ut caput attollere Romana plebs poſſit, *Liv. lib. 6. anno ab U. C. 371.* Mos eſt vulgò, mutabili ſubitis & tam prono in miſericordiam, quàm immodicum ſævitia eſſe, *Tacit. hiſt. 1.* Eſt vulgus ſine rectore præceps, pavidus, ſocors, *Idem hiſt 4.* Vulgus fingendi avidum, *Idem hiſt. 2. princ.* Vulgus vacuum curis, & ſine falſi veríq; diſcrimine adulationes edoctum, clamore & vocibus adſtrepit, *Ibid. ad fin.* Vulgus, ut mos eſt, cujusque motus novi cupidum, *Idem hiſt. 1. ad fin.* Vulgo minor ſapientia & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula ſunt, *Idem annal. 14. ad fin.* Novarum rerum cupiens, pavidúsq; *Idem annal. 15.* Johannes XXIII. Pontifex Roman. interrogatus aliquando, quid foret à veritate remotius, reſpondit: Vulgi ſententia. Quicquid enim laudat, inquit, vituperio dignum eſt: quicquid cogitat, vanum: quicquid loquitur falſum: quod improbat, bonum; quod approbat, malum eſt: & quicquid extollit, infame, *Philipp. Camerar. hor. ſubciſ. cent. 1. cap. 40.* Ideò neque mala vel bona, quæ vulgus putat, *Tacit. annal. 6.* Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia: ſemperque ſapientes ea, quæ populus feciſſet, ferenda, non ſemper laudanda duxerunt, *Cic. pro Cn. Planc. n. 9.* Mores & naturam plebis trina illa ſeceſſio ſatis denotat; de duabus, quoniam jam dictum, de tertia, quæ in Janiculum facta, hæc erunt pauca. Plebs propter æs alienum, poſt graves ac longas ſeditiones, ad ultimum ſeceſſit in Janiculum, unde à Quinto Hortenſio Dictatore, deducta eſt, *Liv. lib. 11. epit.* à quo lex Hortenſia, ut Plebiſcita non minùs, quàm leges valeant, lata eſt, *§. 4. Inſt. de J. N. G. & C. Aul. Gell. lib. 15. cap. 27. Plin. lib. 6. cap. 10. Roſin. antiqu. Roman. lib. 8. cap. 7. lit. E. Schonborn. polit. 5. cap. 3.* Nulla magna civitas diu quieſcere poteſt, ſi foris hoſtem non habet, domi invenit: ut prævalida corpora ab externis cauſis tuta videntur, ſed ſuis ipſa viribus onerantur, *Liv. lib. 30. in fine.* Omnis verò anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non

2 eſt enim poteſtas, niſi à Deo, itaque, qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, *Paul. ad Rom. 13. princ. & verſ. 2.* Sum homo & magiſtratui ſubditus, dixit Centurio, *Math. 8. v. 11.* Nefas eſt tendere adverſus authoritatem

tatem Senatus, *Liv. lib. 5. anno ab U. C. 355.* Non opus eſt eo cive Reip. qui parere neſciret, inquit Curius, *Valer. Max. lib. 6. cap. 3. n. 4.* Theopompus Lacedæmoniorum Rex dicenti, Spartam ſervari regum imperandi peritiâ, reſpondit: magis ideo hoc fieri, quòd cives imperio eſſent obſequentes, *Plutarh. rei gerend. precept. n. 52.* Nam pereunte obſequio etiam imperium intercidit, *Tacit. hiſt. 1.* parendo potiùs, quàm imperia ducum ſciſcitando res militares continentur, *Ibid.* Tam eleganter, quàm compoſitè obſequendi rationem tradit idem Tacit. quando ait: Sentit invidiam miles, & compoſitus in obſequium, *hiſt. 1. ad fin.* Nulla igitur melior, neque tutior principi poteſt eſſe cuſtodia, quàm vera & conſtans ſubditorum benevolentia, *Plutarch. in Arato. n. 33.* De Dracone fabula ſignificat, caudam in diſſenſione quadam à capite poſtulaſſe, ut non ſemper ſequi cogeretur, ſed alternis ipſa quoq; præiret, ſortitamq; ducendi munus, & ipſam malè afflictam fuiſſe, utpote cùm ambularet improvidè, & caput contra naturam coactum cæcis ſurdisq; partibus obſequi, graviſſimè offendiſſe, id videmus multis eorum, qui in gratiam populi omnia in Republ. agunt, obtigiſſe: quippe cùm ſe multitudini temerariis impetibus citatæ abripiendos dediſſent, neque corrigere poſtea, neque inhibere confuſionem illam valuerunt, *Plutarch. in Agid. n. 2.*

Honor Magiſtratui debitus in his membris conſiſtit: in reverentia, tam interna, quàm externa: in amore: in obedientia: in gratitudine & æquitate. 3.

Diis non detrahes, nec populi tui principi maledices, *Exod. 22. v. 28.* Orate pro omni magiſtratu, *1. Timoth. 2. vers. 2.* Obediendum eſt Dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam duris & ſeveris, *1. Pet. 2. v. 18.* Ita in honore & exiſtimatione habeatur Magiſtratus, ut nec humili adverſus eum, qui dignitate excellit: puta plebejo adverſus conſularem receptæ autoritatis, famoſa actio debeat dari, ſed in factum verbis temperanda actio eſt danda, ut bonæ fidei mentio fiat, *l. 11. §. 1. ff. de dolo malo.* Titus Veſpaſianus è Judæa, incolumi adhuc Galba miſſus à patre, cauſam profectionis officium erga principem, *Tacit. hiſt. 2. princ.* de qua profectionis cauſa ipſe author *hiſt. 1. non procul. init.* commemorat: Nec Veſpaſiano adverſus Galbam votum, aut animus. Quippe T. Filium ad venerationem cultumq; ejus miſerat. M. Terentius Eques Romanus inter alia apud Senatum Tiberio dixit. Tibi ſummum rerum judicium Dii dedere: nobis

Digitized by Google

obſequii gloria relicta eſt, *Tacit. annal. 6. princ.* Non oportet maledici Senatoribus, remaledici civile faſq; eſt, *Sueton. in Veſpaſ. n. 9. in fine.* Nec ſolùm, ut obtemperent, obediantq; Magiſtratibus, ſed etiam ut eos colant, diligantq;, præſcribimus, *Cic. de legib. 3. n. 9.* Vitellius monet Tiridatem primoresq; hunc Phrahatis avi & altoris Cæſaris, quæ utrobiq; pulchrè, meminerint: illos obſequium in Regem, reverentiam in nos, decus quisque ſuum & fidem retinerent, *Tacit. ibid.* Quæ omnia nobis etiam in noſtro Principe Juventutis Brandenburgico celſiſſimo ſecundùm verba Taciti ſunt obſervanda, quando ait: Tantò magis fovendus patribus populoq; princeps, qui unus ſupereſt è familia ſummum ad faſtigium genita, *annal. 13. init. ferè plura & explicatiora vide cap. 13. n. 15.* Cùm maximè principibus proſperis & alii fruantur, adverſa ad junctiſſimos pertineant, *Idem hiſt. 4.* Tandem in æquitate viventes, nec inferendo, nec patiendo injuriam: Legati Romanorum ad plebem. Scuto vobis magis, quàm gladio opus eſt, ſatis ſuperq; humilis eſt, qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo, *Liv. lib. 3. anno ab U. C. 305.* Subditorum fides ſtabile & æternum facit imperium, *Curt. lib. 8.*

4 In cauſa tributorum nervos eſſe Reipubl., nemini dubium eſt, *l. 1. §. 20. ff. de quæſtionib.* Nam neque quies gentium ſine armis: neq; arma ſine ſtipendiis: neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt, *Tacit. hiſt. 4. juxta fin.* Nihil æq; fatigabant; quàm pecuniarum conquiſitio: eos belli civilis nervos dictitabat Mucianus, *Idem hiſt. 2. juxta fin.* Una hæc res, inquit Juſtinian. potentiæ noſtræ ſtudio eſt, ut tributa publica ſine querela inferantur. Neque enim aliter conſervare licet Rempubl. niſi pientiſſimæ præſtationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, ut reſiſtatur hoſtibus, & per agros ac urbes agantur excubiæ, perfruuntur item reliqui ordines attributis ſibi ſalariis, reparantur quoq; muri & urbes, deniq; omnia alia proveniunt, quæ communem ſubditorum utilitatem concernunt, *Novell. 161. in fine. Novell. 149. cap. 2.* Remp. pecuniarum vis ſtabilit, *Novell. Leon. 52.* Centeſimam rerum venalium poſt bella civilia inſtitutam deprecante populo edixit Tiberius: militare ærarium eo ſubſidio niti, *Tacit. annal. 1. in fine.* Cùm aliquando crebris populi flagitationibus immodeſtia publicanorum argueretur, dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omitti juberet, idq; pulcherrimum donum generi mortalium daret. Impetum ejus, multum priùs lau-

data

Digitized by Google

data magnitudine animi attinuere Senatores, diſſolutionem imperii docendo, ſi fructus, quibus Resp. ſuſtineretur, deminuerentur: quippe ſublatis portoriis ſequens ut tributorum abolitio expoſtularetur, pleroſq; vectigalium ſocietates, à conſulibus & tribunis plebis conſtitutas; acri etiam populi Romani cum libertate, *Idem annal. 13. in fine.* Vitellius econtra nihil è ſolito luxu remittens Latium externis dilargiri: his tributa dimittere, alios immunitatibus juvare, deniq; nulla impoſterum cura lacerare imperium, *Idem hiſt. 3.* Prudentiſſimi etiam principum ſuos libros rationales, in quibus omnes ſuos proventus & reditus, ſimul impenſas referant, habeant ordinatos, ne plus, quàm ferendo ſit Resp., erogent, ut *Tacit. d. l. annal. 13. in fine* monet: Reliqua mox ita proviſa, ut ratio quæſtuum & neceſſitas erogationum inter ſe congruerent; Tiberii exemplo, qui proferri libellum recitariq; juſſit, opes publicæ continebantur, quantum civium, ſociorumq; in armis; quot claſſes, regna, provinciæ, tributa aut vectigalia ac neceſſitates ac largitiones, quæ cuncta ſua manu præſcripſerat Auguſtus, *Idem annal. 1.* Eſt enim ſenatori neceſſarium, noſſe Remp. idq; latè patet; quid habeat militum, quid valeat ærario; quos ſocios Resp. habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſq; ſit lege, conditione, fœdere, teneri conſuetudinem decernendi, noſſe exempla majorum, *Cic. lib. 3. de leg. n. 41.* Ita Salluſtius ad Cæſar. Mihi ſtudium fuit adoleſcentulo Remp. capeſſere; atq; in ea cognoſcenda multam magnamq; curam habui, non ita, ut Magiſtratum modò caperem, quem multi malis artibus adepti erant; ſed etiam, ut Remp. domi militiæq; quantúmq; armis, viris, opulentia poſſet, cognitam haberem, *epiſt. 2. de rep. ord. princ.*

5.

Probantur etiam tributa jure divino, tam MONITO, quàm EXEMPLO.

MONITO. Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo, *Matt. 22. v. 21. & Rom. 13. v. 6. 7.* Ideò enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſervientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. 6.

EXEMPLO. Staterem ſolvit pro ſe & Petro, *Matth. 17. in fine Esdra 7. v. 24.* à præſtatione tribuni ſunt Clerici quidem immunes & exempti. ſed quando Clericus argentarius eſt, quando argentariam facit & exercet, *l. 4. ſ. de Edend.* quando uſurarius, fœnerator, ultimarum voluntatum captator, legatorum extortor, ſtipendiorum pro liberis à filicerniis aut morientibus efflagitator eſt, hic tanquam lupus rapax, *Matth. 7. v. 15.* ab ejusmodi oneribus immunis eſſe non debet.

Probantur etiam jure Canonico: cùm & ipſi Pontifices Imperatori Romano tributa perſolverunt. Sic Papa Urbanus: pro pace & quiete, qua nos tueri & defenſare debent, tributum Imperatoribus ſolvendum eſt, *cauſ. 23. qu. 8. cap. 22. cauſ. 11. quæſt. 1. 28.* quæ tributi præſtatio ſubjectionis probatio & nota eſt certiſſima; *cap. omnis anima ſupr. de cenſib. exact. & provent.*

Differunt Collectæ & Tributa; quód illæ non habeant certam & annuam præſtationem, earúmq; impoſitio non fit ob cauſam ordinariam, ſed extraordinariam, quæ reiterationem non exſpectet. Tributa autem certam ſingulis annis & ordinariam exactionem habent, *Schonborn. polit. 4. cap. 24.*

Tributorum ſub Principibus regulariter fuerunt duo genera:

7. Unum Capitis, quód viritim ratione perſonæ per ſingula capita præſtabantur, *l. 3. ff. de cenſib. l. 10. C. de Agric. & cenſit.* Capitatio dicebatur, *l. 9. C. eod. l. unic. C. de capit. civ. cenſ. exim.* olim verò Cenſus dicebatur, à Servio Tullio primùm inſtitutus. Ab hoc populus Romanus relatus in Cenſum, digeſtus in claſſes, curiis quoq; collegiis diſtributus: ſummaq; regis ſolertia ita eſt ordinata Reſpubl. ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium officiorumq; diſcrimina in tabulas referrentur, ac ſi maxima civitas minimæ domus diligentiâ contineretur, *Flor. lib. 2. cap. 6.* Actus à Servio Cenſus quid effecit, niſi ut ipſa ſe noſceret Reſp. *ibid. cap. 8.* Cenſum inſtituit rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli, paciſq; munia non viritim, ut antè, ſed pro habitu pecuniarum fierent, *Liv. lib. 1. anno ab U. C. 176.*

Alterum erat rei vel ſoli, *l. 3. §. 1. l. 4. §. 2. l. 6. & ſeq. ff. de Cenſib. l. 5. C. de Vectigalib. & commiſſ.* quod dicebatur Jugatio. perſolvebatur enim pro modo jugerum, *d. l. 9. C. de Agric. & Cenſit.* Et in eam civitatem debent levari, in cujus territorio poſſidetur, *d. l. 4. §. 2.* Octavius Auguſtus provincias ſubactas cum populo partitus, quod ſolvebant annuatim populo, tributum appellatum eſt: quod Cæſaris provinciæ inferebant, ſtipen-

Digitized by Google

ſtipendium dictum. Unde diſcrimen inter ſtipendia & tributa, inter prædia ſtipendiaria & tributaria, *l. 13. ff. de Impenſis in res dotal. factis l. 46. §. 5. de Jure Fiſci.* Et ſequuntur poſſeſſionem fundi: ut non perſonis, ſed rebus indici ſoleant, *l. 3. C. de annon. & tribut.* dicuntur etiam Intributiones, *l. 6. in fine ff. de Munerib. & Honorib.*

Crebra magis, quàm gravia & abſq; avaritia exigantur. 8.
Ælius pertinax ajebat: Sanctius eſſe inopem Rempubl. obtinere, quàm ad divitiarum cumulum per diſcriminum atq; dedecorum veſtigia perveniſſe, *Jul. Capitolin. in Pertin. Reuſn. ſymb. Imp. Claſſ. 1. ſymb. 21.* ſæpe quando perſtringitur ærarium, quando ambitione exhauritur, tunc per ſcelera ſupplendum erit, *Tacit. annal. 2.* Illicita miniſteria ad concutiendos homines procedentia prohibeat, deprehenſa coërceat, & ſub ſpecie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat, *l. 6. §. 3. ff. de offic. præſid.* Non turpi colludio quæratur ex miſeris pretium gaudiorum, *l. 1. C. public. vel cenſul. nunc.* Dictum eſt, ſine querela inferantur. Imperetur æquitas animo & ſine querela mortalitatis tributa pendamus, *Senec. epiſt. 107.* Non ut Carthaginenſes, quibus cùm prima collatio pecunæ, diutino bello exhauſtis difficilis videbatur, mœſtitia & fletus audiebatur, *Liv. lib. 30. in fine.* Nec econtra tributa accipientes ridere debent, ut Annibalem ridentem ferunt conſpectum, cujus riſum Asdrubal Hædus increpavit in publico fletu, cùm ipſe lacrymarum cauſa eſſet: ſi quemadmodum oris habitus cernitur, oculis, inquit, ſic & animus intus cerni poſſit, facilè vobis apparet, non læti, ſed propè amentis mali cordis hunc, quem increpatis, riſum eſſe, *Liv. ibid.* Perſonarum æqualitas in exigendis tributis ſervetur, Serv. Tullius: Et ut tributorum in ærarium collationem, quibus pauperes gravati æs alienum facere coguntur, leviùs impoſterum feratis, volo cenſeri bona omnium, & pro ſuo quemq; cenſu conferre, ſicut in magnis & bene inſtitutis civitatibus fieri audio. Juſtum enim exiſtimo & Reipubl. utile, ut, qui multum poſſident, multum conferant; parum verò, qui ſunt in re tenui, *Dionyſ. Halicarn. lib. 4. n. 17.* De Themiſtocle dicitur, quòd is, cùm apud Adrum argentum peteret, propoſuerit: duos ad vos adduco Deos, vim ac ſuaſionem: illi reſponderint, apud ſe magnas quoq; Deas eſſe, inopiam atq; impoſſibilitatem, per quas dare non liceret, quæ peterentur. Si vitari non poſſint, quum vectigal novum exigatur, onerentur barbaræ ac peregrinæ merces, quæ non tam ad vitæ faciunt neceſſitatem, quàm

Digitized by Google

ad luxum ac delicias, & quarum uſus divitum eſt peculiaris, velut aromata, unguenta, gemmæ, atq; id genus alia; nam hinc incommodum ſentient tantùm, quorum fortunæ id ferre poſſint, nec ob hanc jacturam ad inopiam redigentur, ſed fortaſſe redduntur frugaliores, ut pecuniæ jactura
9. morum bono ſarciatur. Ne provinciæ novis oneribus turbarentur, atq; vetera ſine avaritia aut credulitate magiſtratuum tolerarent, providebat Cæſar Tiberius, corporum verbera, ademptiones bonorum aberant, *Tacit. annal. 4. princ.*. quòd nova vectigalia inſtitui non debeant, patet ex rubr. tituli. *C. vectigal. nov. inſtitui non poſſe.* De Britannis refert idem Tacit. *in Jul. Agr. vita.* Ipſi Britanni dilectum ac tributa & injuncta imperii munera impigrè obeunt, ſi injuriæ abſint; has ægrè rolerant, jam domiti ut pareant, non dum ut ſerviant. Acerbiſſimè, inquit Jul. Cæſar, imperatæ pecuniæ tota provincia exigebantur. Multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur. In capita ſingula ſervorum ac liberorum tributum imponebatur, columnaria, oſtiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Cujuſmodi rei nomen reperiri poterat, hoc ſatis eſſe ad cogendas pecunias videbatur, *lib. 3. de bello civili.* Et hodie ejuſmodi nomina excogitantur: unde nummus dicitur Cerealis, carnarius, vinarius, pannarius, cereviſiarius, feneſtrarius, focarius. Acciſæ nummus ita dictus, *&c.* Nullum vitium tetrius eſt avaritiâ, præſertim in principibus & gubernatoribus, *Cic. offic. 2. n. 77.* Mens enim avari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat, gratius aurum intuetur, quàm ſolem, ipſa ejus oratio & ſupplicatio ad Dominum, aurum quærit, *diſt. 47. cap. 8.* Nullum eſt officium tam ſanctum atq; ſolenne, quod non avaritia comminuere atq; violare ſoleat, *Cic. pro P. Quinct. n. 26.* Facilè immoderata exactione, quieta aliàs moveri ſolent. Friſii transrhenanus populus pacem exſuere; noſtri magis avaritiæ, quàm obſequii impatientes, Tributum iis Druſus juſſerat, modicum pro anguſtia rerum, ut in uſus militares, coria boum penderent, non intenta cujusquam cura, quæ firmitudo, quæ menſura, donec Olennius è primipilaribus, regendis Friſiis impoſitus terga urorum dilegit; quorum ad formam acciperentur. Id aliis quoq; nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur, quîs ingentium belluarum feraces ſaltus, modica domi armenta ſunt, ac primò boves ipſos, mox apros, poſtremò corpora conjugum aut liberorum ſervitio tradebant. Hinc iræ, & queſtus; & poſtquam non ſubveniebant, remedium ex bello,

rapti

rapti qui tributo aderant milites & patibulo adfixi, *Tacit. annal. 4. in fine.* & *annal. 13.* Damnatus iisdem Conſulibus Vipſanius Lenas, ob Sardiniam provinciam avarè habitam, Romæ aliquando ſcripto exercitu, de remigum ſupplemento agi cœptum, in quam rem, cùm neq; hominum ſatis, nec ex qua pararentur, ſtipendiumq; acciperent, pecuniæ quicquam ea tempeſtate in publico eſſet: edixerunt Conſules, ut privati ex cenſu ordinibusque, ſicut antea remiges, darent cum ſtipendio cibariisq; dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus hominum tantaq; indignatio fuit, ut magis dux, quàm materia ſeditioni deeſſet. Secundùm Siculos Campanosq; plebem Romanam perdendam, lacerandamq; ſibi conſules ſumſiſſe, per tot annos tributo exhauſtos, nil reliqui præter terram nudam ac vaſtam habere, tecta hoſtes incendiſſe, ſervos agri cultores prætores abduxiſſe: nunc ad militiam parvo ære emendo, nunc remiges imperando, ſi quid cui argenti æríſve fuerit: ſtipendio remigum & tributis annuis ablatum. Se, ut dent, quod non habent, nulla vi, nullo imperio cogi poſſe, bona ſua venderent, in corpora, quæ reliqua eſſent, ſævirent, ne, unde redimantur, quidem quicquam ſupereſſe. Hæc non in occulto, ſed propalam in foro atque oculis ipſorum conſulum ingens turba circumfuſi fremebant: nec eos ſedare conſules nunc caſtigando, nunc conſolando poterant, *Liv. lib. 26.* Multis afflicta fides in pace, ac turbatis rebus alacres, & per incerta tutiſſimi, ſed vulgus & magnitudine nimia communium curarum expers populus ſentire paulatim belli mala, converſà in militum uſum omni pecuniâ, intentis alimentorum pretiis, *Tacit. hiſt. 1. in fine.* Gallicarum civitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptaverant aliquando, cujus exſtimulator acerrimus inter Treviros Julius Florus, apud Æduos Julius Sacrovir, ii ſecretis conloquiis, ferociſſimo quoque adſumpto, aut quibus ob egeſtatem ac metum ex flagitiis, maxima peccandi neceſſitudo, componunt. Florus Belgus, Sacrovir propiores Gallos concire, igitur per conciliabula & cœtus ſeditioſa diſſerebant de continuatione tributorum gravitate fœnoris, ſævitia ac ſuperbia præſidentium, *Idem annal. 3.* Metalli quoq; Macedonici, quod ingens vectigal erat, locationemq; prædiorum ruſticorum tolli placebat, nam neq; ſine publicano exerceri poſſe: & ubi publicanus eſt, ibi aut jus publicum vanum, aut libertatem ſociis nullam eſſe. Ne ipſos quidem Macedonas idem exercere poſſe: & ubi in medio præda adminiſtrantibus eſſet, ibi nunquam cauſas ſeditionum & certaminis defore, *Liv. lib. 45.* Bato, qui concitatis ad rebellionem

nem Dalmatis multum incommodi Romanis exhibuerat, tandem ad colloquium de pace cum Tiberio congreſſus, poſtridie cùm in tribunali ſedentem acceſſiſſet; percontatus eſt Tiberius, quid ita deficere, ac tantum temporis rebellare Romanis ſtatuiſſent? Vos, reſpondit Bato, in culpa eſtis ipſi, qui ad veſtros greges cuſtodiendos non canes paſtoresve, ſed lupos mittitis, *Dio Caſſ. bis lib. 55. & 56.* Hanc illos Regibus Romanis omnibus legem odiorum dixiſſe, ſcilicet quia ipſi tales reges habuerint, quorum etiam nominibus erubeſcant, aut paſtores Aborigenum, aut Aruſpices Sabinorum, aut exſules Corinthiorum, aut ſervos vernasq; Thuſcorum, aut, quod honoratiſſimum nomen fuit inter hæc, ſuperbos: atque, ut ipſi ferunt, conditores ſuos, lupæ uberibus altos, ſic omnem illorum populum luporum animos, inexplebilis ſanguinis atq; imperii divitiarumq; avidos ac jejunos habere. *Et paulò inferius:* Adeò illis odium Romanorum incuſſit rapacitas proconſulum, ſectio publicanorum, calumniæ litium, *Juſtin. lib. 38. in me.* per exactionem nimiam graviter in ſubditos, ſævientem principem ſuis angariis & parangariis privari & ſubditos ejus poteſtate eximi poſſe, ſtatuit Regner. Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 6. n. 30.*

11. Non ſint ſordida. Indignum eſt, lucrum ex omni occaſione odorari, *Ammian. Marcell. lib. 22.* Veſpaſianus habendi cupidine flagrans, etiam urinæ vectigal commentus eſt: Reprehendenti filio Tito, pecuniam ex prima penſione admovit ad nares, ſciſcitans, num odore offenderetur; & illo negante, atqui, inquit, è lotio eſt, *Sueton. in Veſpaſ. n. 23.* Talis Alexandro M. Conſiliarius fuit Parmenio, cùm Darii conjugem cum liberis captivos haberet, ut unam anum & duas puellas XXX M. talentûm permutaret, ſuaſit. Cui Alexander: Et ego, inquit, pecuniam, quàm gloriam mallem, ſi Parmenio eſſem. Nunc Alexander de paupertate ſum ſecurus, & me non mercatorem memini, ſed Regem, *Q. Curt. lib. 4.* In magno enim duce non quodlibet lucrum eſt probandum, *Idem Ammian. Marcellin. lib. 30. l. 1. ff. de Interdict. & Relegat.* Vectigalia nova atque inaudita, primùm per publicanos, deinde quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosq; prætorianos exercuit Caligula: nullo rerum aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret. Pro eduliis, quæ tota urbe venirent, certum ſtatúmq; exigebantur. Pro litibus atque judiciis, ubicunq; conceptis, quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur: nec ſine pœna, ſi quis compoſuiſſe vel donaſſe negotium convinceretur. Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octava, ex capturis proſtitutarum quantum

tum

tum quæq; uno concubitu mereret, *&c. Sueton. in Caligul. n. 40. Et n. 41. ibid.* Hujuſmodi vectigalibus indictis neq; propoſitis, cùm per ignorantiam ſcripturæ multa commiſſa fierent, tandem flagitante populo Romano propoſuit quidem legem: ſed & minutiſſimis literis & anguſtiſſimo loco: ut ne cui deſcribere liceret. *&c.*

Adſit modus & mediocritas. Qui fortiter premit hubera 12. ad eliciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit, elicit ſanguinem, *Proverb. Salom. 30. in fine.* Qui totum lac ex uberibus ovium emulſerit, agnos fraudans cibo, prædo eſt, non paſtor, *Pompon. Let. in Marc. Flav. Valer. Conſtant. M.* Ideo malè ſibi conſulunt Principes, quorum ſententia eſt: ne cives & ſubditi capita attollant, ne laſciviant, ne luxurientur, nec mandatis reſiſtant, ſed juſſis & præceptis pro nutu & voluntate emanatis obtemperent, quò ſubmiſſiores & obſequentiores reddantur; ut depauperentur, deplumentur, & ita variis modis defatigentur. Malè, inquam, ſibi conſulunt Principes: his enim artibus dum civem & ſubditum variis contributionibus iisq; intolerabilibus depauperant, ſemet-ipſos extenuant, dum eos hoſpitationibus militaribus deplumant, ſe ipſos depilant, dum eos angariis defatigant, ſeſe enervant; viribus enim ſubditorum exhauſtis, facultatibus attritis, divitiis abſorptis, opibus, in quibus plurimum animus, ſublatis, ipſorum Principum vires, facultates, divitiæ & opes exhauriuntur, atteruntur, abſorbentur & tolluntur, ita, ut parum ab ſuis ſubditis diſtent, quò non facilè vice verſa ab alio Principe multum in animis, facultatibus & divitiis ſuorum ſubditorum dilectorum virium habente, tandem omni ſua poteſtate, regimine & Principatu exſuantur, ejiciantur, depellantur & exterminentur. Ne pecuniis acerbè conquirendis plus invidiæ ſibi, quàm virium addant, *Tacit. hiſt. 3.* Præſidibus onerandas tributo provincias, ſuadentibus reſcripſit Tiberius: Boni paſtoris eſt, tondere pecus, non deglubere, *Sueton. in Tiber. n. 32.* Ideo Ulp. Trajanus, cùm videret procuratores ſuos, provincias calumniis agitare, poſtea exactiones illas improbans & deteſtans *Fiſcum lienem* vocavit, quòd eo creſcente artus reliqui tabeſcerent, *Sext. Aurel. Vict. in Conſt. Claud. Julian.* Cujus rationem indagare volunt, quòd ſplen multam materiam, quæ in corporis nutrimentum cedere deberet, ad ſe attrahat, ut inde magni ſplenis homines, macilenti, parvi econtra pingues efficiantur. Hinc Emblema Alciati.

Humani quod ſplen eſt corporis, in populi re-
Hoc Caſar Fiſcum dixerat eſſe ſuum.
Splene aucto reliqui tabeſcunt corporis artus:
Fiſco aucto arguitur civica pauperies.

Marcus Antonius cùm ærario exhauſto, largitiones, quas militibus impenderet, non haberet, neq; indicere provincialibus, aut aliquid Senatui vellet; inſtrumentum regii cultus, facta in foro Trajani ſectione, diſtraxit vaſa aurea, pocula cryſtallina, & myrrhina, uxoriam ac ſuam ſericam, & auream veſtem, multa ornamenta gemmarum, ac per duos continuos menſes venditio habita eſt, multúmq; auri redactum. Poſt victoriam tamen, emptoribus pretia reſtituit, qui reddere comparata voluerunt, moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere, *Sext. Aurel. Vict. in Epit. Eutrop. lib. 8.* Ita ſunt cives exprimendi, ut ſuperſit ſuccus, quem hauriant, ita fructus avellendi, ut non exſcindatur arbor, ita olera deglubenda, ut maneat radix, ita pennæ incidendæ, ut rurſum renaſcantur, ſub ſpecie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeant, *l. 6. §. 3. ff. de offic. præſid.* Bene facit Princeps, Magiſtratus & cuſtos Reip., quando omnia ita ſunt proviſa, ut ratio quæſtuum & neceſſitas erogationum inter ſe congruant, *Tacit. annal. 13. ad fin.* Et adhuc magis bene, vel meliùs facit Princeps, Magiſtratus & cuſtos Reipubl. temperando planè publicanorum cupidines, ne per tot annos, ſine querela tolerata novis acerbitatibus ad invidiam vertant, *Tacit. annal.* Exemplo Galbæ, qui numulario non ex fide verſanti pecunias, manus amputavit, menſæq; ejus affixit, *Sueton. in Galb. n. 9.* Si numulariorum modernorum non ex fide verſantium manus etiam amputarentur, multi eſſent Scævolæ & manci unimani non numerandi. Anaxander Eurycratis filius quærenti, cur pecuniam in ærarium non colligerent Spartani, reſpondit: ne cuſtodes ei præfecti corrumperentur, *Plutarch. apophtegm. Lacon. n. 34.* Caveat Princeps & magis caveat, ne conſulares vectigalibus & reditibus publicis præpoſiti, cum inſectatione priorum Principum, quod gravitate ſumptuum juſtos reditus anteiſſent,
23. accuſent, *Tacit. annal. 15.* Magiſtratus etiam, primum conferendo, bonum exemplum præbeant. Lævinus Conſul, hanc aliquando orationem habuit: Magiſtratus Senatui, & Senatus populo, ſicut honore præſtet, ita ad omnia, quæ dura & aſpera eſſent ſubeunda, ducem debere eſſe. ſi quid injungere inferioribus, id prius in te ac tuos, ſi ipſe juris ſtatueris, faciliùs omnes obedientes habeas. Nec impenſa gravis eſt, quum ex ea plus, quàm

pro-

Digitized by Google

pro virili parte ſibi quemq; capere Principum vident. Itaq; ut claſſem habeat, quam ornare volumus, populus Romanus, privatos ſine recuſatione remiges dare nobiſmetipſis primum imperemus aurum, argentum, æs ſignatum, omnes Senatores in craſtina die in publicum conferamus: ita ut annulos ſibi quisq;, & conjugi, & liberis, & filio bullam. & quibus uxor filiàve ſunt, ſingulas uncias auri pondo relinquant: argenti, qui curuli ſella ſederunt, equi ornamenta & libras pondò, ut ſalinum patellámq; Deorum causâ habere poſſint. Cæteri Senatores libram argenti tantùm æris ſignati quina millia in ſingulos patrisfamiliæ relinquamus. Caterùm, omne aurum, argentum, æs ſignatum ad triumviros menſarios extemplo deferamus, nullo ante Senatus Conſulto facto, ut voluntaria collatio ad certamen adjuvandæ Reipubl. excitet ad æmulandum animos primùm equeſtris ordinis, dein reliquæ plebis. hanc unam viam, multa inter nos collocuti conſules invenimus. Ingredimini Diis bene juvantibus: Reſp. incolumis & privatas res facilè ſalvas præſtet, publica perdendo, tua ne quicquam ſerves. In hæc tanto animo conſenſum eſt, ut gratiæ ultro conſulibus agerentur. Senatu inde miſſo, pro ſe quisq; aurum, argentum & æs in publicum conferunt, tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina ſua vellent in publicis tabulis eſſe: ut nec triumviri accipiendo, nec ſcribæ referendo ſufficerent. Hunc conſenſum Senatus equeſter ordo eſt ſecutus, equeſtris ordinis plebs. Ita ſine edicto, ſine cohortatione Magiſtratus, nec remige in ſupplementum, nec ſtipendio Reſp. eguit, *Liv. lib. 26.* Et hæc conferendi promptitudo, certamen præveniendi in collatione, & exemplum Magiſtratus, maximè tunc conſideranda, quando Magiſtratus & ſubditi ſimultanea conventione & communi laudo ſponte ad conferendum ſe obtulerunt, non quando à poteſtate majori indicta fuerit coactio, & conferendi neceſſitas injuncta, tunc enim, ut ægrè, ita & tardè quilibet conferre ſolet.

Non facilè eos tolerent, qui immunitatem & exemptionem á collectis & tributis prætendunt. 14 Specialem de hac quæſtione cautelam habet Maranta *in ſpec. aur. part. 6. §. Et quandoq; appell. n. 325.* quando ait: Quod ſi aliquis habet immunitatem & exemptionem à collectis, eo ipſo, quòd deſcribitur in libro ſolventium collectas, ſtatim cùm ſcit ſe deſcribi, debet appellare infra decem dies, aliàs ſi ſcit & non appellat, cenſetur conſentire & ſuo privilegio renunciare &

 non

& non poteſt ulterius contradicere. unde poteris extrahere bonam cautelam in favorem univerſitatis, ad operandum, quòd civis exemptus perdat ſuam exemptionem, procuret univerſitas, quòd deſcribatur in libro ſolventium, & notificet, qualiter eſt deſcriptus, & ſi non appellat infra decem dies à die notitiæ, perdit privilegium, & ipſe fortè non advertet in appellando, quia confidit ſuo privilegio, credens ſe poſſe illud quandocunque producere, & ſic remanebit deceptus.

15. Ipſi etiam, qui tributis, collectis, aut vectigalibus colligendis præficiuntur, non publicam, in privatam cum civium, provincialium, & Reipubl. maximo damno vertant utilitatem, ærarium publicum, non marſupium privatum replere ſine peculatus crimine & alio ſolliciti ſint.

Vectigalia publica partim negligentiâ dilabebantur: partim prædæ ac diviſui principum quibusdam & magiſtratibus erant: quin & pecunia, quæ in ſtipendium Romanis ſuo quoq; anno penderetur, deerat; tributumque grave privatis imminere videbatur. Annibal poſtquam vectigalia, quanta terreſtria maritimaq; eſſent, & in quas res erogarentur, animadvertit, & quid eorum ordinarii Reipubl. uſus conſumerent, quantum peculatus averterent: omnibus reſiduis pecuniis exactis tributo privatis remiſſo, ſatis locupletem Rempubl. fore ad vectigal præſtandum Romanis, pronunciavit in concione, & præſtitit promiſſum. Tum verò, iſti, quos paverat per aliquot annos, publicus peculatus velut bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infenſi & irati Romanos in Annibalem, & ipſos cauſam odii quærentes inſtigabant, *Liv. lib. 33. in fine.*

Tandem, in quem uſum, ea convertenda deſtinata fuerint, eo abſoluto, & cauſa tribuendi ſublata, ipſa tributa relaxentur & quieſcant, utiq; ſi magno aliquo damno affectæ fuerint provinciæ & civitates, aut ſi univerſitas certo modo & fine tributum laudaverint.

Facta Tiberio auctore Senatus-Conſulta, ut civitati Cibyraticæ apud Aſiam, Ægirenſi apud Achajam motu terræ labefactis, ſubveniretur remiſſione

miſſione tributi in triennium, *Tacit. annal. 4. princ.* Cùm duodecim aliquando Aſiæ urbes collapſæ eſſent, nocturno motu terræ, centies ſeſtertium pollicitus Cæſar: & quantum ærario aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſit Tiberius, *Idem annal. 2. in med. & paulò præced.* Antiocho Comagenorum Philopatræ Cilicum Regibus defunctis, turbabantur nationes. pleriſq; Romanum, aliis regium imperium cupientibus: & provinciæ Siria atq; Judæa, feſſæ oneribus diminutionem tributi orabant. Tributum Apamienſibus terræ motu convulſis, in quinquennium remiſſum, *Idem annal. 12. juxta fin.* Byzantini primò quæſtuoſi & opulenti: pòſt magnitudine onerum urgente, finem aut modum orabant, annitente principe, qui Thracico Boſphoranoq; bello recens feſſos juvandosq; retulit. Ita tributa in quinquennium remiſſa, *ibid. in fine.* Cappadocibus quædam ex regiis tributis deminuta, quò mitius Romanum imperium ſperaretur, *Idem annal. 2.* Cùm Æmilius Paulus bellum feliciter confeciſſet, & Macedoniam ſub imperium ſuum vertiſſet, iis & Illyriis hæ leges datæ ſunt; ut liberi eſſent, & dimidium eorum tributum præſtarent, quæ regibus præſtitiſſent: ut appareret, populum Romanum pro æquitate magis, quàm avaritia dimicare, *Eutrop. lib. 4.* ne quis conqueratur: gravia atq; intoleranda etiam in pace manſere, *Tacit. hiſt. 2.* vel ingemiſcat:

— — — — — — — — — eheu
Quam temerè in noſmet legem ſancimus iniquam!
Horat. Satyr. lib. 1. Satyr. 3.

Magiſtratus comminiſtrantes ſeu adjuvantes ſunt quatuor: Conſiliarii, Legati, Advocati, Miniſtri Aulici, ſeu Palatini.

CAPUT DECIMUM.

De Conſiliariis.

NIhil tam aptum eſt ad firmanda imperia, confirmandas Reſpubl. ſtabiliendosq; principatus, quàm conſilium: ſine quo, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt, *Cic. lib. 3. de Legib.*

de Legib. princ & paulò inſer. Conſiliariis opus eſt: ſine quorum prudentia ac diligentia eſſe civitas non poteſt: quorum deſcriptione omnis Reip. moderatio continetur. Multa, quæ impedita naturâ ſunt, conſilio expediuntur, inquit Annibal, *Liv. lib. 25. anno ab U.C. 542.* Rarò enim ſimul hominibus bona fortuna bonaq; mens datur. populus Romanus eo invictus eſt, quòd in ſecundis rebus ſapere & conſulere meminit, *Idem lib. 30. in fine.* Aucta civitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi & ad belli, & ad pacis uſus, ne ſemper armis opes adquirerentur, conſilio augere imperium conatus eſt, *Idem lib. 1. ſub. Serv.* Pleraq; in ſumma fortuna auſpiciis & conſiliis, quàm telis & manibus geri, *Tacit. lib. 13. annal. princ. ferè.* Juſtus Lipſius appellat Conſiliarios, qui fidi, rerum humanarumq; periti ſaluturia ſuggerunt, pace ſive bello, *lib. 3. polit. cap. 4.* Aliter Conſiliarius eſt perſona fida, rerum hominumq; experientiâ prædita, Reipubl. ſalutaria meditans ſine imperio & juriſdictione. Vel ut Hippolyt. à Collibus: Conſiliarius eſt, qui principi ſuo ſalutaria de Rep. fideliter & prudenter ſuggerit. animo enim conſulem (conſiliarium) eſſe oportet, conſilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto deniq; munere conſulatus (conſiliariatus.) Conſilium eſt aliquid faciendi aut non faciendi verè excogitata ratio, *Cic. lib. 1. n. 48. & lib. 2. n. 8. de Invent.* Sumitur conſilium etiam interdum pro concilio ſeu conventu, *l. 2. ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurid. l. 4. §. ult. l. 6. l. 24. ff. de manumiſſ. vind. §. 3. 4. Inſt. quib. ex cauſ. manumit. non licet. Petr. Heig. ibid.* Conſilium, Conſul, Conſiliarius à Deo ſubterraneo nomen ſeu authoritatem habere tradit Plutarch. quando ait: Sparſerat jam antè rumorem, reperiſſe ſe aram cujusdam Dei, ſub terra occultatam, Dei nomen Conſus fuit, ſive quòd in conſultando juvaret, ſicut Latinis eſt conſilium & conſul; ſive is Neptunus equeſtris eſt: nam ara Conſi in circo majori reliquo tempore latens, circenſibus ludis apparet: ſive quòd alii adſerunt, abdito conſilio arcanoq;, haud inconvenienter ſubterraneo Deo ei ara tribuitur, *in Romul. n. 21.* Cùm pomœrium urbis augeret Cæſar more priſco. Inde certis ſpatiis, inquit Tacitus, interjecti Lapides, per ima montis Palatini ad aram Conſi, mox ad curias veteres, tum ad ſacellum Laurium forumque Romanum, & Capitolium non à Romulo, ſed à T. Tatio additum urbi credidere, *annal. 12. plura*
2. *apud Johann. Roſin. antiqu. Rom. lib. 2. capit. 13.* Quoniam non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magnæ geruntur: ſed conſilio, auctoritate, ſententia, *Cic. de Senect. n. 17.* Ideò Conſiliariorum fide-

Google

fidelium non exigua eſt neceſſitas. Quoniam rarò & ferè Reip. momento tanta felicitas contingit hominibus, quo naſcatur, aut ſi natus fuerit, rectè educetur, & tandem his contingenter factis, vitam, in Reipubl. tranquillitatem, extendat princeps, qui prudentiâ polleat inſitâ, non mutuatitiâ, qui auribus audiat non alienis, qui linguâ loquatur ſuâ, qui oculis cuncta colluſtret ſuis (veluti T. Manlius Torquatus, qui, cùm Conſul crearetur, petiit, ut pauca ſua verba audirent, erectis omnibus, quidnam poſtulaturus eſſet, oculorum valetudinem excuſavit. Impudentem, & gubernatorem, & Imperatorem eſſe, qui, cùm alienis oculis ei omnia agenda ſint, poſtulet, ſibi aliorum capita ac fortunas committi, *Liv. lib. 26. in med. ferè*) qui manu imperii regimen moderetur ſua, qui ipſe, quid in rem ſit, conſulere noverit, qui ope non aliena in rebus gerendis ducatur. Nulla eſt major Reipubl. peſtis, quàm ſapientiâ prudentiâq; gubernatorem deſtitui, *Anton. Guevarr. horol. princ. lib. 1. cap. 21.* quemadmodum de Nerone dicitur. Adnotabant ſeniores, quibus otioſum eſt, vetera & præſentia contendere, primum ex iis, qui rerum potiti eſſent, Neronem alienæ facundiæ eguiſſe. Nam dictator Cæſar ſummis oratoribus æmulus: & Auguſto prompta ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit. Tiberius artem quoq; callebat, quæ verba expenderet, tum validus ſenſibus, aut conſulto ambiguus. Etiam C. Cæſaris turbata mens vim dicendi, non corrupit. Nec in Claudio quoties meditata diſſereret, elegantiam requireres. Nero puerilibus ſtatim annis, vividum animum in alia detorſit: cœlare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere: & aliquando carminibus pangendis, ineſſe ſibi elementa doctrinæ oſtendebat, *Tacit. annal. 13. princ.* Maxima boni conſilii eſt neceſſitas, ut eo neglecto tota rei ſumma evaneſcat. Græcia peribit conſilii inopiâ, inquit Meneſiphelus, *apud Herodot. lib. 8.* Veſtra virtus ſpectatur, apud quos omne honeſtis conſiliis robur, & ſine quibus, quamvis egregia invalida ſunt, *Tacit. hiſt. 1.* Domini rerum temporumq; trahunt conſiliis cuncta, non ſequuntur, *Liv. lib. 9. anno ab U.C. 435.* Sed cùm hoc commune ſit, quod Tiberius Cæſar ait: Non poſſe Principem ſuâ ſcientiâ cuncta complecti, *Tacit annal. 3. in fine.* Vitellius, graviſſimos principis labores, ait, quîs orbem terræ capeſſat, egere adminiculis (conſiliariis) ut domeſticâ curâ vacuus in commune conſulat, *Idem annal. 12. princ.* Minucius, convocatis militibus; ſæpe ego, inquit, audivi milites, eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat, 3.
quid in rem ſit; ſecundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipſe

X conſi-

Digitized by Google

conſulere, nec alteri parere ſcit, cum extremi ingenii eſſe: Nobis quoniam prima animi ingeniiq; negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus, & cùm imperare diſcimus, parere prudenti in animum inducamus, *Liv. lib. 22. in med.* Sapientiſſimum eſſe, dicit Cicero, eum, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet, ſicut in ſtultitia contrà eſt: Minus enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, quàm ille, qui, quod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat, *orat. pro A. Cluent. n. 84.*

Euripid. Nam civitas prudentis conſilio viri
Bene temperatur, & domus; inq; bellica
Vel plurimum conducit hoc re, ſcilicet
Multas manus conſilium vincit unicum
Bonum: damno eſt inſcitia multitudinis.
Plutarch. lib. de Homero.

Bias rogatus, quid eſſet, de quo bonos ac juxta malos maximè ſolicitos eſſe oporteret? nulla inquit de re æq; ſolicitos eſſe mortales oportere, quàm de quærendis conſiliis & conſultoribus. Nam neque res ſecundas conſervari, neq; reſiſti inimicis pluribus, niſi cum maturis, & viris, & conſiliis poſſe, *Anton. Guevarr. Horol. Princip. lib. 1. cap 21.* Nullum majus boni imperii inſtrumentum, quàm bonos amicos (conſiliarios) eſſe, inquit Helvid. Priſcus, *Tacit. hiſt. 4. princ. ferè*, qui honeſtis ſermonibus aures Imperatoris imbuant, *ibid.* Dixit Rex Ægypti ad Joſeph: Ego ſum Pharao: abſq; tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti, vertitq; nomen ejus, & vocavit eum linguâ Ægyptiacâ, ſalvatorem mundi, in verſione Germanica ſonat, und nennet ihn den heimlichen Raht/ *Geneſ. 41. v. 44. 45.* Benjamin poſuit David ad auriculam ſuam, zum heimlichen Raht/ *Paralip. 1. cap. 12. v. 25.* Poppæa & Tigellino coram, quod erat ſævienti principi intimum conſiliorum, interrogat, *Tacit. annal. 15.* Ideo Conſiliarii in partem curarum adſciti dicuntur, quemamodum Tiberius ſpecioſis verbis diſſeruit de magnitudine imperii, ſuâ modeſtiâ. ſolam Divi Auguſti mentem tantæ molis capacem: ſe in partem curarum ab illo vocatum, *&c. Tacit. annal. 1. princ. ferè*: præcipui cui ſecreta imperatorum innitantur, *Idem annal. 3.* Raró eminentes viri non magnis adjutoribus ad gubernandam fortunam ſuam uſi ſunt: ut duo Scipiones duobus Lœliis, quos per omnia æquaverunt ſibi, ut D. Auguſtus, M. Agrippa, & maximè ab eo Statilio Tauro, etenim magna negotia magnis

gnis

gnis adjutoribus egent. Neq; in parvo paucitas miniſteria defecit. Intereſtq; Reip. quod uſu neceſſarium & dignitate eminere, utilitatemq; authoritate muniri. Sub his exemplis Tiberius Cæſar Sejanum Ælium, principe equeſtris ordinis patre natum, materno verò genere clariſſimas, veteresque & inſignes honoribus complexum familias, habentem conſulares fratres, conſobrinos, avunculum, ipſum verò laboris ac fidei capaciſſimum, ſufficiente etiam vigore animi, compage corporis, ſingularem principalium onerum adjutorem in omnia habuit atq; habet, virum ſeveritatis lætiſſimæ, hilaritatis priſcæ, actu otioſis ſimillimum, nihil ſibi vindicantem, eoq; aſſequentem omnia: ſemper infra aliorum exiſtimationes ſe metientem, vultu vitaq; tranquillum, animo exſomnem, *Vellej. Patercul. lib. 2. in fine.* Nec ſemper conſultum ſuâ unius ſententiâ cuncta agere, cuncta exſequi ſuo unius conſilio & voluntate. plus enim pollent multorum ingenia conſiliaq;, *Liv. lib. 3. anno ab U. C. 303.* Et integrum eſt judicium, quod multarum ſententiis confirmatur, *cap. prudent. 21. x. de offic. & poteſt. delegat.* Darius miſſo in Myrcinum nuncio ad Hiſtiæum, hæc, inquit, Hiſtiæe, Rex Darius hæc dicit: Mihi rebusq; meis melius conſulentem, quàm te, invenio neminem, quod non verbis, ſed factis compertum habeo, proinde cùm res magnas agere deſtinem, præſto mihi ſis, ut eas tibi aperiam. His verbis fide habita. Hiſtiæus & ſimul magnifaciens conſiliarium Regis fieri, Sardis profectus eſt. Cui Darius: Hiſtiæe, ego (poſtquam advenit, dixit) ea de cauſa te accerſivi, quod, poſteaquam à Scythis redire maturavi, & tu ab oculis meis abſuiſti, nullius rei deſiderium tam me tenuit brevi, quàm ut tu in aſpectum & colloquium meum venires: cùm ſcias omnium poſſeſſionum pretioſiſſimam eſſe virum amicum, ſolertem, bene ſentientem: quæ tibi ambo adeſſe, ego teſtimonio eſſe poſſum è rebus meis. Quare tibi ego, qui feciſti probè, quòd veniſti, hoc gratificandum putavi, ut omiſſa Mileto, & recens condita in Thracia urbe, me ſequaris Suſa, eadem quæ ego habiturus meusq; convictor ac conſiliarius futurus, *Herodot. lib. 5. in Terpſ.* Div. Auguſtus cùm filiam ultra pudicitiæ maledictam relegaſſet, & flagitia principalis domus in publicum emiſiſſet, interpoſito tempore, dum in locum iræ ſubiſſet verecundia, gemens, quòd non illa ſilentio preſſiſſet, quæ tam diu neſcierat, donec loqui turpe eſſet, ſæpe exclamavit: Horum mihi nihil accidiſſet, ſi aut Agrippa aut Mecœnas vixiſſet. Adeò tot habenti millia hominum duos reparare difficile eſt. Cæſæ ſunt legiones & protinus ſcriptæ, fracta claſſis, & infra paucos dies natavit

 nova,

nova, ſævitum eſt in opera publica ignibus; ſurrexerunt meliora conſumptis: tota vita Agrippæ & Mecænatis vacavit locus, *Senec. de benefic. lib. 6. cap. 32.* Eum, qui de ſua unius ſententia omnia gerit, ſuperbum magis, quàm ſapientem judicabat Fabius, *Liv. lib. 44. in med. ferè.* Et L. Furius ad M. Furium. Cede unus omnibus, & patere te vinci conſilio, ut maturiùs bello vincas, *Idem lib. 6. anno ab U. C. 374.* Unum fidei vinculum eſt melioribus parere, *Idem lib. 22.* Melius omnibus, quàm ſingulis creditur, ſinguli enim decipere & decipi poſſunt: nemo omnes, neminem omnes feſellerunt, *Plin. Paneg.* Bene, inquiunt Imper. Theodos. Valentin. cognoſcimus: quòd cum veſtro conſilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri imperii, & ad noſtram gloriam redundare, *l. 8. in fine C. de Legib.* Æternitas rerum & pax gentium & mea cum veſtra ſalus incolumitate Senatus confirmatur, Otho, *apud Tacit. hiſt. 1. in fine.* Alexander Severus nullam conſtitutionem ſacravit ſine viginti Juriſperitis; & doctiſſimis ac ſapientiſſimis viris, iisdem diſertiſſimis, non minùs quinquaginta: ut non minùs in conſilio eſſent ſententiæ, quàm Senatus-Conſultum conficerent: & id quidem ita, ut iretur per ſententias ſingulorum, ac ſcriberetur, quod quiſque dixiſſet, dato tamen ſpatio ad diſſerendum cogitandumq;, priusquam dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus, *Ælius Lamprid. in Alexandr. Severo.* Ubi non ſunt prudentia conſilia, corruit populus, ſalus autem eſt, ubi multa conſilia, *Proverb. Salom. 11. v. 14.*

6. **Incidit quæſtio, an multis? an veró paucis negotium deliberandum committatur? quæ modeſtiæ temporum aptitudini loci, moribus hominum & conſuetudini populi relinquenda.** Quod negotium multis ad deliberandum committatur, haſtenus eſt dictum, quod etiam facilè concedendum, ſi res ad tranquillitatem Reipubl. & ſubditorum ſalutem intra Reip. pomærium & ſolos ſubitos verſetur. Si verò negotium etiam ſtatum externum & alienum, principes vicinos, hoſtes & alios extraneos, cum quibus contentio ſeu contradictio intervenit, afficiat, paucis eísque fidis committendum. Fruſtra ſilentium & fides in tot conſciorum animis & corporibus ſperatur, *Tacit. annal. 15. juxta fin.* & quæ multi ſciunt, non diuturno teguntur ſilentio, *Dionyſ. Halicarn. lib. 3. n. 34.* Principis animum nemini cognitum eſſe debere cenſebat, dicere ſolitus Tiberius, cum intellectum multorum ac magnorum cauſam eſſe malorum, *Dio Caſſ. lib. 57. princ.*

prim. Divi Auguſti acerrima mens, cautiſſima Tiberii ſenectus, *Tacit. hiſt. 2.* Ludovico IV. Imperatori ſymbolum adſcribitur: Multorum manus, paucorum conſilium. De Republ. non imperiti & multi deliberent, ſed ſapientiſſimus & unus, *de orat. dial. in Tacit. ad fin.* De Scipione dicitur. Nemo omnium, quò iretur, ſciebat, præter C. Lælium, *Liv. lib. 26.* Vitellii paratus noſcebantur: Veſpaſiani Conſiliorum pleraq; ignota, *ait Tacit. hiſt. 2. in fine.* Abditos principis ſenſus, & ſi quod occultiùs parat, exquirere, inlicitum, anceps: nec ideo adſequare, *Idem annal. 6.* Tiberius ægriùs accepit, recludi, quæ premeret. lentus in meditando, ubi prorupiſſet, triſtibus dictis atrocia facta conjungere, *Idem annal. 4. in fine* Quanquam non rara ſint in contrarium exempla, quòd conſilia militaria multis deliberanda fuerint commiſſa, *Jul. Capitolin. in M. Anton. Philoſoph.* Semper ſanè cum optimatibus, non ſolùm bellicas res, ſed etiam civiles, priusquam facere aliquid conſulit, deniq; ſententia illius, præcipua hæc fuit: Æquius eſt, ut ego tot & talium amicorum conſilium ſequar, quàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem ſequantur. Alexander M. fortuna ſua & conſiliis Barbarorum ſe uſurum reſpondit, nam & fortunam, cui confidat, & conſilium ſuadentium, ne quid temere & audacter faciat, ſecuturum, *Q. Curt. lib. 7. juxta fin.* Olim & Germani antiquiores ferè publicè conſultàrant. De minoribus rebus Principes conſultant, inquit *Tacit. de morib. German.* de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoq; quorum penes plebem attributum eſt, apud principes pertractentur. Coëunt, niſi quod fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus, cùm aut inchoatur luna, aut impletur. nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt. Illud ex libertate vitium, quòd non ſimul, nec juſſi conveniunt, ſed alter, & tertius dies contatione coeuntium abſumitur, ut turbæ placuit, conſidunt armati, ſilentium per ſacerdotes, quibus tum & coërcendi jus eſt, imperatur. Mox Rex vel Princeps, prout ætas cuiq;, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia eſt, audiuntur, auctoritate ſuadendi magis, quàm jubendi majeſtate. Si diſplicuit, ſententiæ fremitu aſpernantur: ſin placuit, frameas concutiunt. In hac ſententia imitandus eſt Vegetius *de re militari cap. ult.* quando ait: Quid fieri debeat, tractato cum multis, quid verò facturus ſis, cum pauciſſimis ac fideliſſimis, vel potius ipſe tecum. Optimè in hac ſententia Nero, quoties, ille ad conſultandum ſecederet, neq; in commune quidquam, neq; propalam deliberabat: ſed & conſcriptas ab uno quoque ſententias tacitus ac ſecretò legens, 7.

quod ipſi libuiſſet, perinde ac pluribus idem videretur, pronunciabat, *Sueton. in Nerone. n. 15.* Et cùm conſilia fuerint allata, quod eorum è Reipubl. ſalute & tranquillitate fuerit, ſequatur, in iisq; media via rarò eſt eligenda, (quemadmodum Imperatores in iis, quæ ab ipſorum arbitrio & voluntate pendent, facere ſolent. *§. ult. Inſt. Quib. ex cauſ. manumitt. non licet. §. ult. Inſt. de Donationib. §. 25. ibid. de rerum diviſ. l. 3. ff. ſi pars heredit. l. 7. ff. ut legator ſeu fidei commiſſ.*) Maſaniſſa conſilia in omnem fortunam diſpoſita habebat, *Liv. lib. 42.* Cùm aliquando Romani cum perfidis Samnitibus bellum gererent, ex caſu univerſi Herennium Pontium patrem Imperatoris per literas conſulendum cenſuerunt. Jam is gravior annis, non militaribus ſolùm, ſed civilibus quoq; abſceſſerat, muneribus: in corpore tamen affecto vigebat vis animi conſiliiq;. Is, ubi accepit ad furculas Caudinas inter duos ſaltus clauſos exercitus Romanos: conſultus ab nuncio filii, cenſuit omnes inde jam primùm inviolatos dimittendos, quæ ubi ſpreta ſententia eſt, iterumq; eodem remeante nuncio, conſulebatur, cenſuit ad unum omnes interficiendos. Quæ ubi tam diſcordia inter ſe velut ex ancipiti oraculo reſponſa data ſunt: quanquam filius ipſe imprimis jam animum quoque patris conſenuiſſe in affecto corpore rebatur: tamen conſenſu omnium victus eſt, ut ipſum in conſilium acciret. Nec gravatus ſenex plauſtro in caſtra ducitur, advectus vocatusq; in conſilium, ita fermè locutus eſſe, ut nihil ſententiæ ſuæ mutaret, cauſas tantùm adjiceret. Priore ſe conſilio, quod optimum duceret, cum potentiſſimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque, altero conſilio in multas ætates, quibus amiſſis duobus exercitibus haud facilè receptura vires Romana res eſſet, bellum differre: tertium nullum conſilium eſſe. Cùm filius aliiq; principes percontando exquirerent, qui ſi media via conſilium caperetur, ut & dimitterentur incolumes & leges iis jure belli victis imponerentur? Iſta quidem ſententia, inquit, ea eſt, quæ neque amicos parat, neq; inimicos tollit. Servate modò, quos ignominiâ irritaveritis: ea eſt Romana gens, quæ victa quieſcere neſciat: vivet ſemper in pectoribus eorum, quiquid iſtuc præſens neceſſitas juſſerit: neq; eos ante multiplices pœnas expetitas à vobis quieſcere ſinet. Neutra ſententia accepta, *&c. Liv. lib. 9. princ.* Servilius Conſul medium ſe gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud patres gratiam iniit, *Idem lib. 3. anno ab U. C. 159.* Vitellio cùm conſilia ſua afferrent, mox utrumq; conſilium aſpernatus, quod inter ancipitia teterrimum eſt, dum media ſequitur, nec auſus eſt ſatis, nec providit, *Tacit. hiſt. 3. in med.* In

Digitized by Google

In Conſiliarii perſona hæc veniunt conſideranda, Origo, Ætas, Doctrina, Mores, Sexus. 8.

Origo & natalium genus etiam in Conſiliario non minimam conſiliorum addit cùm authoritatem, tum etiam publicam fidem, ita ut in eligendis iis præclaritas originis & familiæ nobilitas ſuſpiciatur. Sed non ſemper & ubiq; ad originis claritatem, familiæ antiquitatem, & aliorum honorum gradus reſpiciendum, ut aliorum digniſſimorum, licèt ortu ſuo non ſint adeò conſpicui, probatæ tamen fidei ratio & cura negligatur. D. T. O. M. nulli hominum etiam genere infimò, honeſto tamen & inculpato locò nato, ſingularibus præ aliis dotibus inſtructo viam ad Conſiliariatum & alia honorum officia & miniſteria præcluſit. C. Terentius Varro, qui priore anno prætor fuerat, loco non humili ſolùm, ſed etiam ſordido ortus, patrem lanium fuiſſe ferunt, ipſum inſtitorem mercis, filioq; hoc ipſo, in ſervili ejus artis miniſterio uſum. Is juvenis, ubi ex eò genere quæſtus pecunia à patre relicta animum ad ſpem liberalioris fortunæ adjecit, togaq; & forum placuere, proclamando pro ſordidis hominibus cauſisq; adverſus rem & famam bonorum. primum in notitiam populi; deinde ad honorem pervenit. quæſtura quoq, & duabus ædilitatibus plebeja & curuli, poſtremò & prætura perfunctus. jam ad conſulatus ſpem, quum attolleret animos, haud parum callidè auram favorabilis populi ex dictatoria invidia petiit, ſicq; plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationē, quiq; Romæ, quiq; in exercitu erant, æqui atq; iniqui, præter ipſum dictatorem in contumeliam ejus latam acceperunt. ipſe qua gravitate animi criminantes ſe ad multitudinem inimicos tulerat, eadem & populi in ſe ſævientes injuriam tulit: acceptiſq; in ipſo itinere literis Senatusconſulti de æquato imperio, ſatis fidens haud quaquam cum imperii jure artem imperandi æquatam cumq; invicto à civibus, hoſtibusq; animo ad exercitum redit, *Liv. lib. 22. anno ab U. C. 537.* Et non ſolùm in Conſiliariorum electione, ſed etiam in liberorum elocatione, videlicet qui mariti filiabus aut neptibus deſtinandi, non adeò ſanguinis, quàm morum & virtutum præclaritas eſt attendenda, ut ejus exemplum à Cæſare eſt legendum. Servio Galba, L. Sulla Coſſ. diu quæſito, quos neptibus ſuis maritos deſtinaret Cæſar, poſtquam inſtabat virginum ætas, L. Caſſium, M. Vinicium legit. Vinicio opidanum genus, Calibus ortus, patre atq; avo conſularibus, cætera equeſtri familia erat, mitis ingenio & comptæ facundiæ, Caſſius plebei

bei Romæ generis, verùm antiqui honoratiq; & ſeverà patris diſciplinà eductus, facilitate ſæpiús, quàm induſtrià commendabatur. Huic Druſillam, Vinicio Juliam Germanico genitas conjungit: ſuperq; ea re Senatus ſcripſit, levi cum honore juvenum, *Tacit. annal. 6.* Gujus rei potiſſimùm Themiſtocles eſt autor adhibendus, qui cùm conſuleretur, utrum bono viro pauperi, an minùs probato diviti filiam collocaret: Ego verò, inquit, malo virum, qui pecunià egeat, quàm pecuniam, quæ viro, *Cic. offic. 2. n. 71.* Et Proculus, à quo Proculianorum Schola prodiit, *§. 25. Inſt. de Rer. divis. & adquir. ear. dom. §. 2. Inſt. de Empt. & Vendit.* Juris-Conſultorum atq; Conſiliariorum è numeris, ferè & Anteceſſor, non poſtremus etiam ruſticulorum quorundam opinionem & ſententiam non contempſit, ſed eorum reſponſum, tanquam prudens effatum, magna authoritate celebravit, quando ita ait: audiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, *L. 79. §. 1. ff. de Legat. 3.* hinc ruſticorum genus, licèt minorum gentium, non tamen contemnendum, minùs conſilia eorum ubiq; ſpernenda. habet enim & pilus ſuam umbram, Et à cane non magno ſæpe tenetur aper, *Ovid. de remed. amor. lib. 2.* Sic & muſcæ ſua bilis eſt.

Inter duo extrema, Senium & Pueritiam, aut Adoleſcentiam, mediam, virilem ætatem rebus gerendis habiliſſimam eſſe, maximè teſtantur ii, qui jam tranſiverunt, & quorum anni in decrepitam vergunt ſenectutem. Archelaus, qui quinquageſimum annum Cappadocià potiebatur, inter alia apud patres diſſeruit: non poſſe motum orientem niſi Germanici ſapientià componi, nam ſuam ætatem vergere, Druſi nondum adoleviſſe, *Tacit. annal. 2. in med.*

9. De Juvenibus ita ait Cicero *offic. 1. n. 15.* Ineſt adoleſcentibus maxima imbicilitas conſilii. Inter omnes enim conſtat fragile eſſe & infirmum hujuſmodi ætatum conſilium & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum, *L. 1. ff. de minorib. 25. ann. L. 9. ff. de adquir. vel omitt. hered.* quum ſit etiam incivile eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur & ab aliis reguntur, aliorum curam ſubire, *§. 13. Inſt. de Excuſat. tutor.* præterea etiam ineſſe ſolet juvenibus ardor & calor conſiliis habendis & negotiis gerendis incommodus, ut Livius ait: Negat conſilii rem eſſe Scipio, juvenis fatalis dux hujuſce belli, audendum atq; agendum, non conſultandum in tanto malo eſſe, *lib. 22.*

&

& lib. 21. anno ab U. C. 536. Hanno Annibalem Juvenem tanquam furiam facemq; belli nominat, *vide Rehabeami exempl. 3. Reg. 12. v. 8. Paralip. 2. cap. 10. vers. 8. & ſeq.* Neminem unquam vidimus adeò vel ætate, vel uſu peritum, ut nihil omnino ſapientiæ & fidelitatis plenum ei prodeſſet conſilium. Quod ſi in ſenibus uſu venit grandævis, quid illis fiet adoleſcentulis; quorum caro non arida, ſed ſucci plena, ſanguis non frigidus, ſed fervidus; calor non exſtinctus, ſed vivus; appetitiones brutæ, non ſopitæ, ſed concitatiſſimæ ſunt? unde fit, ut juvenes judicii proprii miratores, alieni contemptores ſint, *Anton. Guevarr. Horolog. Princ. lib. 2. cap. 14.* Naſica unus ex omnibus auſus eſt monere conſulem, ne hoſtem quidem ludificatos priores Imperatores. fugiendo certamen manibus emittere, ſe magnopere ſuadere, dum in campo patenti hoſtem habeat, aggrediatur, nec oblatam occaſionem vincendi amittat. Conſul Paulus nihil offenſus libera admonitione tam clari adoleſcentis. Et ego, inquit, animum iſtum habui, Naſica, quem tu nunc habes, didici, quando pugnandum, quando abſtinendum pugnâ ſit. Non operæ ſit ſtanti, nunc in acie docere, quibus de cauſis hodie quieſſe melius ſit: rationes alias repoſcito. Nunc authoritate veteris Imperatoris contentus eris. Conticuit adoleſcens, haud dubiè videre aliqua impedimenta pugnæ conſulem, quæ ſibi non apparent, *Liv. lib. 44. anno ab U. C. 585.* Et hodie multi inveniuntur juvenes Naſicæ, qui ut imberbes; quorum & natu majorum non minima pars (quoniam naturam contemnunt, & gliris vel muris cujuſdam caudam barbæ loco, multè potiùs ſibi fingere, quàm ipſam barbam alere malunt) vetularum barbatarum inſtar tanquam ſexum mentientes, imberbia, muliebria, & ſequiora conſilia proferunt. Nec tamen deſunt, quanquam rara prudentiæ juvenilis exempla. Decimo ſeptimo ætatis anno completo fertur Nerva filius & publicè de jure reſponſitaſſe, *l. 1. §. 3. ff. de poſtul.* Et Celſus adoleſcens ſcribit, *l. 91. §. 3. de verbor. oblig.* P. Scipio Æmilianus, quum ædilitatem peteret. Conſul à populo dictus, quoniam per annos Conſuli fieri non liceret, cum maximo certamine ſuffragantibus plebeis & repugnantibus aliquandiu patribus, legibus ſolutus & Conſul creatus eſt, *Liv. lib. 50.* De Nerone juvene adhuc erat olim controverſia. Igitur in urbe ſermonum avida, quemadmodum princeps vix ſeptemdecim annos egreſſus, ſuſpicere eam molem aut propulſare poſſet: quod ſubſidium in eo, qui à femina regeretur, num prælia quoq; & oppugnationes urbium & cætera belli per Magiſtros adminiſtrare poſſent, anquirebant. Contrà alii meliùs

Y evenisse

Digitized by Google

eveniſſe dixerunt, quàm ſi invalidus ſenecta & ignavia Claudius, militiæ ad labores vocaretur, Servilius juſſis obtemperaturus. Burrhum & Senecam multarum rerum experientiâ cognitos & Imperatori quantum ad robur deeſſe? Cùm octavo decimo ætatis anno Cn. Pompejus nono decimo Cæſar Octavianus civilia bella ſuſtinuerint. Pleraq; in ſumma fortuna auſpiciis & conſiliis: quàm telis & manibus geri, *Tacit. annal. 13. princ. vide Cic. Philipp. 5. circa fin. verſic. Legib. enim annalib.* In perſona Conſiliarii Juvenis, qua ætate juvenes & in quam intelligi debeant? cum Marcello reſpondere licèt: exiſtimari poteſt juvenis, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad incipiat inter ſeniores numerari, *l. 69. §. 1. ff. de Legat. 3.* ut locum conſulendi habere debeat.

10. De Senibus. Ita P. Licinius Calvus verba fecit: me non jam eundem, ſed umbram nomenq; P. Licinii relictum videtis; vires corporis affectæ, ſenſus oculorum atq; aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus, *Liv. lib. 5. anno ab U. C. 359.* & L. Furius ad M. Furium, frigere ac torpere ſenis conſilia, ait, *Idem lib. 6. anno ab U. C. 374.* Nec deerant ſermones, ſenium atque avaritiam Galbæ increpantium, *Tacit. hiſt. 1. & paulò infer.* Ipſa ætas Galbæ & irriſui, & faſtidio erat, *ibid.* Solent enim plerumq; ſenes, admodum moroſi, rigoroſi & inhumani eſſe, *ibid. paulò infer. de Galba ita pergit Tacit:* Conſtat potuiſſe conciliare animos quantacunq; parci ſenis liberalitate. Nocuit antiquus rigor, & nimia ſeveritas, cui jam pares non ſumus. Lex à quinquageſimo anno militem non cogit, à ſexageſimo Senatorem (Conſiliarium) non citat, *Senec. de brevit. vitæ cap. ult.* A Conſiliarii forenſis urbaniq; Jovis adminiſtris non pedum manuúmve opera exigimus, ſed conſilii, providentiæ rationis: non tumultum & ſtrepitum in turba excitantis, ſed prudenter ac tutò conſulentis unde eluceſcat canities & ruga rideri ſolita, teſtis peritiæ, auxilium ad perſuadendum adferens, gloriamq; ingenii concilians. Nam ad parendum juvenilis, ad imperandum ſenilis ætas accommodata eſt. ac maximè ſalva eſt civitas, ubi conſilia ſenum & juvenum arma obtinent, laudaturq; majorem in modum iſthuc.

Primum ætate graves, & forti pectore claros
Neſtoream ad navim conductos dicere juſſit
Conſilium dare —— — —— — ——

Atque ideo optimatum Spartanæ civitatis regibus adjunctum Apollo Presbygenas, id eſt, magno natu præditos. Lycurgus diſertè Gerones, id

id eſt, ſenes nominavit. Et Romanorum Senatus in hunc usque diem à ſenio nomen gerit, atq; ut lex coronam ac diadema, ita canos natura venerabile dignitatis & principatus fecit. Et Geras, quòd eximium honorem ac geræreia, quod venerari ſignificat, à ſenectute ejusq; præſtantia, Græcis retinetur, *Plutarch. in comment. an ſit ſeni reſpubl. gerend. n. 19. plura ibid.* Inter hæc alia de extrema ſenecta, non verò de media & paulùm 11. vergente ætate, vigore corporis & animi nondum deficiente, ſunt intelligenda. Ita ætates ſenium confectum accipimus, ut ad regiminis officium non poſſit aſſurgere, *cap. 1. diſt. 85.* Mediam ætatem conſiliis opportuniſſimam exiſtimat *Hippolyt. à Collib. in Conſiliar.* à trigeſimo videlicet ad ſexageſimum annum. Mitigavit ratio & ætas, retinuitq;, quod eſt difficillimum, ex ſapientia modum, *Tacit. in Agric. vita pr.* Quanquam non rara inveniuntur ſenum Conſiliariorum exempla. De Scipione. Num, ſi ad centeſimum annum vixiſſet, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? minimè verò pœniteret. Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis aut cominus gladiis uteretur, ſed conſilio, ratione, ſententia, quæ niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium majores noſtri appellaſſent Senatum, *Cic. de Senect. n. 19.* Non propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapientiam Presbyteri nominantur, *cap. ult. diſt. 84.* Conſilium Reipubl. penes ſenes erat, qui ex auctoritate patres, ob ætatem Senatus vocabantur, *Flor. lib. 1. Liv. lib. 1. anno ab U. C. 3.*

Namq; ubi robuſtis adolevit viribus ætas,
Conſilium quoq; majus & auctior eſt animi vis.
Lucret. lib. 3.

Haſta decet juvenem, conſiliumq; ſenem.
Et. Plus valet umbra ſenis, quàm gladius juvenis;
— —— — —— — ſeris venit uſus ab annis.
Ovid. 6. Metamor.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani.

Et Anacl. ait: Gloria ſenum canities, hæc verò canities ſapientiam deſignat. de qua ſcriptum eſt: Canities hominum prudentia eſt, *d. cap. ult. diſt. 84.* In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, *Iohann. 12. v. 12.* Quàm ſpecioſa veteranis ſapientia & glorioſus intellectus & conſilium, *Eccleſ. 25. v. 7. 8.* Sapere iſtac ætate oportet, qui ſunt capite candido, *Plaut. in Moſtellar. act. 5. ad fin. & in Trinumm. act. 2.* Sapientiæ ætas condimentum eſt, ſapiens ætati cibus eſt. De Quinto Dictatore

Digitized by Google

ita Livius: Undiq; plus in illo ſenili animo, non conſilii modò, ſed etiam virtutis eſſe, *lib. 4. anno ab U. C. 316.* quorum vita protenditur, eorum etiam longè major rerum experientia, *Auguſtin cauſ. 26. qu. 46. cap. 2.* In Paulo Conſule movebat imperii majeſtas, gloria viri ante omnia ætas, quòd major ſexaginta annis, juvenum munia in parte præcipua laboris pe-
12. riculiq; capeſſebat, *Liv. lib. 44. prope fin.* Eliguntur in iiſdem conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosq; reddunt. Centeni ſinguliſ ex plebe comites, conſilium ſimul & auctoritas adſunt, *Tacit. de Morib. Germ.* Cum oratione ad tempus parata Fabius, tum auctoritate & inveteratæ prudentiæ fama magnam partem Senatus & ſeniores maximè movit: pluresq; conſilium ſenis, quàm animum adoleſcentis ferocem laudârunt, *Liv. lib. 28. juxta fin.* Ne Samnitibus quidem conſilium in tam lætis ſuppetebat rebus, itaq; univerſi Herennium Pontium Patrem Imperatoris per literas conſulendum cenſent; Jam is gravior annis non militaribus ſolùm, ſed civilibus quoq; adoleſcens abſceſſerat muneribus: in corpore tamen affecto vigebat vis animi conſiliiq;, *Liv. lib. 9. princ.* Meliores prudentiores, conſtantiores nos tempus diesq; facit, ait Q. Fab. Max. apud Liv. *lib. 22. anno ab U.C. 538.* Quanta Conſiliorum Seniorum & Juniorum eſt differentia, & quàm infelici exitu, ſpreto ſeniorum conſilio, res & actiones Robeamo ceſſerunt, latè patet *lib. 3. Regum, cap. 12. v. 6. & ſeq.* Iniit conſilum Rex Robeam cum ſenioribus, qui aſſiſtebant, coram Salomone patre ejus, cùm adhuc viveret, & ait: Quod datis mihi conſilium, ut reſpondeam populo huic? Qui dixerunt ei: ſi hodie obedieris populo huic, & ſervieris, & petitioni eorum ceſſeris, locutusq; fueris ad eos verba lenia, erunt tibi ſervi cunctis diebus. Qui dereliquit conſilium ſenum, quod dederant ei, & adhibuit adoleſcentes, qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſtebant illi: Dixitq; ad eos: Quod mihi datis conſilium, ut reſpondeam populo huic, qui dixerunt mihi: levius fac jugum, quod impoſuit pater tuus ſuper nos? Et dixerunt ei juvenes, qui nutriti fuerant cum eo: Pater tuus aggravavit jugum noſtrum, tu releva nos: ſic loqueris ad eos: Minimus digitus meus craſſior eſt dorſo patris mei: Et nunc pater meus poſuit ſuper vos jugum grave, ego autem addam ſuper jugum veſtrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus. Venit ergo Jerobeam & omnis populus ad Roboam die tertia, ſicut locutus fuerat Rex, dicens: Revertimini ad me die tertià. Reſponditq; Rex populo dura, derelicto conſilio Seniorum, quod ei dederant. Et locutus eſt eis ſecundùm conſilium juvenum,

dicens:

Digitized by Google

dicens. Pater meus aggravavit jugum veſtrum, ego autem addam jugo veſtro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cœdam vos ſcorpionibus. *&c.* Semper ſeniorem juniori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœminæ, & ingenuum libertino præferemus, *ait Ulpian. in l. ult. ff. de fide inſtrum.* Et ſemper in civitate noſtra ſenectus venerabilis fuit. namq; majores noſtri pene eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant, *inquit Calliſtrat. in l. 5. ff. de jure immunit.*

Doctrina & Eruditio Conſiliariorum eſt quaſi fons 13.
limpidiſſimus, ex quo vitæ beatæ liquor hauritur, ſitis pacis reſtringuitur, furor belli ſedatur, ignis diſcordiæ exſtinguitur, ſemen concordiæ rigatur, tranquillitas publica conſervatur. In eruditione autem plurimùm oratoriâ & eloquentiâ Conſiliarius tanquam inter planetas ſole nullus illuſtrior ortus præſulgere debet: quo ſtudio non aliud in civitate, vel ad utilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad famam pulchrius, vel ad totius regiminis & imperii atque omnium gentium notitiam illuſtrius excogitandum, nec quicquam tutius, quàm eam exercere artem, quâ præſidium amicis, opem proximis & alienis, ſalutem periclitantibus, malevolis & inimicis metum & terrorem incutimus, qua ipſi ſecuri quaſi potentia & robore muniti in omnibus vitæ periculis tranquillitate frui poſſimus. Et quò ſordiùs & abjectiùs nati ſunt, quoq; notabilior paupertas & anguſtia rerum naſcentes eos circumſteterunt, eò clariora & ad demonſtrandam oratoriæ eloquentiæ utilitatem illuſtriora exempla ſunt. quod ſine commendatione natalium, ſine ſubſtantia facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoq; corporis contemptus, per multos jam annos potentiſſimi ſunt civitatis ac donec libuit principes fori, nunc principes in Cæſaris amicitia, aguntq; feruntq; cuncta: atq; ab ipſo Principe cum quadam reverentia diliguntur, *orat. Dial. Cornel. Tacit. vulgo inſcript. & inſer. ibid.* Quantò quiſq; plus dicendo poterat, tantò faciliùs honores aſſequebatur, tantò magis in ipſis honoribus collegas ſuos anteibat, tantò plus apud principes gratiæ, plus auctoritatis apud patres, plus notitiæ ac nominis apud plebem parabat. Priſcis enim temporibus, quum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, ſummumq; certamen inter homines erat, ne quid profuturum ſeculis diu lateret, *T. Petron. Arbit. Satir.*

14 Præſidia Conſiliariorum ſunt partim á natura; partim á ſtudio; partim á fortuna. Et ut breviùs dicam: vel inſita vel Adquiſita. *Inſita.* ut ingenium, forma corporis & decorum. ubi autem non ſemper contra corporis formoſitatem aut elegantiam haberi debet, quando Conſiliarius luminibus eſt orbatus vel cœcus. Appius Claudius cœcus conſiliis publicis interfuit, & in Senatu ſeveriſſimam dixit ſententiam de Pyrrhi captivis, *l. 1. §. 5. ff. de poſtul. l. 6. ff. de Judic.* *Adquiſita.* ſtudio vel exercitio, ut artes liberales, diſciplinæ, virtutes. Fama ac figura animi magis, quàm corporis complectenda, *Tacit. in Jul. Agric. vita. in fine.* Agricola naturali prudentia, ubi conventus ac judicia poſcerent, gravis, intentus, ſeverus & ſæpius miſericors: ubi officio ſatisfactum, nulla ultra poteſtatis perſona triſtitiam & arrogantiam & avaritiam exſuerat; nec illi, quod eſt rariſſimum, aut facilitas authoritatem, aut ſeveritas amorem deminuit, *Ibid.* Conſiliariorum ſolertia, legum ſcientia & fides ſit conſpecta, *§. 3. proœm. Inſt.* Sejanus incipiente adhuc potentia bonis conſiliis noteſcere valebat, *Tacit. annal. 4. princ. ferè.* Sæpe honeſtas rerum cauſas, ni judicium adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur, *Idem hiſt. 1. juxta fin.* De Antonio Pio, inquit Tacit: Nam & facundia aderat, mulcendiq; vulgum artes & auctoritas, *hiſt. 3. princ.* Druſus apta temperandis animis diſſeruit; & ſatisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus ſimul ac vitricus Sullæ, & oratorum ea ætate uberrimus erat, *Idem annal. 3.* Meminiſſent C. Aſinii & Meſſallæ, ac recentorum Arruntii & Æſernini, ad ſumma provectorum incorrupta vita & facundia, *Idem annal. 11. princ. ferè.* Verginius ſtudia juvenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fovebat, *Idem annal. 15.* De Muciano hæc refert idem Tacitus: Satis decorus etiam græca facundia, omniumq; quæ diceret atq; ageret, arte quadam oſtentator, *hiſt. 2.* Profectio Tiberii arto comitatu fuit. Unus Senator conſulatu functus. Coccejus Nerva, cui legum peritia. eques Romanus, præter Sejanum, ex inluſtribus Curtius Atticus, cæteri liberalibus ſtudiis prædıti. fermè Græci, quorum ſermonibus (conſiliis) levaretur, *Idem annal. 4.* Nimia conſiliariorum ſcrupuloſitas & intempeſtiva in conſiliis ſapientia abeſſe debet. Potentia cautis, quàm acrioribus conſiliis habetur, *Idem annal. 11. in fine ferè.* Sunt enim novandis, quàm gerendis rebus aptiores, *Q. Curt. lib. 4. princ. ferè.* Admiſſi plures, dum ſuas quiſq, nunc querelas, nunc poſtulationes inſerit, æqua iniquis

Digitized by Google

niquis miſcentes, ê diſceptatione altercationem itaq; neq; remiſſa ulla re, neq; impetrata, æq; ac venerant, omnium incerti legati Romam redierunt, *Liv. lib. 35.* In conſiliario etiam imperitiam cum immodeſtia conjunctam, 15.
& imperitiores homines, ſi cum peritioribus conferantur, & Reſpubl. plerunq; meliùs adminiſtrare. Nam iſti quidem, & legibus ſapientiores videri, & in publicis conſultationibus ſententiam ſemper obtinere volunt, quaſi in aliis majoribus rebus ingenii ſui vim oſtentare non poſſint, atque propterea plerunq; Reſpubl. evertunt. Illi verò, quia ſuæ peritiæ diffidunt, ſe legibus imperitiores eſſe, & illius ſententiam, qui rectè dixit, à ſe vituperare non poſſe, ultrò fatentur. Itaq; Reſp. plerunq; rectè adminiſtrant, quia ſunt rerum æqui æſtimatores potiùs, quàm concertatores, *Thucyd. lib. 3. conc. Clem.* Et Cato magis prodeſſe prudentibus ſtultos, quàm prudentes ſtultis, affirmabat: illos enim ab horum vitiis ſibi cavere, hos illorum recta facta non imitari, *Plutarch. in Cat. Maj. v. 17.* Philoſophia bonum conſilium eſt, *Senec. epiſt. 38.* Vis ſcire, quid Philoſophia promittat generi humano? conſilium, *Idem epiſt. 48.* Omnia in ipſa Philoſophia, tanquam omnium actionum fundamento, præclaro Ciceronis teſtimonio, ſunt ſita, quando ita ait: O vitæ Philoſophia dux, ô virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, quid non modò nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? tu urbes peperiſti: tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocâſti: tu eos inter ſe primò domiciliis, deinde conjugiis: tum literarum & vocum communione junxiſti: tu inventrix legum, tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti: ad te confugimus: à te ſpem petimus. tibi nos, ut antea magna ex parte, ſic nunc penitus totosq; tradimus. Eſt autem unus dies bene & ex præceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus, *lib. 5. Tuſcul. quæſt. n. 5.* Sub qua non ſolùm Jurisprudentia comprehenditur, *l. 1. §. 1. ff. de. J. & J.* Verùm etiam reliquæ diſciplinæ tam theoreticæ, quàm practicæ & cognitio hiſtoriarum perfecta. Multa legendo atq; audiendo, inquit Salluſt. ita comperi, omnia regna, civitates, nationes eousq; proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt, *ad Cæſar. de Rep. ord. epiſt. 2.* Exemplo nobis Helvidius Priſcus eſſe poteſt, hic ingenium illuſtre altioribus ſtudiis juvenis admodum dedit: non ut pleriq; ut nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quò firmior adverſus fortuita Remp. capeſſeret, doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona, quæ honeſta; mala tantùm, quæ turpia; potentiam, nobilitatem, cæteraq; extra animum, neq; bonis, neq; malis annumerant.

Digitized by Google

numerant. Quæſtorius adhuc à Pœto Thraſca gener dilectus, è moribus ſoceri nihil æquè ac libertatem hauſit, civis, Senator, maritus, gener, amicus cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti pervicax, conſtans adverſus metus, *Tacit. hiſt. 4. princ.* Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem & ſapientem virum fuiſſe comperio, *inquit idem.* Nam pleraq; (ut bonus Conſiliarius) ab ſævis adulationibus aliorum in melius deflexit: neq; tamen temperamenti egebat, cùm æquabili auctoritate & gratia apud Tiberium viguerit, *annal. 4.*

—— — —— — Eſt animus tibi
Rerumq; prudens & ſecundis
Temporibus dubiisq; rectus
Vindex avaræ fraudis & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ
Conſulq; non unius anni,
Sed quoties bonus atq; fidus
Judex honeſtum prætulit, utile &
Rejecit alto dona nocentium
Vultu —— — —— ——

Horat. carm. lib. 4. od. 9.

16. Alexander Ariſtoteli ſalutem: Quòd acroamaticas edidiſti diſputationes, non rectè abs te factum eſt, qua enim nos re præſtabimus alios, ſi ea, qua nos eruditi ſumus, Philoſophia omnibus nunc erit communis? Ego ſanè mallem optimarum rerum peritiâ, quàm potentiâ excellere, Vale. *Plutarch. in Alex. n. 12.* Quibus omnibus, comes experientia, tanquam notiſſimum prudentiæ politicæ ſignum adeſſe debet. Multa experiendo fieri, quæ ſegnibus ardua videntur, *Tacit. annal. 15. circa fin.* artes experientia docet, *Idem hiſt. 5.* & exercitatio artem parat, ars decorem, *Idem de morib. German.* potentiſſimum enim diſcendi genus eſt experientia.

Multa dies variúsq; labor mutabilis ævi
Rettulit in melius —— — —— —

Virgil. Æneid. 11. v. 425.

Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum: qui non eſt expertus, parùm recognoſcit, *Syrac. 34. v. 9. 10.* Conſilium futuri ex præterito venit, *Senec. epiſt. 83.* Nec aliunde meliùs conſilia petuntur, quæ in futurum proſint, quàm à præteritarum rerum exemplis, *ait Dionyſ. Halicarn. lib. 10. n. 58.* Inſpicere tanquam

[illegible]pecul[illegible] [illegible]itas omnium jubeo atq; ex aliis ſumere exemplum ſibi, *Te-*
rent. in Adelph. act. 3. ſc. 4. Doctus per aliena experimenta Agricola, *Tac. in*
[illegible] *vita.* Mucianus civilium rerum peritus, *Idem hiſt. 2. princ ferè.* Qua-
[illegible]ium ſtipendiorum Cæcina parendi aut imperandi habebat: Secun-
[illegible] ambiguarumq; rerum ſciens eóque interritus, *Idem annal. 1.* Præ-
[illegible] a [illegible] geſta tam in ſua, quàm in extranea Rep. fidelis guber-
[illegible]rabi., quid bene aut malè factum, quid honeſtum aut inhu-
[illegible] quid laudabile aut vituperabile in ſingulis perſonis aut rebus fuerit,
[illegible]erteret, præſentia enim negotia habent prudentiam ex præteritis,
[illegible] diſcretione, memoria & judicio. Eſt animo ſum in promptu,
[illegible]s, quæ jam facta ſunt, rationem inire de futuris, *Polyb. lib. 9. n. 8.* Hæc
[illegible] ex veteri memoria repetita, quotiens res locúsq; exempla recti aut 17.
[illegible] mali p[illegible] , *Tacit. hiſt. 3.* Maximè & veriſſimè Afranius Poëta
[illegible] comparandaque ſapientia opinatus eſt, quòd eam filiam eſſe
[illegible] memoriæ dixit. Eo namq; argumento demonſtrat, qui ſapiens eſ-
ſe rerum humanarum velit, non libris ſolis, neq; diſciplinis rhetoricis dia-
[illegible], opus eſſe, ſed oportere eum verſari quoque, exerceríq; in rebus
[illegible]s no[illegible]ndis periclitandisq;, eáq: omnia acta & eventa firmiter me-
[illegible] & perinde ſapere & conſulere ex iis, quæ pericula ipſa rerum do-
[illegible], non quæ libri tantum aut magiſtri per quaſdam inanitates verbo-
[illegible]inum, tanquam mimo aut inſomnio delectaverint, *Aul. Gel.*
[illegible] *lib. 13. cap. 8.* Bonus Conſiliarius prudentia, honeſta ab de-
[illegible]s, utilia ab noxiis diſcernat, interdum etiam aliorum eventis do-
[illegible] *Idem annal. 4.* Eſt boni Conſulis (conſiliarii) non ſolùm videre,
[illegible], verùm etiam providere, quid futurum ſit, *Cic. pro L. Muræn.*
[illegible] atq[illegible] in ſuadendo vel diſſuadendo ex præteritis præſentia bonus
[illegible]s adumbret, nec oraculis, aſtrologis, aut aliis vaticinantibus
[illegible] *l. . C. de Maleſi. & Mathemat. l. 15. §. 13. ff. de Injur. & fa-*
[illegible] *libel.* Illud ſanè conſtat, numinum oracula bona ex parte vana & fi-
[illegible] implere: & ſi quando evenerit, vix intelligi, & ſæpius eludere
[illegible], adeóq; præſtat rationibus & experimentis atq; conſulto res
[illegible] Nam ſi rebus futuris certa ſtarent vaticinia, virtus pro nihilo
[illegible] Non eo inficias, [illegible] noſtra gubernari: verùm ſapiens non vano
[illegible] multa adverſa effugere poteſt, inconſultum & inſipientem proſpe-
[illegible] prætereunt, *Pompon. Læt. in C. Aurel. Valer. Diocletian.* libri im-
[illegible] magici fortè, vel his ſimiles, hæc omnia protinus cor-

Z rumpenda

rumpenda ſunt, *l. 4. §. 1. ff. famil. erciſſ.* An incantationes etiam cum ſymbolo divino & oratione dominica attendere liceat, ut Martinus Papa præcepit, *cauſ. 26. qu. 5. cap. 3. dicta cauſ. 26. qu. 7. cap. 16.* valde dubito.

Cæterùm animorum peovinciæ prudens eſſe debet Conſiliarius, *Idem in Agric. vita Tacit:* noſcere provinciam noſſe exercitus, *ibid. princ. ferè.* Noſcenda vulgi natura, *Idem annal. 4.* Eſt enim ad conſilium de Republ. dandum caput, noſſe Rempubl. *Cic. lib. 2 de oratore. n. 337. item de Senectute. n. 41.* Qualis ſtatus urbis, quæ mens exercituum, quis habitus provinciarum, quid in toto terrarum orbe validum, quid ægrum fuerit. ut non modò caſus eventusq; rerum, qui plerunq; fortuiti ſunt, ſed ratio etiam cauſæq; noſcantur, *Tacit. hiſt. 1. princ.* qua volutatione Tiberius reſpondit: experiendo didiciſſe, quàm ſubjectum fortunæ regendi cuncta onus, *Idem annal. 1. Sueton. in Tiber. n. 24.* Et cautus Conſiliarius non ſine uſu debet introſpicere illa, & ſi interdum primo aſpectu levia, ex quis magnarum ſæpe rerum motus oriuntur, *Idem annal. 4.* Nam virtus ac ferocia ſubjectorum interdum ingrata imperantibus, & longinquitas ac ſecretum ipſum quò tutius, eò ſuſpectius eſſe ſolet, *Idem in Jul. Agric. vita.* Hinc qui Senatus & optimatium ingenia maximè perdidicerunt, callidi temporum & ſapientes creduntur, *Idem annal. 4.* Econtra omni prudentia deſtitutus, regendiq; moderaminis inanis & inexpertus legitur Vitellius, ignarus militiæ, improvidus conſilii, quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus urgendo trahendove bello modus, alios rogitans? & ad omnes nuncios, vultu quoq; & inceſſu trepidus idem intemulentus, tandem ſummi diſcriminis incurioſus, *Idem hiſt. 3.* Indigus rectoris, inops conſilii dicitur, *ibid. præced.*

18. **Morum Conſiliarii, & omnium moralium virtutum Reginam, pietatem eſſe: dicere fas eſt.** Non enim poteſt bonum conſilium dare creatura, quæ non antè imploravit, & in conſilium adhibuit creatorem, *Anton. Guevarr. horol. Pr. lib. 1. cap. 27.* Et ubi Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis eſt ſuperinſtructum, *cauſ. [illegible] qu. 1. cap. 26. vide cauſ. 26. qu. 7. cap. 16. in fine Pſalm. [illegible].* Favete pietati fideiq; Deos, per quæ populus Roman. ad tantum faſtigii venit, *inquit Liv. lib. 44. princ.* Pietatis tituli ſunt omnibus honoribus pulchriores, *Plin. lib. 3. epiſt. 8.* Plus apud bonos pietatis jura, quàm omnes opes valent,

Juſtin.

[illegible] *lib.* [illegible] Nihil eſt, unde faciliùs amorem ſui ad populum concitet Con[illegible] quàm per pietatem. Cæteræ enim virtutes admirationis tan[illegible]modo multum, pietas verò etiam amoris plurimum meretur, *Valer.* [illegible] *lib. 5. cap. 4. n. 2. extern.* Magnus quæſtus eſt pietas cum ſufficien[illegible] [illegible]*moth. 6. v 6.* Beatus, qui non abiit in conſilio impiorum, *Pſalm. 1.* [illegible] juſtitia adverſum Deos, *Cic. lib. 1. de Natura Deor.* Nam & [illegible] tua meditatio mea eſt: & conſilium meum juſtificationes tuæ, [illegible] *v. 24.* Tiberius principio literarum veneratus Deos, ut conſilia [illegible] Reipubl. proſperarent, *Tacit. annal. 3.* Regiæ poteſtati non verſutiam, [illegible] convenientem eſſe dicebat Ageſilaus, *Xenoph. in Ageſilai lau*[illegible] *in fine.* De urbe Roma Propert. hæc ait:

Nam quantum ferro, tantùm pietate potentes
Stamus, victrices temperat ira manus.
lib. 3. ad Tullum.

Pauſanias: tuam, inquit, hoſpes Ægineta, benevolentiam atq; pru[illegible]dentiam amplector, tamen ab æquitate judicandi deerras. Nam & me, [illegible] quos in altum extuliſti, ob hæc geſta ad nihilum redigis, cùm [illegible] ſævire in mortuum, aisq́; me auditurum melius, ſi iſtud fecero; [illegible] Barbaros decet potiùs facere, quàm Græcos, quodq; in illis expro[illegible]. Quare ego neq; Æginetis, neq; iis, quibus iſta probantur, aſſen[illegible] contentusq; ſum, Spartis placere, ut piè agam, pieq́, dicam, *Hero*[illegible] *Calliop.* Camillus: intuemini horum deinceps annorum vel ſe[illegible], vel adverſas: invenietis omnia proſperè eveniſſe ſequentibus [illegible], adverſa ſpernentibus, *Liv. lib. 5. circa fin.* Et C. Pontius Herennii [illegible]epta clade Caudina ait: Proinde cùm rerum humanarum maxi[illegible] momentum ſit, quam propitiis rem, quam adverſis agant diis: pro [illegible] habete, priora bella adverſus Deos magis, quàm homines geſſiſſe: [illegible] quod inſtat, ducibus ipſis diis geſturos, *Idem lib. 9. princ.* Sic Dii [illegible] ſcunt, ſic humana conſilia caſtigantur, ubi ſe cœleſtibus [illegible], *Valer. Max. lib. 1. cap. 6. n. 11.* Conſul ferox ab conſulatu 19.
[illegible], & non modò legum, aut patrum majeſtatis, ſed ne Deorum [illegible]tis metuens erat. Hanc inſitam ingenio temeritatem fortuna [illegible] vilibus bellicisq́; rebus ſucceſſu aluerat. Itaq; ſatis apparebat, [illegible], nec homines conſulentem ferociter omnia ac præproperè actu[illegible] *Liv. lib. 22. princ.* Jethro cognatus Moyſi, audi verba mea atque [illegible], & erit Dominus tecum, providè dixit, de omni plebe viros ſa-

 pientes

pientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam [illegible] & conſtitue ex his tribunos & centuriones & quinquagenarios, & dec[illegible] (conſiliarios) *Exod. 18. v. 19. 21.* Generaliter concludendum eſt ubi [illegible] vina providentia non committat conſiliis actibusq; hominum, malos [illegible] exitus obvenit, & cogitationibus valde adverſus. Nam tunc neq[illegible] conſultus, conſultus eſt: nec fortis, fortis; ſed etiam ſapientiſſima c[illegible] inſipienter deſinunt: & generoſa, maximè ac fortia facta turpem & in[illegible] mem exitum conſequuntur. Hæc tandem ſit boni Conſiliarii te[illegible]a, [illegible] meta: Nominis Divini gloria, Reipubl. ſalus, proximi commodum, tran[illegible] quillus tandem & beatus illæſa conſcientia & proſpera fama ſui exitus, qu[illegible] dicere poſſit: ut quandoq; conceſſero, cum laude & bonis recordati[illegible] bus. facta atq; famam nominis mei proſequantur. unum enim inſatiabi[illegible] ter parandum, proſpera ſui memoria, nam contemptu famæ, cont[illegible] virtutes, *Tacit. annal. 4.*

Proximæ Conſiliarii morales virtutes ſunt. Modeſtia, Comitas, Civilitas, Facilitas. Definitur mod[illegible] ratione temperatus, nec actione exſultans, de ſe ſuisq; ſenſus, *Lipſ. Po[illegible] tic. 2. cap. 15.* Vel ut à Stoicis: Modeſtia eſt ſcientia earum rerum, [illegible] aguntur aut dicuntur loco ſuo collocandarum, *Cic. offic. 1. n. 142.* [illegible] enim virtus moralis, quæ non tantùm in honoribus tam conſeque[illegible] quàm conſequutis, ſed etiam in converſatione civili, conſultatione & co[illegible] municatione conſilii mediocritatem debitam ſervat. Et eſt omnium [illegible] tutum promptuarium, ita ut eam gentiles quaſi Deam ſunt venerati. q[illegible] admodum Tacit. ait: precandum poſt hæc Modeſtiam, ut conten[illegible] *annal. 4. princ. ferè*, de Nerone, miraculum quaſi dicendum, ut refert [illegible] *annal. ibid.* Aderant juveni modeſtia, ac forma, principe viro digna. [illegible] logeſes concilium vocans, ita inter alia eſt orſus: veſtra quidem vis & glo[illegible] ria in integro eſt, addita modeſtiæ fama, quæ neq, ſummis mortal[illegible] nenda eſt, & à Diis æſtimatur, *Idem annal. 15. princ.* Diffici[illegible] quantopere conciliet animos hominum comitas, effabilitasq; ſermon[illegible] *Cic. offic. 2. n. 48.* Titus, ut ſuper fortunam crederetur, decorum ſe pr[illegible] ptumq; in armis oſtendebat, comitate & alloquiis officia provocans [illegible] *hi[illegible]. 5 princ.* Prompti aditus, obvia comitas, *Idem annal. 2. pr[illegible]* [illegible] ercenda eſt facilitas & altitudo animi, quæ dicitur; ne ſi iraſcamu[illegible] tempeſtive accedentibus, aut imprudenter rogantibus in moroſitatem [illegible]

utile[illegible]

tilem & odioſam incidamus, *Cic. ibid. n. 88.* Magna & generoſa res hu-
manus animus, *Senec. epiſt. 102.* Obſervandum eſt conſilium redden-
ti, ut in adeundo facilem ſe præbeat, *l. 19. ff. de offic. præſid.* Condi- 20.
mentum humanæ converſationis eſt ipſa humanitas & popularitas. Sit
Conſiliarius aditu atq; alloquio facilis, exſpectando neminem fatiget, ve-
recundos & timidos erigat, cives pariter & forenſes ſummmâ benevolen-
tiâ exaudiat, nullorum preces faſtidiat, in compellando facilis, in ſalu-
tando humanus, ne de ipſo, quòd citiùs janitor ſeu famulus, quàm ipſe
Dominus fuerit alloquendus, dici poſſit. Intemeratus, impollutus,
quorum veſtigiis & ſtudiis vitam duxit, eorum gloria petat finem bonus
Conſiliarius, *Tacit. annal. 16.*

Secundarium poſt pietatem inter omnes virtutes locum, in bono Conſiliario, occupat Prudentia, tanquam primariæ ſocia. Ut dicere mihi liceat, quòd ſit ſa-
pientia mater, cauſarum cognitio filia, prudentia nutrix. nam ad Rem-
publ. plurima commoda veniunt, ſi moderatrix omnium rerum præſto eſt
ſapientia, *Cic. lib. 1. de invent. n. 4.* Et prudens is dicitur, quem varia
rerum cognitio & uſus omnia præcepta ſuperans, quid in quaque re expe-
tendum ſit, aut fugiendum, edocuit. Jam multis contingit doctrina &
lectio, quibus tamen judicium & prudentia, uſum lectionis docens, deeſt.
Definitur à Cicerone, quòd ſit calliditas, quæ ratione quadam poteſt ha-
bere delectum bonorum & malorum. Dicitur item prudentia ſcientia cu-
jusdam artificii. Item appellatur prudentià multarum rerum memoria, &
uſus complurium negotiorum, *lib. 3. ad Herenn. n. 8. & de Invent. lib. 2.
n. 35.* Prudentia eſt rerum bonarum & malarum, & utrarumq; ſcientia,
partes ejus memoria, intelligentia, providentia. Memoria eſt, per
quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Intelligentia eſt, per quam ea
perſpicit, quæ ſunt. Providentia eſt, per quam futurum aliquid videtur, ante-
quam factum ſit. Prudentia enim omnium humanarum actionum totiusq;
vitæ noſtræ magiſtra, ſola ea eſt, non qua quiſq; ſibi bene beateq; ſolùm, ſed
qua quiſq; alteri, & potiſſimùm Reip. ſalutariter vivit, quæ tanquam ſingu-
lare Dei donum, ut ſummo creatori potiſſimùm quidem referenda: ita non
minus ſtudiis, exercitiis, labore, experientia, & uſu ea eſt adquirenda.

Digitized by Google

hinc prudentia ars vitæ, animi moderatrix, affectuum magiſtra, actionum norma, ad ſummum bonum ductrix, honeſtis nominibus vocari poteſt. Nunquam enim ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi, aliquid moneat: ut illa, quæ ſcire credas, neſcias, & quæ tibi putaris prima, in experiundo, ut repudies, *Terent. in Adelph. act 5. ſc. 3.* Et præſtat indeſerta prudentia, quam ſtulta loquacitas, *Aul. Gell. noct. Attic lib. 1. cap. 15. Cic. lib. 3. de oratore.* ubi initium non eſt cum prudentia, finis eſt cum pœnitentia. Ad prudentiam boni Conſiliarii etiam pertinet, non ſemper ſe negotiis parem præſtare vel oſtendere, ſed interdum etiam ſe imparem, humilem, otioſum & qualem & quaſi à negotiis alienum ſimulare, licèt in negotiis fuerit acerrimus: qualis Criſpus Mecœnatem æmulatus, diverſus à veterum inſtituto per cultum & munditias, copiaq; & affluentia luxu propior: ſuberat tamen vigor animi, ingentibus negotiis par; eò acrior, quò ſomnum & inertiam magis oſtentabat. Igitur incolumi Mœcenate proximus, mox præcipuus, cui ſecreta inniterentur, *Tacit. annal. 3.* Qualis Piſo, de quo hoc omnibus ſentiendum ac prædicandum eſt, eſſe mores ejus vigore ac lenitate mixtiſſimos, & vix quemquam reperiri poſſe, qui aut otium validius diligat, aut faciliùs ſufficiat negotio, & magis, quæ agenda ſunt, curet, ſine ulla oſtentatione agendi. *Vellej. Patercul. lib. 2. Et paulò præced. ibid.* C. Mœcenas fuerunt, equeſtris, & ſplendido genere natus, vir, ubi res vigiliam exigeret, ſanè exſomnis, providens atq; agendi ſciens, ſimul verò aliquid ex negotio remitti poſſet, otio ac mollitiis penè ultra feminam fluens, *Et in fine ibid. de Sejano.* Laboris ac fidei capaciſſimus, ſeveritatis lætiſſimæ, hilaritatis priſcæ, actu otioſis ſimillimus, nihil ſibi vindicans, eoq; aſſequens omnia, ſemper infra aliorum æſtimationes ſe metiens, vultu vitáq; tranquillus, animo exſomnis. Non ut Mucianus, de quo Tacitus ita ait: Satis decorus etiam græcâ facundiâ omniúmq; quæ diceret atq; ageret, arte quadam oſtentator, *hiſt. 2. Et princ. ferè ibid.* Mucianum magnificentia & opes & cuncta privatum modum ſupergreſſa extollebant, [illegible] tior ſermone, diſpoſitu, proviſúq; civilium rerum peritus, egregium principatus temperamentum, ſi demptis vitiis, ſolæ virtutes miſcerentur.

21. De ſexu muliebri, ad conſilia, ſequiori, bene dicitur.

Viros mulierum ſtudia non decent, neq; rurſus virilia mulierum collegia conveniunt, *Novell. 133. cap. 3.* Olim mulieribus ob naturalem pudorem non omnibus ſeſe manifeſtare conveniebant, *l. 14. C. de contrah.* & *commit.*

... *ſibul.* Et Parthi feminis, non convivia tantum virorum, ve-
... aſpectum interdicunt, *Juſtin. lib. 41.* Nunc verò cujuſcun-
... conditionis, fortunæ, ſeu loci fuerint intra conſiliarium ordinem le-
... & ordinarie propter judicii imbecilitatem, affectuum intemperan-
... & potiſſimum tacendi impotentiam non numerantur. Varium &
... ſemper femina, *cap. forus x. de verb. ſigſ. Virgil. Æneid. 4. v. 569.*
... ſolum tantum & imparem laboribus ſexum, ſed ſi licentia adſit,
... ambitioſum, poteſtatis avidum, *Tacit. annal. 3.* Nihil tam mo-
... quam feminarum voluntas, nihil tam vagum, *Senec. excerpt.* Et
... ſæpius feminæ adverſus propria commoda invenitur laborare con-
... *4 C. de Sponſalib.* nam fragilis earum natura, *l. ult. C. de rei uxor.*
Sed quid ego de feminis ulterius loquar, quas & imbecillitas mentis,
... rum operum negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui
... tur conferre, *Valer. Max. lib. 9. cap. 1. n. 4.* Agrippina æqui
..., dominandi avida, virilibus curis feminarum vitia exſuerat,
... *annal. 6.* Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro, neque ad
... eſſe, tota in alterum verſa Tarquinium, eum mirari, eum vi-
... ere, ac regio ſanguine ortum, ſpernere ſororem, quòd virum na-
... ebri ceſſaret audacia: contrahit celeriter ſimilitudo eos, ut ferè ſit,
... malo aptiſſimum, ſed initium turbandi omnia, à femina ortum
... ſecretis viri alieni aſſueſacta ſermonibus, nullis verborum contu-
... parcere, de viro ad fratrem, de ſorore ad virum. *&c. Liv. lib. 1.*

——— — ——— — ——— — verba & componere fraudes,
Hoc unum didicit femina ſemper opus.
Propert. lib. 2.

M. Portius Cato: Majores noſtri, inquit, nullam, ne privatam qui-
dem agere feminas ſine auctore voluerunt in manu eſſe parentum, fra-
... virorum, *Liv. 34. princ.* Novum ſanè & moribus veterum inſoli-
... feminam ſignis Romanis præſidere, *Tacit. annal. 12. in med.* Jure
... *Moribus*: arcentur à Judicio, *l. 12. in fine ff. de Judic. l. 1. §. 1. ff.* 22
... *Legibus*: à tutela, *l. ult. & antepen. ff. de tutel.* *Edicto*
... à poſtulando, *l. 1. §. 5. vers. Sexum ff. de poſtul.* Ratio prohiben-
... pudicitiam ſexui congruentem, alienis cauſis ſe immiſceant:
... ... mulieres: origo verò introducta eſt à Carſa-
... probiſſima femina: quæ inverecundè poſtulans, & magiſtrum inquie-
... dedit edicto, *d. l. 1. §. 5.* Afrania Licinii Buccionis Senatoris
uxor,

prompta ad lites contrahendas, pro ſe ſemper apud Prætorem verba [illegible] non quòd advocatis deficiebatur, ſed quòd impudentiâ abundabat. Ita inuſitatis foro latratibus aſſiduè tribunalia exercendo, muliebris calumniæ notiſſimum evaſit exemplum. adeò ut pro crimine improbis fœminarum moribus Afraniæ nomen objiciatur, *Valer. Max. lib. 8. cap. 3. n. 2.* Se[illegible] tus-Consulto: ab intercedendo, *l. 2. §. 1. ff. ad SenatusC. Vell[illegible] ff. de Reg. Jur. l. 18. 21. C. l. 25. ff. de Procuratorib. vide 1. Corinth. 1[illegible] 34. & ſeq. 1. Timoth. 5. v. 13.* Sic ait Tacit. de Scevino: Etenim [illegible] quoque conſilium aſſumſerat muliebre ac deterius, *annal. 15.* & [illegible] Medeam propriam turpitudinem allegâſſe videntur, cùm ajunt: Mu[illegible] ſumus ad omnia bona conſilia ineptiſſimæ, malorum autem omnium [illegible] tifices ſapientiſſimæ. Nam multùm loquaces meritò omnes habemur, [illegible] mutam profectò repertam ullam eſſe hodie dicunt mulierem, ullo in ſæ[illegible] lo, *Plaut. in Aulular. act. 1.*

— —— — —— — —— columq;
I, cape cum Calathis, & ſtamina pollice torque,
Bella relinque viris — — — — — *Ovid. Metam. lib. 12.*

Et Virg. lib. 7. Æneid. Cura tibi Divûm effigies & templa tueri,
Bella viri, pacemq; gerant. — — — — —

Nec obſtat, licèt rara in contrarium inveniantur exempla, ut T[illegible] *de Morib. Germ. prin. ferè* ait: Memoriæ proditur, quaſdam acies [illegible] tas jam & labentes à feminis reſtitutas, conſtantiâ precum & obje[illegible] ctorum, & monſtrata cominus captivitate. Ineſſe quin etiam [illegible] aliquid & providum putant, nec aut conſilia earum aſpernantur [illegible] ſponſa negligunt. Felicia & proſpera feruntur mulierum conſilia [illegible] & repente data; infelicia, ubi cogitatio multa vel præmeditatio [illegible] animi enim earum affectibus ferè præpediuntur, ubi verò mens il[illegible] ne conſulens aſſultum earum prævenit, ingenioſi aliquid pro[illegible] Valent feminæ ingenio ut plurimum præ viris, obnoxiæ autem [illegible] ctibus, iisq; in rem malam ſæpiſſimè utuntur; femina mutabilis [illegible] ſententia, & ſuo arbitrio ſi relinquatur, citò ad deteriora [illegible]itur.

— — — Nulla diu, femina pondus habet. *Propert. lib. 3.*

Celtæ antequam alpes transgreſſi, Italiæ eam obtinerent [illegible] quam nunc incolunt, è gravi & implacabili diſcordia in bellum [illegible] civile. Mulieres autem inter media arma progreſſæ cognitis [illegible] ſis, tam dextrè eas & inculpatè dijudicaverunt, ut admirabili [illegible]

[illegible] m cum omnibus per urbes ſingulasq; famili as exſti[illegible] [illegible] m à Celtis mos ſervatus eſt, ut conſultationibus de [illegible] mulieres ſuas adhiberent, & lites cum ſociis ortas, earum [illegible] Quare in ſuo etiam fœdere, quod cum Annibale ice[illegible] ſi Celtæ haberent, quo nomine Carthaginenſes accuſa[illegible] Carthaginenſium ducum ac præfectorum, in Hiſpa[illegible] Carthaginenſes Celtis aliquid objicerent cauſæ cognitionem [illegible] Celtarum mulieres, *Plutarch. de virtutib. mulier. cap. 10. &* [illegible] Tyrrheni Tænarum cùm appuliſſent, Lacedæmoniis in Ser- 23.
[illegible] bello utilem præbuerunt operam, ideoq; civitate & ma[illegible] Quod autem in Senatum & Conſilia non adhibe[illegible] in ſuſpicionem, quaſi novarum rerum moliendarum [illegible] Itaq; à Spartanis comprehenſi & in carcerem conjecti, ac[illegible] tur, cupientibus liquidis & ſtabilibus eos convincere [illegible] Captorum verò uxores ad carcerem venerunt, multisq; ob[illegible] & precibus, à cuſtodibus impetrârunt, ut ad maritos intro[illegible] ſalvaturæ eos & compellaturæ. Poſtquam introvenerunt, [illegible] ſecum permutare veſtes juſſerunt, muliebribusq; in veſtibus [illegible] quidem paratæ ad omnia adverſa in carcere manſerunt, [illegible] cuſtodes pro uxoribus dimiſerunt. Conſilium & fa[illegible] videre eſt apud *Liv. lib. 2. anno ab U. C. 247.* Item Veturiæ [illegible], Volumniæq; uxoris ejus, *ibid. anno ab U. C. 266.* Li[illegible] Auguſti uxoris non vulgare eſt exemplum, quæ ad ipſum Augu[illegible] aliquando orſa eſt: Recte tu quidem hæc, inquit Livia, ego au[illegible] quod tibi dem conſilium (modò ne repudias aut indignè feras, [illegible] ſim, tibi conſulere auſim) cujusmodi nemo etiam ſ[illegible] [illegible] poſſit; non quia ſcientia, ſed quia deeſt audacia, *&c.* [illegible] ſaluberrimum conſilium ſubjicit, & tandem ita concludit: [illegible] propoſitumq; muta, *&c. Dio Caſſ. lib. 55.* Auri [illegible] aliquando Romæ penuria, ubi magiſtratibus deliberantibus, qua id [illegible] poſſet confici, mulieres habito ſeorſim conſilio, mundum omnem [illegible] contulerunt ad donarium faciendum, fuitq; auri pondus ta[illegible] Quas Senatus pretio perſoluto remunerandas arbitratus, ſtatuit, [illegible] atq; viri in funere laudarentur, ante enim mulierem [illegible] laudari mortuam, receptum uſu non fuit, *Plutarch. in Camill. n. 14.* [illegible] *anno ab U. C. 360.* Viris bonis convenit interdum ſalubre con-

filium mulieris admittere, *l. 8. §. 8. ff. de Admin. ſtr.* ... liebria conſilia Andronodorus, neq; tota aſpernatus eſt, neq; ... accepit, *Liv. lib. 24 in mea. ſctè.* De Zenobia hæc ſcribit Trebell. Poll. Si ſcirent, qualis illa eſt mulier, quàm prudens in conſiliis, quàm conſtans in diſpoſitionibus, quàm erga mulieres gravis, quàm larga, quum neceſſitas poſtulet, quàm triſtis, quum ſeveritas poſcat, *cap 29.* vide conſilium callidum Rebeccæ, *Gen. 27. v. 6. & ſeq.* callide enim ſolent ... ſari, *l. 2. §. 2. ff. ad SenatusC. Vellej.*

24. Porró. Quædam ſunt in Conſilario obſervanda, quæ adſint ante conſultationem, quæ in conſultatione, quæ poſt conſultationem, quæ etiam perpetuó abſint.

Ante conſultationem adſint; Suadendi libertas, publica utilitas, rei honſtas, æquitas.

In conſultatione adſint; Fidelitas, ratio, provida conſideratio, Muſſitatio, perficiendi modus.

Poſt conſultationem adſint: Conſtantia, ſilentium, ... natio.

Abſint: Affectus, ut: odium, ira, gratia, miſericordia, ... inimicitia, timor, aſſentatio, pervicacia, privata utilitas, ... ebrietas, celeritas, temeritas, paupertas, caſus fortuitus ſeu ... mulatio & diſſimulatio, *&c. de quibus ſingulis ordine in ſequentib.*

De ſuadendi libertate. Ut ſana in Conſiliario mens, ... cium rectum, voluntas dextra & innoxia; ſic ſententia in his liberis ... lis commenſurata cupiditatibus, nullis impedita odiis, affectibus ... bus vacua, in conſiliis tractandis requiritur. Conſilium detrimento ... quam adjumento eſt, niſi ſingulari, qui dat, prudentiâ, qui accipit, ... lerantiâ ſit præditus, *Anton. Guevarr. horol. Princ. proœm. gener.* ... De Hepheſtione ait Q. Curt: quòd is longè omnium amicorum ... fuit regi, cum ipſo pariter educatus, ſecretorum omnium arbiter, ... tatis quoq; in admonendo eo non alius jus habebat, quod tamen ... pavit, ut magis à rege permiſſum, quàm vindicatum ab eo ... *in fine. & lib. 7.* Alexander M. fortuna ſua & conſiliis eorum ... ſe reſpondit: Nam & fortunam, cui confidat, & conſilium ...

[illegible] & [illegible] faciat, ſecuturum. Non omnia proprio conſi-
[illegible] ſed multa publicè deliberanda propoſuit, ut ſi quid aliis
[illegible] corrigere poſſet, omnes verò adhortatus eſt, ut ſuum ſibi
[illegible] ſi quid rectius invenirent, libertatem omnem eis con-
[illegible] ſententiis quædam retractavit: præſertim verò à
[illegible], ſi ipſe conſulatum gereret, â collega ſuo hoc contenderet,
[illegible] lib. 52. In conſilio Agrippæ Mœcenatis, quod
[illegible]: Liberum dandi tibi ex animi ſui ſententia conſilii
[illegible] facie, propoſita ſecuritate, nam & ſi, cujus tibi ſermo
[illegible] inde utilitatis ad te, & ſi non placebit, nihil incom-
[illegible] quorum conſilium ſequendum exiſtimabis, eos collauda ac
[illegible] is ipſe gloriam tibi paries; quorum verò reji-
[illegible] aut ignominia afficies, aut culpabis, quum ad eo-
[illegible] voluntatem, non ſucceſſum ejus, ſit recipiendum. Sententias
[illegible], non more atq; ordine, ſed prout libuiſſet, prærogabat,
[illegible] animum intenderet, ac ſi cenſendum magis, quam aſſen-
[illegible] *in Galba. n. 35.* Xerxes ad inferendum Græciæ bel-
[illegible] amplliſſimos quosq; Perſarum in concilium vocavit, ut &
[illegible] audiret, & ipſe diceret, quæ liberet, quibus coactis ita
[illegible] Viri Perſæ, equidem non ero hujus inſtituti author, ſed ab aliis
[illegible], *& pauc. infer. ibid.* Sed ne ſolus videar in conſilio ſenten-
[illegible] rem pono in medio, jubens unicuiq; quamlibet ſententiam
[illegible] *pr. ic.* Prudens atq; pia fuit admonitio Ludo-
[illegible] Galliæ, qui [illegible] appellatur, ad filium ſucceſſorem in regno,
[illegible] multa recenſentur, *à Tilio lib. 2. de reb. Gallicis* talis vide-
[illegible] Ita te gerito, ut confeſſarii neceſſariiq; & familiares tui poſſint, te li-
[illegible] mali quod feceris & docere facta tua, *refert Philip. Camer.*
[illegible] *1. cap. 90.* Libertas etiam in eo eſſe debet, quando non
[illegible] verborum contextus, ſed bonus rei ſenſus manifeſtatur.
[illegible] conſiliis accommodare rebus verba, *Liv. lib. 8. anno*
[illegible] *prim. ſere.* Quemadmodum abſynthium nomen omne amit-
[illegible] tollas: ſic oratio, ſi libertatem loquendi amittit. Meſ-
[illegible] interrogatus â Tiberio, num ſe mandante eam ſententiam
[illegible] dixiſſe, reſpondit: neq; in iis, quæ ad Rempubl. pertine-
[illegible] uſurum, vel cum periculo offenſionis, *Tacit. annal. 1.*
[illegible] Nolite exiſtumare, majores noſtros armis Rempubl. ex parva

magnam feciſſe. ſi ita res eſſet; multò pulcerrumam eam non haberemus, quippe ſociorum atq; civium, præterea armorum, atq; equorum major nobis copia, quàm illis eſt. Sed alia fuere; quæ nobis nulla ſunt, domi induſtria, foris juſtum imperium, animus in conſulendo liber, neq; delicto,
25. neq; libidini obnoxius, *&c. Salluſt. bello Catilin.* Ex præſumpta libertatis licentia Artabanus ita Xerxi reſpondit: Apud me, Rex, tantundem valet bene ſentire per ſe & alteri bonum dicendi ſententiam accedere, quæ ambo tibi cùm adſint, malorum tamen hominum colloquia te depravant: quemadmodum mare, quod eſt hominibus omnium utiliſſimorum, ferant ab ingruentibus ventorum flatibus non ſine natura ſua uti, *Herodot. d. l.* A. Caſelius, cùm multa de temporibus Cæſaris liberiùs loqueretur, amiciq;, ne id faceret, monerent: Duas res, quæ hominibus amariſſimæ videntur, magnam ſibi licentiam præbere, reſpondit; ſenectutem & orbitatem, *Valer. Max. lib. 6. cap. 2. n. 12.* ut D. Auguſto aliquando ob immodicas altercationes diſceptantium è curia per iram ſe proripienti, quidam ingeſſerunt, licere oportere Senatoribus de Republ. loqui. Et Antiſtius Labeo ſenatus lectione cùm vir virum legeret. M. Lepidum hoſtem olim ejus, & tunc exſulantem, legit: interrogatusq; ab eo, an eſſent alii digniores. Suum quemq; judicium habere, reſpondit. Nec ideo libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit, *Sueton. in Octav. n. 54.* Ita in civitate libera linguam mentemq; liberas eſſe debere, *ait idem in Tiberio n. 28.* Sed rara temporum felicitas, ubi ſentire, quæ velis, & quæ ſentias, dicere licet, *Tacit. hiſt. 1. princ.* Malè res conſtat in conſiliis, ubi metus libertatis vicem ſuſtinet, ubi vinculum ac neceſſitas ſilendi dicuntur, *Idem annal. 3.* ubi multi vel ſtudio aſſentandi, plures metu, ſpe, gratia vel odio, *&c:* ſententias ſuas ſuſpendunt, *ut Herodot. dict. lib. ait.* Hic Mardonius ſententias Xerxis aſſentatus loqui ceſſavit. Tum ſilentibus aliis Perſis, nec diverſam ei, quæ dicta eſſet, ſententiam dicere audentibus, Artabanus Hiſtaſpis filius Xerxis patruus, vir circumſpectus ita inquit: Rex, niſi diverſæ inter ſe ſententiæ dicantur, non poteſt quis eligere meliorem, ſed neceſſe habet ea, quæ dicta eſt, uti. Ac cùm plures dictæ ſunt, licèt, tanquam aurum purum, deligere: quod per ſe diſcerni cùm nequeat, comparatum cum altero diſcerni poteſt. In conſiliis, qui admittuntur, omnes liberè, prout facundia eſt, audiantur, auctoritate ſuadendi magis, quàm jubendi poteſtate, *Tacit. de Morib. Germ.* Prout exemplo eſſe poteſt Pætus Thraſea. Cùm Antiſtius Prætor in tribunatu plebis licenter egiſſe, & probroſa carmina adverſus Principem factitaviſſe accuſaretur. Et Coſſu-

[illegible] Junius Marillus diverſas in eum ſententias,
[illegible] dicerentur. Cæteris inde aſſentientibus, Pœ-
[illegible] cum honore Cæſaris, & acerrimè increpito Antiſtio;
[illegible] reus pati mereretur, id egregio ſub Principe, & nulla
[illegible] Senatu, ſtatuendum diſſeruit. carnificem & laqueum
[illegible] pœnas legibus conſtitutas, quibus ſine judicium ſæ-
[illegible] ſupplicia decernerentur. Quin in Inſula publi-
[illegible] longius ſontem vitam traxiſſet, eò privatim miſerior & pu-
[illegible] exemplum futurum. LIBERTAS Thraſeæ ſervi-
[illegible] quam diſceſſionem conſul permiſerat pedibus in
[illegible] paucis exemplis. *Idem lib. 14.* neq; offenſiones princi- 26
[illegible] vera reticeant, multò minùs falſa veri colore fuſcent,
[illegible] conſulant, *Tacit. annal. 13.* Ita formatis
[illegible] aſpera, quæ utilia, nec quidquam niſi jucundum & læ-
[illegible] *Idem hiſt. 3.* quanquam interdum multis fraudi & exitio
[illegible] modum Philotas hoc conqueritur: Fides amicitiæ, veri
[illegible] vos me decepiſtis, vos, quæ ſentiebam, ne reticere-
[illegible] *Q. Curt. lib. 6. ad fin.* Cambyſen præſtantiſſimi regis Cyri fi-
[illegible] deditum vino Prexaſpes unus ex chariſſimis monebat, ut
[illegible] turpem eſſe ebrietatem in rege, quem oculi omnium auresq;
[illegible] hoc ille, ut ſcias, inquit, quemadmodum nunquam excidam
[illegible] jam & oculos poſt vinum in officio eſſe & manus. Bibit dein-
[illegible] m alias, capacioribus ſcyphis: & jam gravis & temulentus,
[illegible] illum procedere ultra limen jubet, allevataq; ſuper caput ſi-
[illegible] Tunc intendit arcum & ipſum cor adoleſcentis (id enim ſe
[illegible] reciſoq; pectore, hærens in ipſo corde ſpiculum oſtendit,
[illegible] an ſatis haberet certam manum? reſpondit, *Sen. de ira l. 3.*
[illegible] *T[illegible]* Pertinet etiam ad libertatem in conſiliis, ut, quemad-
[illegible] & conſilia magno conflictu decernantur, *l. ult. C. Com-*
[illegible] plena inquiſitione diſcutiantur, *l. 9. C. de Judic.* non ſtu-
[illegible] ſed ardore rationis indagandæ; ut *Herod. d. lib.* ait. Quo
[illegible] Mileti tyrannus aliorum ſententiæ acceſſiſſet, ac non
[illegible] de rebus Perſarum, res dictu quoq; horribilis, omnem
[illegible] poſitam fuiſſe. Aper ac ne ipſe quidem ita ſentit ſed mo-
[illegible] phis ſæpè celebrato, ſumpſit ſibi contradicendi par-
[illegible] *ut Cic. ait:* Diſputabant, ego contra diſſerebam, dice-
[illegible] *ad App. Pulchr. epiſt. lib. 3. epiſt. 8.*

17. **De publica utilitate.** Omnino qui Reipubl. præ[illegible] duo Platonis præcepta teneant: unum, ut utilitatem [illegible] ut, quicquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum [illegible] rum, ut totum corpus Reip. curent: ne, dum partem aliquam [illegible] quas deſerant. ut enim tutela, ſic procuratio Reipubl. ad [illegible] quibus commiſſa eſt, gerenda eſt, *Cic. off. 1. in med.* [illegible] poſt multos ſecretosque ſermones, jam & coram ita [illegible] qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an [illegible] inchoatur, Reipubl. utile, ipſis glorioſum, aut promptum [illegible] certè non arduum ſit, ſimul ipſe, qui ſuadet, conſiderandus [illegible] jiciátne conſilio periculum ſuum: & ſi fortuna cœptis a[illegible] ſummum decus adquiratur, *Tacit. hiſt. 2.* T. Romil[illegible] Optimè [illegible] civitate agitur, quæ ſeſe rebus accommodat: & optimus co[illegible] non ad privatum odium aut gratiam, ſed ad publicam utilitatem [illegible] rat ſua conſilia, *Dionys. Halicarnaſ. lib. 10. n. 58.* Summotis [illegible] conſultus Senatus eſſet, etſi magnæ parti urbs maxima opulen[illegible] liæ uberrimus ager, mariq; propinquus ad varietates annonæ h[illegible] puli Romani fore videbatur: tamen tanta utilitate fides antiq[illegible] *lib. 7. anno ab U. C. 412.* Fides publica privatis difficultatibus [illegible] curam Senatui fuit, *ibid. paulò præced. ab U. C. 408.* Ad utilitatem [illegible] cam etiam pertinet, non ſolùm ſtatuere, ordinare, dirigere, [illegible] terdum connivere, & majoris periculi evitandi causâ indulgere. [illegible] ſcire, non omnia exſequi: parvis peccatis veniam, magnis [illegible] commodare: nec pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentus [illegible] & adminiſtrationibus non peccaturos, quàm damnare, cùm [illegible] *Tacit. Jul. Agric. vita.* Interdum omittere prævalida & adulta vitia, [illegible] hoc adſequi, ut palàm fieret, quibus flagitiis impares eſſemus, & [illegible] rum adſectare, quod non obtineretur, ne coercitio plus [illegible] ferret, *Idem annal. 3.* quoniam intempeſtivis remediis ſæp[illegible] duntur, *Idem annal. 12.* Potiùs inculcet Principi bonus C[illegible] dicat: Imperaturus es hominibus, qui nec totam ſervitutem [illegible] nec totam libertatem. *Idem hiſt. 1.* res diſſociabilis princ[illegible] *Idem in Jul. Agric. vita.* Fide & affectu cives teneri, dicat [illegible] metus & terror infirma vincula caritatis, *Ibidem*

De rei honeſtate. Omnis cogitatio motusq; animi, aut in con- 28
[illegible] honeſtis & pertinentibus ad bene beateq; viven-
[illegible] cognitionisq; verſabitur, *Cic. offic. 1. n. 19.* The-
[illegible] belli, quod cum Perſis fuit, dixit in concione,
[illegible] ſalutare, ſed id ſciri non opus eſſe, poſtulavit,
[illegible] quo cum communicaret, datus eſt Ariſtides.
[illegible] orum, quæ ſubducta eſſet ad Gytheum, cùm
[illegible] frangi Lacedæmoniorum opes, neceſſe eſſet: quod
[illegible] concionem magna exſpectatione venit, dixitq;
[illegible] alferret, ſed minime honeſtum non eſſet;
[illegible] honeſtum non eſſet, id ne utile quidem putave-
[illegible] quod turpe ſit, id nunquam eſſe utile, ne tum qui-
[illegible] utile eſſe putes, adipiſcare, hoc enim ipſum utile pu-
[illegible] calamitoſum eſt, *Idem offic. 3. n. 49. Valer. Max. lib.*
[illegible] *Plutarch. in Themiſtoc. n. 35.* P. Rutilii verba prius,
[illegible] nam utriusq; æquè admirabile ineſt robur. Cùm
[illegible] iniuſtæ rogationi reſiſteret, atq; is per ſummam indigna-
[illegible] Quia ergo, inquit, mihi opus eſt amicitiâ tuâ, ſi, quod ro-
[illegible] rependit. Imò, quid mihi tua, ſi propter te aliquid inho-
[illegible] *Valer. Max. d. loc. cap. 4. n. 4.* Nec utile quidquam,
[illegible] m *Cic. ibid. n. 34.* Veſtra virtus, inquit Otho, exſpe-
[illegible] e honeſtis conſiliis robur, & ſine quibus, quamvis
[illegible] it, *Tacit. hiſt. 1.* Et pertinere ad utilitatem Reipubl.
[illegible] Veſpaſiani honorem, occurre illi, quos innocentiſſimos Se-
[illegible] qui honeſtis ſermonibus (con[illegible]is) aures Imperatoris im-
[illegible] 4. In conſiliis non ubiq; etiam, quod licet, honeſtum
[illegible] *Jur. l. 42. ff. de Ritu Nupt.* minus hoc ſtatim exſe-
[illegible] a enim colore vel ſpecie quadam ceu tegmine juris illumi-
[illegible] ur; plurima ſæpe ratione ſtatus, quaſi velamine re-
[illegible] *plura de his vide lib. 3. cap. 2.*

De æquitate. Malè Curio, cùm cauſam Tranſpadanorum 29
[illegible] ſemper autem addebat: *Vincat utilitas.* Potiùs di-
[illegible] n, quia non eſſet utilis Reipubl. quam cùm æquam eſ-
[illegible] lem fateretur, *Cic. ibid. n. 88.* Ad æquitatem in
[illegible] et, venire, cenſere, corrigere, corrigi, mutare,
mutari;

mutari, facilè perferre increpantem ſingula, non damnare omnia, [illegible] Marcellus ait: Requirere ſe in Senatu Conſularem, in votis ſacerdotem, in jurejurando civem: veniret, cenſeret, quid corrigi aut mutari vellet. [illegible] perlaturos ſingula increpantem, quàm ſilentium perferrent ad [illegible] mnantis, *Tacit. annal. 16. plura de hac lib. 3 cap. 1. & 5.*

30. De fidelitate, uſu & prudentia vallata. Eorum [illegible] lio in negotiis, in judiciis & ſtudiis utere, qui plurimum fide, [illegible] intelligentia præſtant, *Plin. 3. epiſt. 2.* Bona fides exigit, ut [illegible] (Conſilium) tale præſtetur, quale viro bono convenit, *l. 24. ff. lo.* [illegible] *duct.* Conſiliarii enim, niſi in demandato officio & tractandis conſiliis [illegible] deles fuerint, mulcta legis præſtita etiam cingulo privari debent, [illegible] *hac. C. de Judic.* C. Livius neminem fidelius dare poſſe conſilium [illegible] quàm eum, qui id alteri ſuaderet, quod ipſe, ſi in eodem loco eſſet, [illegible] rus fuerit, *Liv. lib. 37. anno ab U. C. 564.* nam & iis fidem habemus, [illegible] plus intelligere, quàm nos arbitramur, quosq; & futura proſpicere [illegible] mus, & cum res agatur, in diſcrimenq; ventum ſit, expedire rem, [illegible] ſilium ex tempore capere poſſe, hanc enim utilem hominibus exiſtimus, veramq; prudentiam. Juſtis autem & fidis hominibus, id eſt, viris bonis ita fides habetur, ut nulla ſit in his fraudis, injuriæq; ſuſpicio, itaq; [illegible] lutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſimè committi arbitramur, *Cic. offic. 2. n. 33.* Piſo ſuper claritatem natalium & elegantiam [illegible] fidei obſtinatio fuit. Integris quoq; rebus à Cæcina & primoribus [illegible] tium jam Vitellium aſpernantibus ambitus abnuere perſeveravit, [illegible] inturbidus, nullius repentini honoris. adeò non principatus [illegible] parum eſſ[illegible]geret, ne dignus crederetur, *Tacit. hiſt. 3.* Quod [illegible] [illegible] *Vellej. Patercul. lib. 2. circa fin. & paulò infra [illegible]* In [illegible] cunq; animo virtus eſt, ei plurimum eſſe tribuendum, qui neminem [illegible] facundia, eloquentia vel authoritate & ſummis honorum gradibus [illegible] ctis, Demoſthenis exemplo, corrumpit. Facilè enim h[illegible] auctoritate principum de ſententia deduci, ſi temporum [illegible] quam majeſtatis me[illegible] adhibeatur oratio, *Liv. lib. 4. anno* [illegible] Ne quicquam & virum bonum & civem fore ait, *Idem.* Si alt[illegible] claudicet Reſp. malis conſiliis, idem ac bonis juris & poteſtatis [illegible] Fidem, libertatem, amicitiam, præcipua humani animi bona, [illegible] ſiliarie, eadem conſtantiâ retinebis, *Tacit. hiſt. 11.* Vera, non ſpecioſa Conſiliarius ſuadeat, ne princeps pro veris ſpecioſa eligere poſſit, [illegible]

[illegible]

›a fecit, de quo *Tacit. ait*: Nec diutius Galba cunctatus ſpecioſiora ſuaibus acceſſit, *ibid.* Veritatem enim ſpectamus, inquit Ulp. non quod finxit, *l. 9. ff. de Caſtrens. pecul.* fac fidelis ſis fideli, cave fidem flugeras, *Plaut. in Captiv. act. 2. in fine.* Ad fidelitatem boni Conſiliatiam pertinet, ut in conſiliis breviter, non inaniter, rationabiliter & icludenter procedat. brevitas enim audiendi cupiditatem conciliat, niinane ingratum repellit. Rationabilitas fiduciam gignit, concluſio titudinem conformat. Semper judicavi in capiendo conſilio prudenm ſummam eſſe, & in dando fidem, *Cic. lib. 11. ad D. Brut. ep. 29. & ult.*

De ratione. Scio ego, quàm difficile atq; aſperum factu ſit, conum dare Regi, aut Imperatori: poſtremò cuiquam mortali, cujus opes excelſo ſunt: quippe cùm & illis conſultorum copiæ adſint: neq; de furo quiſquam ſatis callidus ſatiſq; prudens ſit, *Salluſt. de Republ. ordin. ep. princ.* Quilibet nautarum vectorumq; tranquillo mari gubernare poſt: ubi ſæva orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento navis, tum ro & gubernatore opus eſt, *Liv. lib. 24. pr.* Ratio nihil aliud eſt, quàm corpus humanum pars Divini Spiritus merſa, *Senec. epiſt. 66.* In hoine optimum quid eſt? Ratio. hac antecedit animalia, Deos ſequitur, *dem epiſt. 76.* Ratio, inquit Porphyrius, naturaliter ineſt; ratio verò reta perfectaq; ex meditatione fit atque doctrina. Quapropter rationalis uidem facultatis participatio quædam omnibus competit animalibus, retitudinem verò ſapientiamq; neq; hominem quidem adeptum reperire licet, & quemadmodum differentia viſus ipſius eſt ad viſum, volatuſq; ad volatum. Non enim ſimiliter cernunt aſtures atque cicadæ, neque aquilæ ſimiliter volant, atq; perdices: ſic neque rationale quodlibet æquè particeps eſt acuminis & aſtutiæ, *Philipp. Camerar. hor. ſubciſ. cent. 2. cap. 97.* Ama rationem, hujus te amor contra duriſſima armabit, *Senec. epiſt. 74.* Et ſi vis tibi omnia ſubjicere, te ſubjice rationi, multos reges, ſi ratio te rexerit, ab illa diſces, quid & quemadmodum aggredi debeas: non incides rebus, *Idem epiſt. 37.* Nihil poteſt eſſe diuturnum, cui non ſubeſt ratio, *Q. Curt. lib. 4. circa fin.* cauta potiùs conſilia cum ratione, quàm proſpera ex caſu placent, *Tacit. hiſt. 2.* 31.

—— — —— — —— Diis proximus ille eſt
Quem ratio, non ira movet ——— — —— —
Claud.

Digitized by Google

Agricolam commendat Tacit: quòd ſublime & erectum ejus ingenium mitigavit ratio & ætas, *in ipſius vita.* De M. Furii Camilli rebus geſtis ita teſtatur Liv: Omnia ibi ſumma ratione conſilioque acta, fortuna etiam, ut ſit, ſecuta eſt, *Liv. lib. 5. anno ab U. C. 359.* Fortunam quidem multi ſuſpiciunt, & cum ipſa affulget actionesq; bene & proſperè cedunt, optimo conſilio, nec non ratione negotium geſtum vulgus æſtumat; ſed non rarò ſententia hæc fallit. (nam fortuna inter dubia, virtus inter certa numeratur, *Tacit. de morib. German.*) & ſæpe cum ratione ſerenat, ſæpius contra eum alternat & ludit. Ideò, ubi ea cum ratione cohabitat, proſperè quævis evenire ſolent, quemadmodum *Idem hiſt. 3.* ait: Fortuna
32. Flavianis ducibus non minùs ſæpe, quàm ratio affuit. Q. Fab. Maxim. Gloriam, ait, qui ſpreverit, veram habebit, ſine, timidum pro cauto, tardum, pro conſiderato, imbellem, pro perito belli vocent, omnia audentem contemnet Annibal: nihil temere agentem metuet, nec ego, ut nihil agatur, moneo, ſed uti agentem te ratio ducat, non fortuna. *&c. Idem lib. 22. anno ab U. C. 538. & l. ſeq. in med. ferè.* Idem Dictator ait: Bono Imperatori haud magni fortunam eſſe momenti: mentem rationemq; dominari: ſe ſævo tempore, & ſine ignominia ſervâſſe exercitum, quàm multa millia hoſtium occidiſſe, ducere majorem gloriam eſſe. Et Annnibal ad Scipionem: Præterita magis reprehendi poſſunt, quàm corrigi. Ita aliena appetivimus, ut de noſtris dimicaremus, auimo tantùm nobis opus eſt, non abhorrente à quietis conſiliis, jam ſecundæ, jam adverſæ res ita erudierunt, ut rationem ſequi, quàm fortunam malim, *Idem lib. 30.* Conſilium petens etiam totius negotii cardinem proponere & manifeſtare, nihilque, quod ad rei ſubſtantiam pertinet, celare debet, ut reſponſum congruens accipere poſſit, *l. 15. C. de Tranſact.* Solet enim minima facti qualitas ſæpe totum jus (totam rem) commutare, *l. 31. ff. de Excuſ. tutor. l. 45. ff. de Legat. 3.* Et bene facit Princeps & ſalutariter, quando Conſiliarios diſcordantes audit, ut rationes eorum eò meliùs inquirere poſſit. Ipſe modò huc, modò illuc Claudius, ut quemq; ſuadentium audierat, promptus diſcordantes in concilium vocat, ac promere ſententiam & adjicere rationem jubet, *Tacit. annal. 12. princ.* Hoc facto: Dubium non eſt, inquiunt Imperatoris Diocletian. & Maxim. Omnia omnino, quæ conſilio rectè geruntur, jure meritoq; effectu & firmitate niti, *l. 3. C. de Repud. & Judic. de morib.* Themiſtocles aliquando ait: Conſilia agitantibus rationi conſentanea, ſuccedere illi ut plurimum, at ſi qui cogitant conſilia

ratio-

rationi non conſentanea, ne ipſum Deum ad humanas deliberationes accommodare ſe velle, Herodot. de ipſo ait. Credibilia ſuadentibus hominibus ferè proſperè cedit. Secus facientibus ne Deus vult adeſſe & humanæ ſententiæ indulgere, *lib. 8. in Uran.* Nam honeſtas rerum cauſas, ni judicium exhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur, *Tacit. hiſt. 1. in fine.* Et non ſemper à prono, ſed etiam interdum à ſupino conſilia ſunt ſumenda; non omnia ex fronte, ſed quædam etiam ex occipitio; non omnia ex pectore, non omnia ex capite, ſed quædam etiam ex calce. Et inter ea, ut judico, optima eſſe à contrariis: nam bene ponderatis & remotis contrariis, contraria eorum, ſeu vera, ſeu falſa, ſeu ſimulata, aut alio modo fictitia illa fuerint facilè illuceſcent. Si qui bonis pugnat rationibus, bonis Rempubl. adminiſtrat conſiliis.

De provida cunctatione. Præcipitandi non ſunt, qui deliberant, inquit Ulp. *in l. 1. §. 12. ff. de ſucceſſ. edict.* Eſt illa rerum & negotiorum cura obſervanda, ut in iis, quæ temporis beneficio evitari corrigive poſſunt, cunctatione utenda multa ſanantur tempore, quæ conſilio ſanari non poſſunt. Nullus conſiliarius melior eſt tempore. Vel ut Plutarch. *in Pericle. n. 37. ait:* Tempus omnium conſiliariorum eſt optimus. Tutor cunctatione creſcere rem Romanam affirmabat, coëuntibus undiq; exercitibus. Transvectam è Britannia legionem: accitas ex Hiſpania: adventare ex Italia: nec ſubitum militem, ſed veterem expertumq; belli, *Tacit. hiſt. 4.* Scelera impetu, bona conſilia morâ valeſcere. *inquit idem hiſt. 1.* Omnia non properanti clara certaq; erunt, feſtinatio improvida eſt & cœca, *Q. Fab. M. apud Liv. lib. 22. anno ab U. C. 538. & lib. 28. anno ab U. C. 549.* Unius inſitæ ingenio meo cunctatio nunquam metum pigritiamq; homines adoleſcentes ſanè appellent; adhuc aliorum ſpecioſiora primo aſpectu conſilia, ſemper mea uſu meliora, quanquam probè ſciret, non in caſtris modò ſuis, ſed jam etiam Romæ ſuam cunctationem infamem eſſe, *ibid. lib. 22. dicto anno.* Matura ſint conſilia noſtra, id eſt, neq; citiùs, neq; ſeriùs expedita. *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 10. c. 11.* debet enim patribus ſuis fungi, non quidem præcipiti feſtinatione, ſed nec moratoria conctatione, *l. 7. §. 1. ff. de Adminiſtr. & pericul. tut.* Quisquis ſapit celeriter, non tutò ſapit, *Sophocl. in Oedip.* Corbulo legiones duas cum Verulano Severo & Vectio Bolano ſubſidium Tigrani mittit, occulto præcepto compoſitiùs cuncta, quàm feſtinantiùs agerent. *Tacit. annal. 15. princ.* Tiberius nusquam con-

tabundus, niſi cùm in Senatu loqueretur, *Idem annal. 1. princ.* Nec ruere in conſilia & præcipitare conſiliarium decet. nam, qui ad res gerendas ſine conſilio præceps ruit, torrenti flumini ſimilis eſt. *Herodot. in Thal. lib. 3.* Non enim viribus, aut velocitatibus aut celeritate corporum res magnæ geruntur: ſed conſilio, auctoritate, ſententia. *Cic. de Senect. n. 17.* aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dabit. *Cic. lib. 15. ad Attic. 8.* ubi non
35. proviſio, ibi non prudentia. Circumſpectus etiam in provida cunctatione metus non adeò eſt culpandus, ſi conſiliarium iſte timor ipſum providum & cautum, non abjectum & deſperatum facit. Vir ita demum eſt optimus, inquit Herodot. ſi in deliberando quidem omnem rem, quamcunq; pati poſſit, reputans extimeſcit, in re autem agenda eſt audax, *lib. 7. in Polymn.* Timorem hic non ex vanitate ingenii promanantem (de quo in ſeq.) ſed cum providentia & circumſpectione cautiſſima conjunctum intelligo, non vani hominis, ſed qui meritò in hominem circumſpectiſſimum cadat. *arg. l. 6. ff. quod met. cauſ.* Salluſtius de Jugurtha ait: ac ſanè, quod difficillimum imprimis eſt, & prælio ſtrenuus erat & bonus conſilio, quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem afferre plerumq; ſolet, modò nihil ſpernendum, modò non omnia metuenda; *Tacit. annal. 2.* Aratus, ſi quando acie dimicare cogebatur, in conſiliis ſegnis, in ſubeundis periculis timidus erat, nec periculum facietenus ſuſtinere poterat. Quam ob rem triumphis omnem Peloponeſum explevit. *Polyb. lib. 4. n. 3.* Imitatus eſt Bartolum Jacobus Cujacius, quando ipſe ſtupefactus laudavit ingenium pueri Baldi diſcipuli ſui diſputantis ſuper *l. 27. §. ult. ff. de inoffic. teſtam.* & dixit, in craſtinum ſe reſponſurum, & reſponſiones ſuas ad propoſitas in jure deliberationes in alium diem monitione hac non ſatis fructuoſa rejecit. Nolle ſe, dicens, authoritatem tot annis in jure adquiſitam, una calida & feſtinata reſponſione in diſcrimen adducere. Nulla enim res eadem eſſe poteſt feſtinata ſimul & examinata, nec eſſe quidquam omnium, quod habeat & laudem diligentiæ ſimul, & gratiam celeritatis. Hodie propone & cras audies. Ariſtidem dixiſſe fertur, non enim ex iis ſumus, qui vomunt orationes, ſed ex iis, qui cum cura eas meditantur, *vide de his Michael. Piccart. obſ. hiſt. polit. Decad. 11. cap. 10.* Carolum V. Imperatorem in ore habuiſſe ferunt: cunctationem eſſe animam conſilii, celeritatem verò exſecutionis, easq; ſimul junctas quintam eſſe eſſentiam boni Principis. Velocitas juxta formidi-

Digitized by Google

midinem, cunctatio propior conſtantiæ eſt, *Tacit. de Morib. German.* In ſalubri mora novas vires affore, inquit idem *hiſt. 3. princ.* Legati circumſtantes ſellam, orabant, ut rem in poſterum diem differret, & iræ ſuæ ſpatium & conſilio tempus daret, *Liv. lib. 8. anno ab U. C. 430.* Antonius inſerens, ſe manipulis, ubi aſpectu & auctoritate ſilentium fecerat, non ſe decus, neque pretium eripere tam bene meritis affirmabat: ſed diviſa inter exercitum ducesq; munia: militibus cupidinem pugnandi convenire: duces providendo, conſultando, contatione ſæpius, quàm temeritate prodeſſe, ut pro virili portione victoriam juverit: ratione & conſilio propriis ducis artibus profuturum, *Tacit. hiſt. 3.* Quid boni interdum provida cunctatio gignit, vel etiam ex eo, quid mali cœca feſtinatio affert, ſatis intelligendum. ut de Butridio Tacit. refert: Hic ſi rectum iter pergeret, ad clariſſima quæq; iturum, feſtinatio exſtimulabat, dum æquales, dein ſuperiores, poſtremò ſuasmet ipſe ſpes ante ire parat, quod multos etiam bonos peſſum dedit, qui ſpretis, quæ tarda cum ſecuritate, præmatura vel cum exitio properant, *annal. 3. circa fin.* Semper in eo, quidquid impensè, aut cupimus, aut odimus, mora ſalutaris eſt. Interdum etiam circa cunctationem: Miſce ſtultitiam conſiliis brevem.

Dulce eſt deſipere in loco. *Horat. carm. lib. 2. od. 12. in fine.*

De muſſitatione. Caveat providus & circumſpectus Conſi- 35
liarius, ne circum conſiſtentibus ſatellitibus, celeribus aut aliis miniſtris & famulis pleno gutture & aperto ore proferat ſua conſilia, ne ea vix prolata in hoſtium citiùs, quàm in ipſius conſulentis auribus ſonent. Hæc atque talia, inquit Tacit: audienti nihil quidem pravæ cogitationis, ſed interdum voces præcedebant contumaces & inconſultæ: quas adpoſiti cuſtodes exceptas auctasque deferrent, *annal. 4. prope fin.* Nam quò quæque accuratiùs curantur, eò faciliùs loquacitate regiorum miniſtrorum emanant, *inquit Liv. lib. 44.* Scio, vulgo perſuaſum, quaſi egreſſo poſt ſecretum ſermonem Tiberio, vox Auguſti per cubicularios excepta ſit, miſerum populum Romanum, qui ſub tam lentis maxillis erit, *Sueton.*

Sueton. in Tiber. n. 21. & Tacit. hiſt. 1. Circumſteterat interim palatium publica exſpectatio magni ſecreti impatiens, & malè coërcitam famam ſupprimentes augebant. Conſilium nemo clamore det, *Senec. epiſt. 38.* Agrippa Mecœnas inter alia ad Cæſ. Octavium: Sic demum Respubl. rectè geretur, quum neq; omnibus conſilia de ea inita vulgentur, neq; in aperto ea agitentur, neq; iis, qui ultro eſſe obtrudunt, mandentur, neq; ob eorum ambitionem in periculum veniant, *Dio Caſſ. lib. 52.* Nero, quoties ad conſultandum ſecederet, neq; in commune quidquam, neq; propalam deliberabat, ſed & conſcriptas ab unoquoq; ſententias tacitus ac ſecreto legens, quid ipſi lubuiſſet, perinde atq; pluribus videretur, idem pronunciabat, *Sueton. in Nerone n. 15.* Patres conſilia inde non publica, ſed in privato, ſeductaq; à plurium conſcientia habuere, *Liv. lib. 2. anno ab U. C. 281.* Otho ita diſſeruit: non omnes nuncios palàm audiri, omnia conſilia cunctis præſentibus tractari, ratio rerum, aut occaſionum velocitas patitur? Tam neſcire quædam milites, quàm ſcire oportet. Ita ſe ducum authoritas, ſic rigor diſciplinæ habet, ut multa per centuriones tribunósq; tantùm juberi expediat, & ubi jubeantur, quærere ſingulis liceat: pereunte obſequio, etiam imperium intercidit, *Tacit. hiſt. 1. circa fin.*

36. **De perficiendi modo.** Nulla conſilio ineſt auctoritas, niſi, qui illud dedit, modum quoq; perficiendi illius oſtendat. *Anton. Guev. horol. Pr. lib. 2. cap. 32.* Suadere principi quod oporteat, multi laboris, *Tacit. hiſt. 1.* quoniam perficiendi modus ſæpe difficulter poteſt exquiri Annius: Quanquam ipſe ego retuli, quid reſponderi placeret, tamen magis ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quàm quid loquendum ſit, facilè erit, explicatis conſiliis accommodare rebus verba, *Liv. lib. 8. anno ab U.C. 415.* pleraq; nova commenta mortalium in verbis vim habent extemplo, quum agi, non quemadmodum agantur, ediſſeri oportet, ſine ullo effectu evaneſcunt, *Idem lib. 44. prope fin.* Annibal cùm aliquando convocatis Principibus Tarentinis præſentes difficultates expoſuiſſet, aſſentiebantur Tarentini. Cæterùm ei, qui conſilium afferret, opem quoque in eam rem afferendam eſſe cenſebant, *Idem lib. 25. anno ab U. C. 542.* In quæ conſilium dedi, inquit Annibal, in eadem nec infidelem, nec ſegnem operam polliceor, *Idem lib. 36. princ. ferè* Ut denegare conſulentibus fidele conſilium eſt inhumanum, ita non tempori poſtulantibus extemplo aperire, & auxilio ſubvenire, non iniquum.

Cape-

Capenatibus ae Faliſcis à Romanis reſponſum: unde conſilium non petisſent ſuper tanta re, auxilium petere non deberent, *Idem lib. 5. anno ab U. C. 358.* Sed hodie multi couſiliariorum ſunt, qui ad conſilia depromendum ſatis ſunt callidi & prompti, ad modum verò perficiendi, ad opem ferendum, vel periculum ſuſtinendum, nimis tardi & opere procul. Conſilium ab hominibus datum eſt, periculum pauci ſumpſere, inquit Tacit. *hiſt. 3. circa fin.* Ariſtenus Prætor: Non magis conſilium vobis principes Achœorum deeſt, quàm lingua: ſed ſuo quisq; periculo in commune conſultum non vult, *Liv. lib. 32 in med. ferè.* Inferioris Germaniæ legiones ſolenni Kalend. Januar. ſacramento pro Galba adactæ, multa contatione & veris primorum ordinum vocibus: cœteri ſilentio, proximi cujusq; audaciam exſpectantes, inſitâ mortalibus naturâ properè ſequi, quæ piget inchoare, *Tacit. hiſt. 1.* Comitem quivis, ducem nemo ſe præbere vult; Niemand will der Katzen die Schel anhengen/ *Proverb.* Perſacile cuivis eſt, verbis belli ducem agere, procul periculo, *Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 9. n. 39.*

De conſtantia. Nihil eſt, quod tam deceat, quàm in omni re gerenda, conſilióq; capiendo ſervare conſtantiam, *Cic. offic. 1. n. 125.* Fortis enim animi eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur, ſed præſenti animo, ut & conſilio, nec à ratione diſcedere, *ibid. n. 89.* Cùm Perſeus Rex Macedoniæ cum Romanis de pace conſultaret & variæ conditiones proponerentur, inquit Liv. ſummoris his cùm conſultarent, Romana conſtantia vicit in conſilio, *lib. 44. juxta fin.* Maſaniſſa cum Syllano clàm congreſſus, ut ad nova conſilia gentem quoq; ſuam obedientem haberet, cum paucis popularibus in Africam trajecit, non tam evidenti eo tempore ſubitæ mutationis cauſâ: quàm documento poſt id tempus conſtantiſſimæ ad ultimam ſenectam fidei, ne tum quidem eum ſine probabili cauſa feciſſe, *Idem lib 28. anno ab U. C. 547.* Judicia, ubi non à ratione & Philoſophia robur ad agendum accipiunt, concutiuntur, ac facilè quavis, vel laude, vel vituperio præcipitia aguntur, ſuis conſiliis & rationibus excuſſa, oportet enim non ſolùm ipſam actionem juſtam honeſtámq; ſed etiam conſilium, quo inducti eam ſuſcipimus, conſtans eſſe, ac immobile, agendúmq; eſt cum delectu: ne quemadmodum helluones ſummo appetitu cùm expetant cibos, gulæ ſatiendæ idoneos, iis repleti ſtatim ſatietate moleſtantur: ita nos quoq, re confecta, animo langueamus. emarceſcente propter imbicillitatem animi honeſtatis concepta ſpecie. Nam pœnitentia id quoque, 37

quod

quod eſt præclarè factum, turpe efficit; ac propoſitum, quod à certa ſcientia & conſilio proficiſcitur, nunquam mutatur, ne ſi ſucceſſu quidem careat. Unde Phocion Athenienſis, cùm inſtituto Leoſthenis adverſatus eſſet, atq; hic rem fœliciter egiſſe videretur, cernens propter victoriam eam Athenienſes exſultare & ſacra facere. Nollem profectò, inquit, eum non uſum fuiſſe illo ſucceſſu: ſed meum tamen conſilium ſecutum vellem, *Plutarch. in Timol. n. 7.* Antiſtius Prætor, qui in tribunatu plebis licenter egiſſe memoratur & probroſa adverſus principem carmina factitaſſe, vulgaviſſeq; celebri convivio dicitur, dum apud Oſtorium Scapulam epularetur, majeſtatis delatus eſt. Et cùm Oſtorius nihil audiviſſe pro teſtimonio dixiſſet. Junius Marulus adimendam reo præturam necandumque morte majorum cenſuiſſet. Cæteris inde aſſentientibus, Pœtus Thraſea multo cum honore Cæſaris & acerrimè increpito Antiſtio. Nam quidquid nocens reus pati mereretur, id egregio ſub Principe nulla neceſſitate obſtricto Senatu ſtatuendum diſſeruit *&c.* Libertas Thraſeæ ſervitium aliorum rupit, & poſtquam diſceſſionem conſul permiſerat, pedibus in ſententiam ejus iere, paucis exemptis, *&c.* His atq; talibus recitatis, & offenſione manifeſta, non ideò aut conſiliis mutavere relationem, aut Thraſea deceſſit ſententiâ (conſtantia erat) cæterive, quæ probaverant, deſeruere: pars ne principem objeciſſe invidiæ viderentur, plures numero tuti; Thraſea ſueta formitudine animi & ne gloria intercideret, *Tacit. annal. 14.* Nemo mutatum Catonem, toties mutata Republ. vidit: eundem ſe in omni ſtatu præſtitit. In prætura, in repulſa, in accuſatione, in provincia, in concione, in exercitu, in morte, deniq; in illa Reipub. trepidatione, cùm illinc Cæſar eſſet decem legionibus pugnaciſſimis ſubnixus, tot externarum gentium præſidiis; hinc Cn. Pompejus, ſatis unus adverſus omnia. Cùm alii ad Cæſarem inclinarent, alii ad Pompejum, ſolus Cato fecit aliquas & Reipubl. partes, *&c. Senec. epiſt. 104.* Retineri

38\. caſtra & eludi Parthus tractu belli poterat, ſi Pœto aut in ſuis, aut in alienis conſiliis conſtantia fuiſſet. Verùm, ubi à viris militaribus adverſus urgentes caſus firmatus erat, rurſus ne alienæ ſententiæ indigens videretur, in diverſa ac deteriora tranſibat, *Tacit. annal. 15.* acribus initiis, incurioſo fine, *Idem annal. 6.* Nec tamen inconſtantiæ nota eſt quælibet conſilii mutatio. Illa quæ ſine cauſa, ratione & neceſſitate quadam urgente fit; inconſtantiæ ſignum eſſe poteſt. Quid opus eſt novo conſilio, ſi in re nihil omnino novi eſt? *Cic. Philipp. 12.* Mutatio voluntatis indicat animum

mum natare aliubi, atq; aliubi apparere, prout tulit ventus, *Senec. epiſt.* 35.
Scire debet, quid petat ille, qui ſagittam vult mittere: & tunc dirigere & mo-
derari manu telum, errant conſilia noſtra, qui non habent, quò dirigantur.
Ignoranti, quem portum petat, nullus ſuus ventus eſt, *Idem epiſt. 71.* Quæ
autem cum re mutatio fit, inconſtantiæ & vanitatis nota eſſe non debet.
Non eſt turpe cum re mutare conſilium, *Idem de benefic. lib. 4. cap. 38.* ſi
modò non in alterius injuriam, *l. 75. ff. de Regul. Jur.* Nemo non quoti-
die & conſilium mutat, & votum, *Idem Senec. epiſt. 120.* Variâſſe Papi-
nianum & mutâſſe aliquando ſententiam, ſcribit Juſtin. *in l. ult. §. ſed cum
3. C. de furt. & ſervo corrupto,* quem etiam in contrarium vocavit Sabini
ſententiâ, *l. 6. in fine ff. de Serv. exportand.* ubi res nova deſideratur, no-
vum conſilium & remedium ſuggerendum, *l. 1. princ. ff. de Ventr. inſpic.* Et
nunquam ait Cicero præſtantibus in Republ. gubernanda viris laudata eſt
in una ſententia perpetua permanſio, *lib. 1. ad Lentul. ep. penult. n. 5.* Ne-
que eſſe inconſtantis, puto, ſententiam aliquam, tanquam aliquod navi-
gium, atq; curſum, ex reipubl. tempeſtate moderari, *Idem pro L. Cornel.
Balbo n. 61. Et lib. 14. epiſt. 23. ad Attic.* Conſilia temporum ſint, quæ in
horas commutari vides. prout res mutantur, ſic & conſilia rebus oportu-
na capienda ſunt, ut ire liceat alio gradu, ſed non aliâ via. Herennius
Pontius conſultus ab nuncio filii, cenſuit omnes inde quàm primùm invio-
latos dimittendos, quæ ubi ſpreta ſententia eſt, iterumq́; eodem remean-
te nuncium conſulebatur, cenſuit ad unum omnes interficiendos. Quæ
ubi tam diſcordia inter ſe velut ex ancipiti oraculo reſponſa data ſunt:
quanquam filius ipſe imprimis jam animum quoq; patris conſenuiſſe in af-
fecto corpore rebatur: tamen conſenſu omnium victus eſt, ut ipſum in
concilium acciret. Nec gravatus ſenex. plauſtro in caſtra dicitur avectus:
vocatusq́; in concilium, ita fermè locutus eſſe, ut nihil ſententiæ ſuæ mu-
taret, cauſas tantùm adjiceret. Priore ſe conſilio, quod optimum duce-
ret, cum potentiſſimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare
pacem amicitiamq́;, altero conſilio in multas ætates, quibus amiſſis duobus
exercitibus haud facilè receptura vires Romana res eſſet, bellum differre.
tertium nullum conſilium eſſe, *&c. Liv. lib. 9. princ. anno ab U. C. 433.* Id
primò acerbum indignumq́; Vejentibus viſum. inde conſilium ex re na-
tum, *Idem lib. 2. anno ab U. C. 276.* Cujusvis hominis eſt errare: nullius
niſi inſipientis in errore perſeverare. Poſteriores enim cogitationes ſa- 39.
pientiores ſolent eſſe, *Cic. orat. 53. Philipp. 12. princ. Et paulò infer.*

Optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii. Nemo doctus unquam mutationem conſilii, inconſtantiam dixit eſſe, *Idem lib.16. ad Attic. epiſt.7.* Nonnunquam Prætor variantem non repellit & conſilium mutantis non aſpernatur, *Pompon. in l. 8. ff. de Collat. bonor.* Tunc fidem fallam, tunc inconſtantiæ crimen audiam, ſi, cùm omnia eadem ſint, quæ erant, promittente me non præſtitero promiſſum, alioquin, quicquid mutatur, libertatem facit de integro conſulendi, & meam fidem liberat. Promiſi advocationem, poſtea apparuit per illam cauſam præjudicium in patrem meum quæri, promiſi peregrè me unà exiturum? Sed iter infeſtari latrociniis nunciatur, in rem præſentem futurus fui; ſed æger filius, ſed puerpera uxor tenetur, omnia eſſe debent eadem, quæ fuerunt, cùm promitterem, ut promittentis fidem teneas, *Senec. ibid. cap. 35.* Conſilia rebus aptentur, res feruntur, imò volvuntur, *Idem. epiſt. 71. princ.* In cujus mentem accedit Cicero cùm ait: Nec promiſſa igitur ſervanda ſunt ea, quæ ſunt iis, quibus promiſeris, inutilia: nec ſi plus tibi noceant, quàm illi proſint, cui promiſeris. contra officium eſt, majus damnum anteponi minori: ut, ſi conſtituens te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum, atq; interim graviter ægrotare filius cœperit, non ſit contra officium, non facere, quod dixeris, magisq;, cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum quæratur. *&c. offic. 1. n. 32.* Ut in navigando tempeſtati obſequi artis, etiamſi portum tenere nequeas, cùm verò id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt, eum tenere cum periculo curſum, quem ceperis potiùs, quàm eo commutato, quò velis tandem pervenire: Sic, cum omnibus nobis in adminiſtranda Republ. propoſitum eſſe debeat id, quod à me ſæpiſſimè dictum eſt: cum dignitate otium: non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus, *Idem d. epiſt. pen. ad Lent. n. 5.*

40. **De ſilentio vel taciturnitate.** Conſilium, vel à conſulendo dicitur, vel quòd in unam ſententiam plurium mentes conſiliant & conveniant. Sed à ſilentio credibilius dictum putatur, quo maximè invenitur, *Sext. Pompon. Feſt.* Nudata alicujus intima & ſecreta negotii aperta non vulgentur, *l. 3. §. 1. ff. de Recept. qui arbitr. recep. Feud. 2. de nova forma fidelit.* nec privata ſecreta pandantur, *l. 2. C. de alim. pupillo præſtand. l. 1. §. 39. ff Depoſiti.* multò minùs publica : nam imperio magna ab univerſis ſecreta debentur, *l. 17. C. de operib. public.* Adeò magna charitate patriæ omnes tenebantur, ut arcana conſilia P. conſcriptorum multis ſeculis

nemo

nemo Senator enunciaverit. Q. Fabius M. tantummodo, & is ipſe per imprudentiam de tertio Punico bello indicendo, quod ſecreto in curia erat actum. P. Craſſo rus petens, domum revertenti in itinere narravit, memor eum triennio ante Quæſtorem factum, ignarusq; nondum à Cenſoribus in ordinem Senatorium allectum: quo uno modo his, qui jam honores geſſerant, aditus in curiam dabatur. Sed quamvis honeſtus error Fabii eſſet. Vehementer tamen à Conſulibus objurgatus eſt. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculum, labefactari volebant. Ergo cùm Aſiæ Rex Eumenes amantiſſimus noſtræ urbis bellum à Perſe adverſus populum Romanum comparari Senatui renunciaſſet, non antè ſcire potuit, quid aut ille locutus eſſet, aut patres reſpondiſſent, quàm captum Perſen cognitum eſt. Fidum erat & altum Reipub. pectus Curia, ſilentiiq; ſalubritate munitum & vallatum undique, cujus limen intrantes, abjecta privata charitate, publicam induebant. Itaque non dicam unum, ſed neminem audiſſe crederes, quod tam multorum auribus fuerat commiſſum, *Valer. Max. lib. 2. cap. 2. princ.* Alexander M. epiſtolam à matre miſſam, quæ occultas accuſationes & calumnias in Antipatrum continebat, legens eandem, Hepheſtioni amico ſuo legendam dedit; ſed ea lecta, annulum digito detraxit, & ori illius ſigillum, veluti reticentiæ ſymbolum impreſſit, dicens: contine hæc, & ne quid eorum effutias, *Plutarch. in Alex. n. 71.*

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus;
At contra gravis eſt culpa, tacenda loqui.
Ovid. lib. 2. de art. amandi.

Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis eſt, ce- 41.
lat amici commiſſum, *Proverb. Salom. 1. vers. 13.* Denudare amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis, *Eccleſ. 27. v. 24. & cap. 19. v. 8* Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum. Cùm aliquando prudentiſſimo Demoſtheni objiceretur oris fœtor, reſpondit: bene dicis: multa enim ſecreta in eo computruerunt, quod de Hierone refert Plutarch. *libello de capiend. ex hoſtib. utilitatib. n. 12.* Mos Senatoribus Romæ fuit, in curiam cum prætextatis filiis (qui exceſſerant 12. ætatis annum) introire. Et cùm in Senatu res major quæpiam conſultata, eaq; in diem poſterum prolata eſſet. Mater Papyrii pueri, qui cum parente ſuo in curia fuerat, percontata eſt filium, quidnam in Senatu patres egiſſent: tacendum eſſe, neq; id dici licere; mulier fit audiendi cupidior: ſecretum rei & ſilentium pueri

Digitized by Google

animum ejus ad inquirendum incitat. Quærit igitur compreſſiùs violentiusq;. Tum puer matre urgente, lepidi atque feſtivi mendacii conſilium capit: actum in Senatu dixit: utrum videretur utilius, exq; Republ. eſſe, unúsne ut duas uxores haberet, an, ut una apud duos nupta eſſet. Hoc illa, ut audivit, animus compaveſcit. domo trepidans egreditur, ad cæteras matronas pervenit. Ad Senatum poſtridie matrumfamilias catervæ, lacrymantes atque obſecrantes orant, ut duobus una potiùs nupta fieret, quàm ut uni duæ. Senatores ingredientes curiam, quæ illa mulierum inintemperies, & quid ſibi poſtulatio illa vellet, mirabantur: & non ut parvæ rei prodigium illam verecundi ſexus impudicam inſaniam paveſcebant. Puer Papyrius publicum metum demit, nam in medium curiæ progreſſus, quid mater audire inſtituiſſet, quid ipſe matri dixiſſet, rem, ſicuti fuerat, enarrat. Senatus fidem atq; ingenium pueri exoſculatur, conſultum facit, uti poſthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, niſi unus ille Papyrius. Atq; puero poſtea cognomentum honoris gratia decreto inditum. Prætextatus ob tacendi loquendiq; in ætate prætexta prudentiam, *Aul. Gell. lib. 1. noct. Attic. cap. 23.* Pompeji etiam probabilis virtus: qui, dum legationis officio fungeretur, à Gentio Rege interceptus, cùm Senatus conſilia prodere juberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eâq; patientiâ regi ſimul & deſperationem tormentis quicquam ex ſe cognoſcendi excuſſit, & expetendæ populi Romani amicitiæ magnam cupiditatem ingeneravit, *Valer. Max. lib. 2. cap. 3. n. 2.* Cui Hiſpani ſimiles commendantur, ſæpe tormentis pro ſilentio rerum creditarum immortui: adeò illis fortior taciturnitatis cura, quàm vitæ, *Juſtin.*
42. *lib. ult.* M. Antonius avorum noſtrorum temporibus clariſſimus orator, inceſti reus agebatur, cujus in judicio accuſatores ſervum in quæſtionem perſeverantiſſimè poſtulabant; quòd ab eo, cùm ad ſtuprum iret, laternam prælatam contenderet. Erat autem is etiam tum imberbis & ſtabat coram videbatq; rem ad ſuos cruciatus pertinere, nec tamen ad eos fugitavit. Ille verò, ut domum quoq; ventum eſt, Antonium hoc nomine vehementiùs confuſum & ſolicitum ultrò exhortatus, ut ſe judicibus torquendum traderet, affirmans nullum verbum ore ſuo exiturum, quò cauſa ejus laudaretur, ac promiſſi fidem mirâ patientiâ præſtitit: plurimis etiam laceratis verberibus eculeoq; impoſitus, candentibus etiam laminis uſtus omnem vim accuſationis, cuſtodita rei ſalute, ſubvertit, *Valer. Max. lib. 6. cap. 8. n. 1.* Q. Fabius Max. ſi quid unquam arcani ſanctíve ad ſilendum in curia

fuerit, id omnium maximè tegendum, occulendum, obliviſcendum, pro non dicto habendum eſſe, *Liv. lib. 23. in med. ferè.* Nihil iſtuc opus eſt arte ad hanc rem, quam paro, ſed iis, quas ſemper in te intellexi ſitas, fide & taciturnitate, *Terent. in Andr. act. 1. ſc. 1.* Ideo duabus auribus, & unâ tantum linguâ conſtruxit homnem Deus Ter O. M. ut plus audiat, quàm loquatur.

Arcanum neq; tu ſcrutaberis ullius unquam,
Commiſſumq; teges, & vino tortus, & ira.
Horat. epiſt. lib. 1. epiſt. 18.

Vitellii paratus noſcebantur. Veſpaſiani conſiliorum pleraq; ignota, *Tacit. hiſt. 2.* Alexander, quam regionem Darius petiiſſet, omni cura veſtigans, tamen explorare non poterat; more quodam, Perſarum arcana regum, mira celantium fide non metus, non ſpes elicit vocem, qua prodantur occulta: Vetus diſciplina regum, ſilentium vitæ periculo ſanxerat. Lingua graviùs caſtigatur, quàm ullum probrum: nec magnam rem magis ſuſtineri poſſe credunt ab eo, cui tacere grave ſit, quod homini facillimum voluerit eſſe natura; ob hanc cauſam Alexander omnium, quæ apud hoſtem gererentur, ignarus, *Q. Curt. lib. 4.* Ideo futurorum incerti, quòd apud Perſas nemo conſiliorum eſt conſcius, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos ſilentii quoq; colitur numen, *Ammian. Marcellin. lib. 21.* Utroq; pollice laudandus eſt Q. Metellus, qui cum Proconſule bellum in Hiſpania adverſus Celtiberos gereret, urbemq; Canobriam, caput ejus gentis, viribus expugnare non poſſet; intra pectus ſuum diu multumq; conſiliis agitatus, viam reperit, qua propoſitum ad exitum perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atq; alias regiones petebat. Modò hos obſidebat montes, paulò pòſt ad illos transgrediebatur. Cùm interim tam ſuis omnibus, quàm iſtis hoſtibus ignota erat cauſa inopinatæ ejus ac ſubitæ fluctationis. Interrogatus quoq; à quodam amiciſſimo ſibi, quid ita ſparſum & incerum militiæ genus ſequeretur: Abſiſte, inquit, iſta quærere; nam ſi hujus conſilii mei interiorem tunicam conſciam ſenſero, continuò eam cremari jubebo, *Val. Max. lib. 7. c. 4. n. 5.* Intelligebat enim, nulla 43.
conſilia eſſe meliora, quàm illa, quæ ignoraverit adverſarius, antequam faciat, *Veget. lib. 3. c. ult.* Ad loquendum, atq; ad tacendum, tu te habeas portiſcuum, *Plaut. in Aſin. act. 3.* | Sic quò ſilentium etiam in literis cuſtodiri, & hoſtis etiã eas acceptas & apertas, neq; legere, minùs intelligere, quid ſcriptum eſſet, poſſet, ſcribendi genꝰ in ſcytala Lyſandri tempore fuit uſitatum.

de cujus ſcytalæ forma & ſpecie, modoq́; in ea ſcribendi videre licet apud Plutarch. *in Lyſandr n.36. Aul.Gell. noct. Attic. lib.17. cap.9. vide Guid. Panciroll. lib. 1. tit. 24. rerum memorabil.* Silentium porrò non ſolùm voce viva contineri, ſed & geſtu, nutu, demonſtratione & aliis ſignis vel figùris voluntas vel animus debet ſilere. Maurus adhibitis amicis, ac ſtatim immutata voluntate, remotis, ſceleris, ſecum ipſe multa agitarē, vultu corporis pariter, atq, animo varius: quæ ſcilicet, tacente ipſo, occulta oris patefeciſſe, *Salluſt. bello Jugurth. in fine.* Principium eorum, inquit Polyb. quæ diximus, ſilentium eſt: ut neq; propter gaudium, ſi ſpes quædam inopinata affulgeat: neq; propter metum, neq; ex conſuetudine, vel amico affectu, cuipiam extero, ſed ſolis illis de conatu ſuo communicent, ſine quibus, quod propoſitum eſt, ad finem perducere non potuerunt: & his quoq; non niſi dum uniuſcujusque neceſſitas cogit. Silendum autem eſt, non linguâ tantùm, ſed multò magis & animo. Etenim multis hoc accidit, ut conſilia ſua, quæ verbis celârunt, aliquando demonſtratione judiciorum, nonnunquam & factis manifeſtarint, *lib. 9. n. 5.* Promptus exemplo eſt Thraſybulus Mileti tyrannus: miſſo enim præcone Periander Thraſybulum interrogavit, qua ratione ipſe rebus tutiùs conſtitutis civitatem pulcherrimè gubernaret. Thraſybulus eo, qui â Periandro miſſus erat, extra oppidum educto, ingreſſus eſt rus quoddam ſatum: & unà cum nuncio ſegetem interambulans, ſciſcitabat hominem de ſuo adventuê Corintho, detruncans atq; abjiciens, utq́, quamq; videbat ſpicam inter alias exſtantem, donec ſegetem formoſiſſimam atq; denſiſſimam hunc in modum corrupit, prædiumq́; illud pervagatus, nullo verbo reddito, præconem remiſit. Reverſus Corinthum præco, avido perceptionis audiendæ Periandro, negavit ſibi quippiam reſpondiſſe Thraſybulum, mirari, quòd ſe ad virum veſanum Periander miſiſſet, & ſua ipſius deſtruentem, exponitq́;, quæ ex Thraſybulo vidiſſet. Periander id Thraſybuli factum intelligens atq; interpretans ſibi ab illo præceptum, ut eminentiſſimos quosq; popularium interimeret, tunc verò omnem in cives ſævitiam exercuit, interficiendo ac perſequendo, conſummans id, quòd â Cypſelo fuerat omiſſum, adeò quidem, ut uno die univerſas mulieres Corinthias exſuerit, propter Meliſſam uxorem ſuam, *Herodot. lib. 5. in Terpſich. Ariſt. lib. 3. polit. cap. 13.* Mit den Eyern in die Pfan/ ſo werden keine Küchel daraus. *Proverb.* Quod exemplum ſecutus eſt Tarquinii Superbi Sextus filius, qui minimus ex tribus erat, hic transfugit ex compoſito Gabios, patris in ſe

ſævi-

Digitized by Google

ſervitiam intolerabilem conquerens. Poſtquam verò ſatis virium colle-ctum ad omnes conatus videbat, tum è ſuis unum ſciſcitatum Romam ad patrem mittit, quidnam ſe facere vellet: quandoquidem, ut omnia unus ipſe Gabiis poſſet, ei dii dediſſent. Huic nuncio (qvia credo dubiæ fidei videbatur) nihil voce reſponſum eſt, Rex velut deliberabundus in hortum ædium tranſit, ſequente nuncio filii, ibi inambulans, tacitus ſumma papaverum capita dicitur baculo decuſſiſſe. Interrogando, exſpectandóq; reſponſum nuncius feſſus, ut re imperfecta redit Gabios: qvæ dixerit ipſe, qvæq; viderit, refert, ſeu ira, ſeu odio, ſeu ſuperbia inſita ingenio, nullam eorum vocem emiſiſſe. Sexto ubi, quid vellet parens, quídq; præciperet, tacitis ambagibus patuit: primores civitatis, criminando alios apud populum, alios ſuâ ipſos invidiâ oportunos interemit, multi palàm, qvidam, in quibus minus ſpecioſa criminatio erat futura, clàm interfecti patuit: qvibusdam volentibus fugâ, aut in exſilium acti ſunt: abſentiúmq; bona juxta atq; interemptorum diviſa fuêre, *Liv. lib. 1. anno ab U. C. 220. Flor. lib. 1. cap. 7. Dionys. Halicarnaſſ. lib. 4. n. 63. Plura apud Plutarch. de Garrulit. n. 25.* Qvidam ſilentium non tenent, inertiâ & incuriâ magis, quàm 44. vulgandi ſtudio aut prodendi cupiditate. Sic de Germanis antiqvis refert Tacitus. Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, qvàm ea ſpecies dolore & ira adfecit, qui modò abire ſedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt: plebes, primores, juventus, ſenes, agmen Romanum repente incurſant, turbant, poſtremò diligunt locum, flumine & ſylvis clauſum, arta intus planitie, & humida: ſylvas qvoq; profunda palus ambibat, niſi qvòd latus unum Angrivarii lato aggere extulerant, qvo â Cheruſcis dirimerentur, hic pedes adſtitit, eqvidem propinqvis lucis texere, ut ingreſſus ſylvam legionibus à tergo foret. Nihil ex iis Cæſari incognitum, conſilia, locos, prompta, occulta, noverat, aſtúsq; hoſtium in perniciem ipſis vertebat, *Idem annal. 2. & annal. 11.* Havd ſum ignarus fabuloſum viſum iri, tantum ullis mortalium ſecuritatis fuiſſe, in civitate omnium gnara & nihil reticente. Qvidam: occultè, rectè & qvaſi nolentes arcana rumpunt & aperiunt. Noſtra tempeſtate, inquit Ægid. Boſſ. D. Franciſcus Bellonus, Senator in civitate Caſalis, qui revelaverat quandam ſententiam capitalem, adhuc non publicatam, fuit capite ob hoc ſolum obtruncatus, quam ſententiam adverſus ſemetipſum ipſe priùs tulerat; cùm enim fuiſſet interrogatus à Marchione, quâ pœnâ dignus eſſet, qui ſententiam capitalem revelâſſet, reſpondit:

eadem

Digitized by Google

eadem capitali pœna, ipſo Marchione ſubdente, tu igitur hanc pœnam patieris, *pract. crimin. Tit. de Carcerato fidejuſſ. n. 32. vide numeros ſeq.* Tarquin. Rex M. Tullium Duumvirum, quòd librum, ſecreta civilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abjici juſſit, *Valer. Max. lib. 1. cap. 1. n. 13.* Jure Civili conſiliorum enunciatores, aut vivi ſunt exurendi, aut furcâ ſuſpendendi, *l. 35. §. 1. ff. de pœn. l. 6. §. 4. ff. de re milit.*

45. Sed hodie non tantùm in curiis, verùm etiam in aulis principum commune propatuli malum conſiliorum evulgatores admodum ſunt, neglecta pœna, frequentes. Conqueritur hoc T. Petron. Arbiter Satit.

Nam citiùs flammas mortales ore tenebunt,
Quàm ſecreta tegant, quidquid dimittis in aula,
Effluit, & ſubitis rumoribus oppida pulſat.
Nec ſatis eſt vulgaſſe fidem: ſimulatiùs exit
Proditionis opus, famamq; onerare laborat.

Sunt tamen quædam minimè ſilentio tegenda; ſed potiùs palàm faciendae & omnibus patefacienda. Ut quæ vergant in nominis Divini gloriam, & Majeſtatis divinæ manifeſtationem immortalem. Arcanum Regis bonnm eſt occultare, opera autem Dei revelare glorioſum, *Tobiæ 12.* [illegible] licèt, neſcio, quo ſenſu Herodotus in contrarium dixerit: Ex iis narrationibus, quæ ad rem divinam pertinentia audivi, ea non libenter enunciaverim, *lib. 2. in Euterp. princ.* Sic etiam crimina publica, præſertim in deſtructionem Reipubl. feſtinata, non modò ſunt ſilenda, ſed etiam, [illegible] ter filium, vel filius patrem occidiſſet, ſine ſcelere, etiam præmio adficiendum omnes conſtituerunt, *l. 35. ff. de Religioſ. & ſumptib. fun. Cic.* [illegible] *n. 90. A. Gell. noct. Attic. lib. 2. cap. 7.* Peccata enim nocentium nota [illegible] & oportere, & expedire, inquit Paulus: *in l. 18. ff. de Injur.* Sunt [illegible] privata quædam non ſilenda, ſed propalanda, & ſi non palàm fuerint [illegible] cta, pœnam ſubire tenetur, *vide l. 14. ff. de SenatusC. Silan.* ita ait Cicero à Juris-Conſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta, quidquid enim ineſſet in prædio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere debere, *offic. 3. & infer ibid.* In mancipio vendendo, dicendáne vitia: non ea quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili, ſcilicet hæc, mendacem eſſe, aleatorem, furacem, ebrioſum [illegible] dicenda videntur, alteri non videntur, *vide l. 43. ff. de Contrab. empt.* De tempeſtivo, & ſilendi, & loquendi tempore & modo tam cautè, quàm ſanè Poëta quidam generoſus ita nobis tradidit:

Cùm

Cùm fari decuit, tacere velle:
Velle, cum decuit tacere, fari,
Humanis duo ſunt cavenda ſummè,
Privatis mala, publiciſq́; rebus.
Ex iſtis ſed enim malis duobus
Malim, quæ potuit loqui, loquentem:
Nam ſunt, quæ pateant tacendo multa,
Et dici potuere ſæpe multa,
Quæ ſunt temporibus ſuis ſilenda:
Ergo aut diſcite garruli tacere,
Aut toto ſemel exſulate mundo.

De feſtinatione. Deliberare & conſulere lentè & tardè conve- 46.
nit, deliberata verò & conſulta peragi feſtinanter & celeriter, ne ex mora ſupina & cunctatione improvida gravius aliquod damnum à tergo, quàm ſpes, in fronte, emolumentum promitteret, emergat. Priusquam incipias conſulto, & ubi conſulueris, maturè facto opus eſt, *Salluſt. bello Catilin. princ.* Labor in negotio, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in providendo, *inquit Cicero pro L. Manil. n. 29. Et Philipp. 6. n. 7. ait:* Pleriſq; in rebus gerendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt. Cerialis parum temporis ad exſequenda imperia dabat: ſubitus conſiliis, ſed eventu clarus, aderat fortuna, etiam artes ubi defuiſſent, hinc ipſi exercitusq; minor cura diſciplinæ, *Tacit. hiſt. 5. prope fin.* Himilco ad tuendam Hiſpaniam miſſus: quum decreta Senatus, mandataq; expoſuiſſet, atq; edidiciſſet ipſe invicem, quemadmodum tractandum bellum in Hiſpania foret, retro in ſua caſtra rediit, nulla re quàm celeritate tutior, quòd undiq; abierat, antequam populi conſentirent, *Liv. lib. 23. in med. ferè.* Cn. Mecœnas ſpeculatus eſt per ſummam quietem, ac diſſimulationem præcipitis conſilia juvenis & mira celeritate, nullaque cum perturbatione aut rerum, aut hominum, oppreſſo Lepido, immane novi ac reſurrecturi belli civilis reſtituit initium, *Vellej. Patercul. lib. 2.* Nihil in diſcordiis civilibus feſtinatione tutius, ubi facto magis, quàm conſulto opus eſt, *Tacit. hiſt. 1.* nam multa bella impetu valida, per tædia & mores evanuiſſe, *Idem hiſt. 2.* Et hoſtem, quantum fieri poteſt, neque ad deliberandi ſpacium permittant, neque ad deſperationem adigant. Vocatos ad concionem Antonius docuit eſſe adhuc Vitellio vires ambiguas, ſi deliberarent; acres, ſi deſperaſſent, *Idem hiſt. 3.* Fames & mora bilem in naſum conciunt, *Proverb.* Barbaris cun-

Digitized by Google

ctatio ſervilis: ſtatim exſequi regium videtur, *Tacit. annal. 6.* Scio audax videri conſilium, inquit Marcius ad milites, ſed in rebus aſperis & tenui ſpe, fortiſſima quæq; conſilia tutiſſima ſunt, quia ſi in occaſionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulùm fueris, nec quicquam mox omiſſam quæraris. *Liv. lib. 25. ad fin.* Præſertim ſi loca, unde interdum petantur conſilia, ſint longinqua vel procul diſſita. Nam ex diſtantibus terrarum ſpatiis, conſilia poſt res ſæpe afferuntur, *Tacit. hiſt. 3. princ. ferè,* maturato opus eſt, quidquid ſtatuere placet, *Liv. lib. 8. anno ab*

47. *U. C. 417.* Non ut Vitellius, qui curis luxum obtendebat: non parare arma, non alloquio exercitioq; militem firmare. non in ore vulgi agere, ſed umbraculis hortorum abditus, ut ignavia animalia, quibus ſi cibum ſuggeras, jacent, torpentq; , præterita, inſtantia, futura, pari oblivione dimiſerat. *& pag. ſeq.* Nec deerant, qui monerent, ut cum fidiſſimis per occultos tramites, vitatâ Ravennâ, Hoſtiliam Cremonámve pergeret. Aliis placebat, accitis ex urbe prætorii cohortibus valida manu perrumpere. Ipſe inutili cunctatione, agendi tempora conſultando conſumpſit, mox utrumq; conſilium aſpernatus; quod inter ancipitia deterrimum eſt, dum media ſequitur, nec auſus eſt, ſatis nec providit, *Tacit. hiſt. 3. in med.* Annius Baſſus Sylvanum ſocordem bello, & dies rerum verbis terentem ſpecie obſequii regebat, ad omnia, quæ agenda forent, quieta tum induſtria aderat, *Ibid. paulò infer.* Tiridates aliquando literas Phrahatis & Hieronis, qui validiſſimas præfecturas obtinebat, accepit, brevem moram precantium. Placitumq; opperiri viros præpollentes. Atq; interim Cteſiphon ſedes imperii petita, ſed ubi diem ex die prolatabant, multis coram & adprobantibus Surena patrio more Tiridatem inſignio regio evinxit. Ac ſi ſtatim interiora, cœteraſq; nationes petiviſſet, oppreſſa contantium dubitatio, & omnes in unum cedebant, *Idem annal. 6. ad fin. Et paulò inferius ibid.* Tiridates ignavus ad pericula erat. Cethegus ſemper querebatur de ignavia ſociorum illos dubitando & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere: facto non conſulto in tali periculo opus eſſe. Maximum bonum in celeritate putabat, *Salluſt. bello Catilin.* De veteribus Germanis, ait Tacit: Illud ex libertate vitium, quod non ſimul, nec juſſi conveniunt, ſed & alter & tertius dies contatione coeuntium abſumitur. Nero non ſuadere modò, ſed ſumma ope orare inſtitit, ne conſilium ſuum, quod tutum celeritas feciſſet, temerarium morando facerent, *Liv. lib. 27.*

48. *ad fin.* Summa autem prudentia eſt adhibenda, quando inter moram, cuncta-

cunctationem & feſtinationem dubitatio intercedit, quænam vel re, loco vel tempore, ſubito rerum & mutabili ſtatu, tanquam utilior & tutior eligenda. Cùm Vitelliani conjunctis jam Cæcinæ & Valentis copiis, totis viribus certare cuperent, & alter alterius, ut communiter inter duces fieri ſolet, famam ſatis laceraſſet. Improſpera Valentis forma apud exercitum Cæcinæ erat, econtra ſtudia militum in Cœcinam inclinabant; ſuper benignitatem animi, qua promptior habebatur; etiam vigore ætatis, proceritate corporis & quodam inani favore. Hinc æmulatio ducibus. Cæcina ut fœdum & maculoſum; illi ut vanum ac tumidum irridebant. Sed conditio odio, eandem utilitatem fovere; crebris epiſtolis ſine reſpectu veniæ probra Othoni objectantes: cùm duces partium Othonis, quamvis uberrima comitiorum in Vitellium materia abſtinerent: Sanè ante utriusque exitium, quo egregiam Otho famam. Vitellius flagitioſiſſimam meruere; minùs Vitellii ignavæ voluptates, quàm Othonis flagrantiſſimæ libidines tenebantur. Vitellius ventre & gula ſibi ipſi hoſtis; Otho luxu, ſævitia, audacia Reipubl. exitioſior ducebatur. Otho conſultavit, trahi bellum, an fortunam experiri placeret. Tum Suetonius Paulinus, dignum famâ ſuâ ratus, qua nemo illa tempeſtate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli cenſere, feſtinationem hoſtibus, moram ipſis utilem diſſeruit, *Tait. hiſt. 2.* Cum meliore fato fideq; Flavianarum partium duces conſilia belli tractabant. Potovionem in hiberna tertiæ decimæ legionis convenerant, illic agitavere, placerétne obſtrui Pannoniæ alpes, donec à tergo vires univerſæ conſurgerent; an ire cominus, & certare pro Italia conſtantius foret. Quibus opperiri auxilia, & trahere bellum videbatur. Germanicarum legionum vim famamq; extollebant, & advenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora: ipſis nec numerum parem pulſarum nuper legionum, & quanquam acriter loquerentur, minorem eſſe apud victos animum. *&c.* Ad ea Antonius Primus (is acerrimus belli concitator) feſtinationem ipſis utilem, Vitellio exitioſam diſſeruit, *Idem hiſt. 3. princ.* Galbam duæ ſententiæ deſtinabant; T. Vinius manendum intra domum, opponenda ſervitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos cenſebat; daret malorum pœnitentiæ; daret bonum conſenſus ſpatium, ſcelera impetu, bona conſilia morà valeſcere. Deniq; eundi ultro ſi ratio ſit, eandem mox facultatem: regreſſus, ſi pœniteat, in aliena poteſtate. Feſtinandum cæteris videbatur, antequam creſceret invalida adhuc conjuratio paucorum. Trepidaturum etiam Othonem, qui furtim

Digitized by Google

digreſſus, ad ignaros illatus, cunctatione nunc & ſegnitia terentium tempus, imitari principem diſcat. Non exſpectandum, *&c. Idem hiſt. 1.* Tædium ex mora, pericula ex properantia, modica laus, ac multum infamiæ, pelli, potiùs arripere oblata, *Idem annal. 12.* Et ſi feſtinatio deligenda, non minùs occaſio & temporis opportunitas, quàm ipſe conatus in ea diligenter ſunt attendenda. Proin agendum audendumq;, dum Galbæ authoritas fluxa. Piſonis nondum coaluiſſet. opportnnos magnis conatibus tranſitus rerum, Otho intelligebat: nec cunctatione opus, ubi perниcioſior ſit quies, quàm temeritas, *Idem hiſt. 1.* Sic etiam dato rerum caſu provida abſtinentia,præſertim in confœderationibus non eſt vituperanda. Julius Cæſar M. Lepidi ſocietate, quanquam magnis conditionibus invitaretur,. abſtinuit: cùm ingenio ejus diffiſus, tum occaſioni, quam minorem opinione offenderat, *Sueton. in Jul. Cæſare n. 3.*

49. De affectibus. ut: odio, ira, gratia, miſericordia, amicitia, inimicitia, timore ſeu metu, pavore. *&c.*

Nolite exiſtimare, majores noſtros armis Remp. ex parva magnam feciſſe. Si ita res eſſet; multò pulcherrimam eam nos haberemus, quippe ſociorum atq; civium, præterea armorum,atq; equorum major nobis copia,quàm illis eſt,ſed alia fuere,quæ illos magnos fecere,quæ nobis nulla ſunt, domi induſtria,foris juſtum imperium,animus in conſulendo liber,neq; delicto,neque libidini obnoxius.. Pro his nos habemus luxuriam atq; avaritiam, publicè egeſtatem, privatim opulentiam: laudamus divitias, ſequimur inertiam; inter bonos & malos diſcrimen nullum, omnia virtutis præmia poſſidet, *Salluſt. bello Catilin.* Exſiſtunt hominum in homines injuriæ aut metu, ira aut odio quodam. Dicitur odium, quòd ſit ira inveterata, *Cic. Tuſc. qu. lib. 4. n. 21.* Eſt odium vel Activum vel Paſſivum. De priori ait Tacit. Proprium humani generis eſt odiſſe, quem læſeris, *in Jul. Agric. vita in fin. ferè.* Ennius: Quem metuunt, oderunt,
Quem quiſq; odit, periiſſe expedit. *Cic. offic. 2. n. 23.*

Quemadmodum Tacitus *dicto loco prac.* ait: Diutius hoſtes,quàm ſervos, fide & affectu teneri putatis: metus & terror eſt, infirma vincula caritatis, quæ ubi removeris, qui timere deſierint, odiſſe incipient. Omnes enim juvantem amamus & lædentem odimus ;. non quòd ulli nobis homines hanc legem fixerint & refigant, ſi diverſum videatur, ſed quòd eam ac communi natura ex omni ævo cunctis ſenſu præditis inſculptam & perpetuò

tuò duraturam acceperimus, ideoq; tum amicis renunciamus, ſi non afficiant injuriis; tum inimicos amicos facimus, ſi nos demereantur gratiâ, patriam quoque, dum prodeſt, pietate proſequimur, ſi noceat, deſerimus, non propter locum eam amantes, ſed propter commoda, nec privati ſolùm homines id pro ſe quisq; intelligunt, ſed civitates, & gentes integræ, atque ita, qui hanc ſententiam ſequitur, nec divinis legibus quidquam repugnat, nec hominum jus violat, *Dionyſ. Halicarn. lib. 8. n. 35.* Sic naturâ comparatum eſt, ut læſus ei, qui læſit, infenſus ſit, *ibid. n. 24.* Qui enim injuriam aliquam accepit, à quo non oportuit, hic periculo vitato in eum acerbior eſſe ſolet, quàm in juſtum hoſtem, *Thucyd. lib. 3. conc. Cleon.* Sic Alcumena apud Plaut. Ita ingenium meum eſt, inimicos ſemper oſa ſum obtuerier, *in Amphitr. act. 3.* Tantò proclivius eſt injuriæ, quàm beneficio vicem 50.
exſolvere, quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur, *Tacit. hiſt. 4. princ.* Segeſtes, quanquam conſenſu gentis in bellum tractus, Arminio diſcors manebat, auctis privatim odiis, quòd Arminius filiam ejus alii pactam rapuerat, gener inviſus, inimici ſoceri, quæq; apud concordes vincula caritatis, incitamenta irarum apud infenſos erant, *Idem annal. 1. & hiſt. 4. circa fin.* Præerat Julius Brigantius ſorore Civilis genitus, ut fermè acerrima proximorum odia ſunt, inviſus avunculo infenſusq;. Junius Blæſus Lugdunenſis, Galliæ rector, genere illuſtri, largus animo, & par opibus, circumdabat principi miniſteria, comitabatur liberaliter, eo ipſo ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret, *Idem hiſt. 2.* Eos ſiquidem, qui violento affectu, odioq; ſemel correpti fuerint, perquam eſt difficile reconciliari, *Novell. 140. præf.* Talis Philippo Maced. Regi prava conſuetudo fuit: Gratiam fingere in odio, inſtruere inter concordantes odia; apud utrumq; gratiam quærere ſolennis illi conſuetudo, *ait Q. Curt. lib. 1. in fine. Juſtin. lib. 9.* Suetonius Paulinus egregius cætera arroganter in deditos, & ut ſuæ quoque injuriæ ultor duriùs conſulebat, *Tacit. in Jul. Agric. vita.* Sed duro huic Conſiliario & implacabili aliud feſtinatum eſt remedium. Miſſus Petonius Turpilianus tanquam exorabilior, & delictis hoſtium novus, eoq; pœnitentiæ mitior; compoſitis prioribus nihil ultra auſus, *ibid.* Privati odii feſtinatio in publicum exitium eſſe ſolet, *Idem hiſt. 1.* Romæ cùm aucta aliquando diſcordia conſulum eſſet, orarunt patres, ponerent odia in perniciem itura, *Idem annal. 5. in fine.* honeſtius offendere, quàm odiſſe, *Idem in Jul. Agric. vita.*

Digitized by Google

51. **De poſteriori videlicet paſſivo.** Nullum ſupplicium gravius publico odio, *Senec. 3. de benefic. cap. 17.* Facellus ait: non facilè propagata odiorum ſementis, ſtirps interit: quippe ut gratiæ in odium deflexus facilis, ita odii ad gratiam difficilis eſt tranſitus raróq; animus, quem ſemel indignatio ſubit, ſincera fide excolitur, aut cum quo vehementes primum inimicitias geſſit, affectuosè poſtmodum in gratiam redit, *Philipp. Camer. hor. ſubciſ. cent. 1. cap. 92.* adeò odium ultra metum durat, & ne in victis quidem deponitur, neq; ante inviſum eſſe definit, quàm eſſe deſiit, *Vellej. Patercul. lib. 1.* Metus & odium regnorum & principatuum comites ſunt. Sæpe quanquam manente in ſpeciem concordia, offenſarum operta metuuntur, *Tacit. hiſt. 3.*

Regnare non vult, eſſe qui inviſus timet,
Simul iſta mundi Conditor poſuit Deus
Odium atq; regnum. *Senec. in Thebaid. Et in Oedip.*
Odium qui nimiùm timet.
Regnare neſcit: regna cuſtodit metus.

Quàm ſit aſſidua eminentis fortunæ comes invidia, altiſſimíſq; adhæreat, *inquit Vellej. Patercul. ibid. paulò præced.* Invidiam tanquam ſummâ petere, *inquit Liv. lib. 8. anno ab U.C. 430.* Adeò publico odio ut flagrabant, ita odio habebantur Tiberius & Caligula Imperatores. dixit ille: oderint, dum probent: *Sueton in Tiber. n. 59.* hic verò oderint, dum metuant, *Idem in Caligula. n. 30. Senec. de Clement. lib. 1. c. 17. & lib. 2. c. 2. Cic. pro P. Sext. n. 102.* Aſt carum eſſe civem, bene de Republ. mereri, laudari, coli, diligi, glorioſum eſt, metui verò & in odio eſſe invidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum, *Cic. Philipp. 1.* Nonne igitur millies perire eſt melius, quàm in ſua civitate ſine armorum præſidio non poſſe vivere? Sed nullum eſt iſtuc, mihi crede, præſidium caritate & benevolentia civium ſeptum oportet eſſe, non armis, *Idem Philipp. 2.* Quanquam hoc paſſivum ſæpe in innocentiſſimum cadere ſoleat, cui hoc ſolatio eſſe poteſt, quod Tacit. *annal. 2. ad fin.* ait: Relinquendum rumoribus tempus, quo ſeneſcant. plerumq; innocentes recenti invidiæ impares. qualiter Germanico accidit; Neptem Auguſti Agrippinam in matrimonio, pluresq; ex ea liberos habebat. Ipſe Druſo fratre Tiberii genitus, Auguſtæ nepos: ſed anxiùs occultis in ſe patrui aviæq; odiis, quorum cauſæ acriores, quia iniquæ. quippe Druſi magna apud populum Rom. memoria, credebatúrq;, ſi rerum potitus

Digitized by Google

potitus foret, libertatem redditurus, unde in Germanicum favor, & ſpes eadem, *&c. Idem annal. 1. in med. ferè.* Activum, ut pernicioſum & Reipubl. malum exitioſum, ex omni vitæ genere procul avertendum, amandandum. Hoc potiùs audiatur: Quid opus eſt armis, inter quos odia ſublata ſunt; *Q. Curt. lib. 4.* Fas eſt privata odia publicis utilitatibus remittere, *Tacit. annal. 1. l. 3. C. de Primipilo. l. 38. §. 42. ff. de Pactis l. 45. §. 1. ff. de regul. jur.* & alienus Clemens Gallionem hoſtem & parricidam vocans, conſenſu patrum deteritus eſt, ne publicis malis abuti ad occaſionem privati odii videretur, neu compoſita aut obliterata manſuetudine principis novam ad ſævitiam retraheret, *Tacit. annal. 15. in fine.* Omnes homines, Patres Conſcripti, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira atque miſericordia vacuos eſſe decet, haud facilè animus verum providet, ubi illa officiunt; neq; quiſquam omnium libidini ſimul & uſui paruit, ubi intenderis ingenium, valet, ſi lubido poſſidet, ea dominatur, animus nihil valet, *Cajus Jul. Cæſ. apud Salluſt. in Catilin. Et ad eund. Cæſar. de Republ. ordin. epiſt. 2. ait Idem Salluſt.* Multa legendo atq; audiendò ita comperi, omnia regna, civitates, nationes usq; eò proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt; ubicunq; gratia, timor, voluptas, ea corrupere, pòſt paulò imminutæ opes, deinde ademptum imperium; poſtremò ſervitus impoſita eſt. Quemadmodum febre durante remedia omittuntur, ſic durante iracundia nullum conſilium exſequendum eſt, *Scipio Amirat. diſert. politic. lib. 15. diſc. 3.* Optimè, ait Dionyſ. Halicarnaſſ. cum ea civitate agitur, quæ ſeſe rebus accommodat, & optimus conſultor eſt, qui non ad privatum odium, aut gratiam, ſed ad publicam utilitatem attemperat ſuà conſilia, *lib. 10. n. 58.* Cicero, cujus authoritati obtemperatum eſt, in hæc verba diſſeruit: In omnibus ego P. C. conſultationibus neq; gratiam ſpectandam, neq; odia eſſe exiſtimo, ſed eam unamquamq; ſententiam debere dicere, quam ipſe optimam eſſe cenſeat, *Dio Caſſ. lib. 44.* Laudabilem ferunt eſſe morem Venetiis inter Senatores, quando in curiam ad conſultandum de rebus publicis conveniunt. Solent enim ante veſtibulum ejus, omnes privatas inimicitias & ſimultates inter ipſos apud S. Marcum, uti mos loquendi ipſis eſt, deponere, ut animum ab affectibus in conſiliis publicis liberiorem habere poſſint. *Et paulò inferius.* Satis elegantem & piam curiæ Ratisbonenſis inſcriptionem, aureis literis in tabula marmorea ſignatam refert Philipp. Camerar. quæ talis eſt: Quiſquis Senator curiam officii causâ ingredieris, ante hoc oſtium

hoſtium privatos affectus omnes, abjicito: iram, vim, odium, amicitiam, adulationem. Reipub. perſonam & curam ſubjicito. Nam ut aliis æquus aut iniquus fueris: ita quoq; Dei judicium exſpectabis & ſuſtinebis, *hori*
53 *ſubciſ. cent. 1. cap. 33.* Veſpaſianus & Mucianus vicinis provinciarum adminiſtrationibus invidiâ diſcordes, exitu demum Neronis. poſitis odiis, in medium conſuluere. primùm per amicos, dein præcipua concordiæ fides. Titus prava certamina communi utilitate aboleverat, *Tacit. hiſt. 2. princ. ferè.* Sic M. Æmilius Lepidus bis Conſul & Pontif. M. ſplendoriſq; honorum par gravitate vitæ, diutinas & vehementes inimicitias cum Fabio Flacco ejuſdem amplitudinis viro geſſit. Quas, ut ſimul cenſores renunciati ſunt, in campo depoſuit: exiſtimans non oportere eos privatis odiis diſſidere, qui publicè ſumma juncti eſſent poteſtate. *Valer. M. lib. 4. cap. 2. n. 1. Cicero de provinc. Conſularib. orat. 36. n. 20. & n. 21. ibid.* de T. Gracchо inimiciſſimo Scipioni, ſed tamen ei auxilio. *&c. &c.* Cùm Eurybiades Salaminam deſerere ſtatuiſſet, triremesq; barbaricæ noctu advectæ inſciis Athenienſibus fretum circumveniſſent, inſulasq; claſſe obtinerent: Ariſtides per hoſtium claſſem haud dubio periculo ab Ægina advectus, noctu ad tabernaculum Themiſtoclis venit, ſolumq; ut evocavit: ſi ſapimus, inquit, omiſſa tandem juvenili certatione contentionem de conſervanda Græcia ſalubrem honeſtamq; ſuſcipiamus, tu imperando, ego conſulendo, & ad miniſtri vices obeundo, *Plutarch. in Ariſtid. n. 16. vide Valer. Max. lib. 7. cap. 2. n. 6.* Eſt tamen etiam odium, quod juſtum eſt, & civile dicitur, de quo Cicero ita ait: At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fecit ultor injuriæ, punitor doloris ſui præter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus, *pro T. Annio Milon. n. 35.* De amicitia Popilius: faceſſere privatam interim amicitiam jubet, cùm mandata patriæ intercedant, *Juſtin. lib. 34.* Ira eſt libido puniendi ejus, qui videtur læſiſſe injuriâ, *Cic. dicto lib. 4. Tuſcul. quæſt. n. 21.* Iracundia præſertim eſt inimica conſilio & in victoria natura inſolens & ſuperba eſt, *Idem pro M. Marcello n. 9.* Non intelligenda eſt hæc ira, quæ parentibus, magiſtratibus, quibusdam dominis & conſiliariis officii ratione & licito jure quaſi publica animadverſionis conceditur, præſtat patris iras ſubitas eſſe, quam graves, *Plutarch. de liberor. educ. n. 4.* Olim non ſolùm iraſci, ſed etiam vitæ neciſq; poteſtas data erat patribus, *l. ult. C. de patr. poteſt. l. 11. ff. de liber. & poſthum.* hinc patria poteſtas inæſtimabilis dicitur, *l. 114. §. 8. ff. de legat. 1.* patri æqua debetur, *l. 4. de Curatorib. furioſ. l. 3. C. de pat. poteſt.*

quæ

quæ tamen in pietate, non in atrocitate conſiſtere debet, *l. 5. ff. ad L. Pompej. de parricid.* propter naturalem affectum, *l. 7. C. de Curatorib. furioſor. l. 28. §. 3. ff. de liberat. legat.* videlicet in moderamine iræ paternæ. nam par affectionis cauſâ ſuſpicionem iræ illicitæ amovet, *arg. l. 67. §. 1. ff. de ritu nuptiar. Novell. 94. cap. 1.* Magiſtratus habet gladii poteſtatem, *l. 6. §. 1. ff. de offic. Proconſul. l. 70. ff. de Regul. Jur.* in eum leges & arma concurrunt, *Novell. 24. cap. 1. Novell. ſequ. cap. 2. l. 68. ff. de rei vindic.* tanquam poteſtatem armis decoratam, & legibus armatam, *princ. inſt. proëm. Rom. 13. v. 4.* Eſt enim cuſtos utriusq; tabulæ decalogi, *cauſ. 23. qu. 5. c. 20.* temperanter itaque & moderatè juſtitiæ gratiâ iraſci, magiſtratibus licet, quam iram ſapientes virtutis ſociam, & fortitudinis cotem appellant. qualem eleganter deſcribit *Seneca lib. 1. cap. 5. de ira verb. Ita legum præſidem. &c.* ubi quatenus iraſci & quatenus modus iræ ſervandus præcepta oſtendit. Tale moderationis conſilium etiam Anthenodorus Philoſophus Auguſto Imperatori protulit, ubi ait: Cùm iraſceris, Auguſte, nihil antè, vel dixeris vel feceris, quàm tecum 24. orationis elementa repetieris, *Plutarch de ſcite dict. Regum ac Imper. in fine.* Sed intelligenda eſt ira privata, odio vicina, ex animi livore, mentis perturbatione, nocendi aut ſubvertendi ſtudio proveniens, invidiæ & indignationi commixta, rationi inimica, inimico exſecrabilis, amico ſubleſta: quæ neminem, ne Conſiliarium aut alium officio publico fungentem, decet. quam cohibere & arcere eleganter docet Plutarch. *de ira cohib.* Amicum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adverſarium nobilitate, ingenio, virtute præſtantem, non modò extollere jacentem, ſed etiam amplificare ejus priſtinam dignitatem: hæc qui faciat, non ego cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico, *Cicero pro M. Marcello. n. 8.* Ita vos iræ indulgere oportet, ut potiorem ira ſalutem atq; utilitatem veſtram habeatis, inquit Pacuvius, *Liv. lib. 23. princ.* De metu ait Dio Caſſ. *lib. 42.* Non eſt conſiliis juxta metum locus, ſed ubi animum conſilia anteceperunt, ſtrenuè admodum timores exturbant; Sin anteveniantur ab his, ſuccumbunt. Cobares turbida, ait, facta ſunt conſilia eorum, qui ſibi ſuadent; obſtat aliis metus, aliis cupiditas, *&c. Q. Curt. lib. 7.* Pavidis conſilia in incerto ſunt, *Tacit. annal. 3. princ. ferè.* Et in metu conſilia prudentium, & vulgi rumor juxtà audiuntur, *Idem hiſt. 3.* De te autem ipſo, Torquate, eſt tuum, ſic agitare animo, ut non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem aut timorem, *Cic. epiſt. famil. ad Torquat. lib. 6. epiſt. 1.*

Ee Dege-

Digitized by Google

Degeneres animos timor arguit — — — *Virgil. 4. Æneid. v. 13.*
Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videtur. Vel eſt receſſus quidam animi & fuga. Terror eſt metus concutiens, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Timor eſt metus mali appropinquantis. Pavor eſt metus mentem loco movens. ex quo illud Ennii. Tum pavor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat Exanimatio eſt metus ſubſequens & quaſi comes pavoris. Conturbatio eſt metus excutiens cogitata. Formido eſt metus permanens, *Cicero lib. 4. Tuſc. quæſt. n. 14. 15. 19.* Metum cavendi causâ: miſericordiam, ægritudinemq; clementiæ: ipſam iracundiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant: rectè ſecúsne, *Idem Academ. quæſt. lib. 4. n. 135.* qui affectus omnes & perturbationes animi, conſiliis adverſantur, & impediunt. In ſumma. Illud eſt hominis magni atq; conſiliarii ſapientis, cùm illam conſulendi cauſa, tabellam ſumpſerit, non ſe putare eſſe ſolum, neq; ſibi, quodcunq; concupierit, licere; ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem aut odium, invidiam, metum cupiditatesq; omnes amovere, maximéq; æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam ab diis immortalibus accepimus, quæ à nobis divelli non poteſt, *Cic. pro A. Cluent. n. 159.*

54. **De aſſentatione ſeu adulatione.** Conſiliis inimica eſt perniciosa adulatio, perpetuum malum regum, quorum ſæpius aſſentatio, quàm hoſtis evertit, *Q. Curt. lib. 8.* Adulatio vetus in Republ. malum, *Tacit. annal. 2.* multos mortales falſos fieri ſubegit, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habere, amicitias inimicitiasq; non ex re, ſed ex commodo æſtimare, magisq; vultum, quàm ingenium bonum habere, *Salluſt. bello Catil.* Talis adulatorum mos eſt, ut: quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoq;, negat quis? nego, ait? ajo: poſtremò imperavi egomet mihi omnia aſſentari: is quæſtus nunc eſt multò uberrimus, *Terent. in Eunuch. act. 2. ſc. 2.* Heliotropio, herbæ ſolari ſunt ſimiles, quæ ſolis ortum manè ſpectat, & ejus iter ita ſequitur ad occaſum, ut ad eum ſemper ſpectet, *Plin. lib. 22. cap. 21.* Quemadmodum Claudius Imperator non abdita ambage Macroni, occidentem ab eo deſeri, orientem ſpectari exprobravit, *Tacit. annal. 6. Plutarch. Reip. gerend. præcept. n. 21.* Multa patrum & in Auguſtam adulatio, alii parentem, alii matrem patriæ appellandam: pleriq; ut nomini Cæſaris adſcriberetur, Juliæ filius cenſebant, *Tacit. annal. 1.* Decrevere patres vota pro reditu ejus,

ejus,ſupplicationesq; & alia decora. Solus Dolabella Cornelius,dum anteire cæteros parat, abſurdam in adulationem progreſſus, *Idem annal. 3.* Tempora illa, (Tiberii ſcilicet) adeò infecta & adulatione ſordida fuere, ut non modò, primores civitatis, quibus claritudo ſua obſequiis protegenda erat: ſed omnes conſulares, magna pars eorum, qui præturâ functi, multiq; etiam pedarii Senatores certatim exſurgerent, fædaq; & nimia cenſerent. Memoriæ proditur, Tiberium, quoties curiâ egrederetur, græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitum: O HOMINES AD SERVITUTEM PARATOS! *Idem annal. 3. circa fin.* Neronem etiam (recens matricidium dolentem) auctore Burrho: prima centurionum tribunorumque adulatio ad ſpem firmavit, prehenſantium manu,gratantiúmq; quod diſcrimen improviſum & matris facinus evaſiſſet, *Idem annal. 14. princ. ferè.* Adulatio moribus corruptis. perinde anceps, ſi nulla, & ubi nimia eſt, *Idem annal. 4.* Alium crederes Senatum, alium populum, ruere cuncti in caſtra, anteire proximos, certare cum præcurrentibus, increpare Galbam, laudare militum judicium, exoſculari Othonis manum: quantoq; magis falſa erant, quæ fiebant, tantò plura facere. *Et paulò inferiùs:* Vocant Senatum prætor urbanus: certant adulationibus cæteri magiſtratus. Accurrunt patres, decernitur Othoni tribunitia poteſtas, & nomen Auguſti & omnes principum honores, *Idem hiſt. 1. in med.* Excepere Græci exquiſitiſſimis 55.
honoribus vetera ſuorum facta dictaq; præferentes, quò plus dignitatis adulatio haberet, *Idem annal. 2.* Præceperant animis orationem patres, quò quæſitior adulatio fuit. *& paulò inferiùs.* Hatterius cùm ejus diei Senatus conſulta aureis literis figenda in curia conſuiſſet, deridiculo fuit ſenex fœdiſſimæ adulationis tantùm infamiâ uſurus, *Idem annal. 3.* Fides in obſequium ſervile ſubmiſſa eſt, dum nemo ex animi ſui ſententia ſuadet, diſſuadetq;, ſed adulandi certamen eſt, & unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandiſſimè fallat, *Senec. de benefic. 6. cap. 30.* Paucis judicium aut Reipubl. amor, multi occulta ſpe prout quisq; amicus aut cliens hunc vel illum ambitionis rumoribus, deſtinabant, *Tacit. hiſt. 1. princ.* Galba apprehenſa Piſonis manu: Fidem, ait: libertatem, amicitiam, præcipua humani animi bona, tu quidem eâdem conſtantiâ retinebis: ſed alii per obſequium imminuent: irrumpet adulatio,blanditiæ, peſſimum veri affectus venenum, ſua cuiq; utilitas. Etiam ego ac tu ſimpliciſſimè inter nos hodie loquimur, cœteri libentiùs cum fortuna noſtra, quàm nobiſcum. Nam ſuadere principi, quod oporteat, multi laboris:

Digitized by Google

aſſentatio erga principem quemcunq; ſine affectu peragitur, *Ibid.* Socrates quinq; hominum genera expelli voluit è Republica.

Fœnerator ſeu fraudulentus mercator in foro,
Falſus Judex in Conſiſtorio,
Cupidus ſacerdos in templo,
Adulator in palatio,
Pulchra meretrix in proſtibulo.

Diu nemo, quid ſentiret, auſus eſt dicere, incerta regis voluntate, *Q.*
56. *Curt. lib. 4.* Adulatoribus & aſſentatoribu accedunt etiam ii, qui in verba & mentem aliorum ſine diſcrimine deſcendunt, & ad nutum & voluntatem eorum ſua conſilia adaptant. In vernacula nominantur Jaherren/ Itanei. Eaq; omnia Valerius Aſiaticus Conſul deſignatus, cenſuit. cæteri vultu manuq;, pauci quibus conſpicua dignitas aut ingenium adulatione exercitum, compoſitis orationibus aſſentiebantur, *Tacit. hiſt. 4. princ.* Imitandi ſunt tanquàm boni Conſiliarii M. Lepidus & L. Piſo Pontifex, qui nullum ex adulatione oblectamentum habere, nec ullum lucrum ex aſſentatione capere voluerunt. Hunc ego Lepidum, inquit Tacitus, temporibus illis gravem & ſapientem virum fuiſſe comperio; Nam pleraque ab ſævis adulationibus aliorum in melius deflexit: neq; tamen temperamenti egebat, cùm æquabili auctoritate & gratia apud Tiberium viguerit. Unde dubitare cogor, fato & ſorte naſcendi, ut cætera, ita principum inclinatio in hos, offenſio in illos: an ſit aliquid in noſtris conſiliis, liceátque inter abruptam contumaciam & deforme obſequium, pergere iter ambitione & periculis vacuum, *annal. 4.* Per idem tempus L. Piſo Pontifex rarum in tanta claritudine, fato obiit, nullius ſervilis ſententiæ ſponte auctor, & quoties neceſſitas ingrueret, ſapienter moderans, *Idem annal. 6.* His ſimilis fuit Thraſea Pœtus, qui, etſi venit in Senatum, ac legi epiſtolam audivit, tamen priùs ſurrexit, quàm aliquid ſtatueretur; exiitque foras propterea, quòd ea, quæ vellet, dicere non poſſet, quæ autem poſſet, nollet, *Dio Caſſ. lib. 61.*

57. **De pervicacia.** Tres infelices & contumaces inveniuntur: qui ſcit & non docet; qui docet & non facit; qui neſcit & non interrogat.

Infelix, cujus nulli ſapientia prodeſt:
Infelix, qui recta docet, cùm vivit iniquè,

Infelix

Infelix, qui pauca ſapit, ſpernitq́ doceri.

quibus & quartus infelix & pervicax addi poteſt, qui ſolus omnia ſuo placito ſapere cupit, & quæcunq; aliorum felici, non ſuo, exprompta ſunt conſilia, ingenio, imprudenter contemnit & deſpicit. Turbida ſunt facta conſilia eorum, qui ſibi ſuadent, obſtat aliis metus, aliis cupiditas, nonnunquam naturalis eorum, quæ cogitaverit, amor. Expertum eſt unumquemq;, quod ipſe repererit, aut ſolum aut optimum ducere, *Q. Curt. lib. 7. Plin 4. epiſt. 17. ait:* Naturale eſt cuiq;, ut ea, quæ quis adeptus eſt, ipſe quàm ampliſſima exiſtimari velit. Talis fuit Laco præfectus, qui quædam apud Galbæ aures eliſit, ignarus militarium animorum, conſiliique quamvis egregii, quod non ipſe afferret, inimicus, adverſus peritos pervicax, *Tacit. hiſt. 1.* nihil niſi, quod ipſi faciunt, rectum putant, *Terent. in Adelph.* Cùm inter Titianum & Proculum ab una & Celſum & Paulinum ab altera partibus diſſenſio conſiliorum oriretur, pervicaces & obſtipi pars altera remanſit, ut Tacit. ait Titianus & Proculus, ubi conſiliis vincerentur, ad jus imperii tranſibant, *hiſt. 2.* Quidam etiam infelices nati ſunt, ut tantùm ſententiis aliorum contradicerent, *ut Tacit. ibid. hiſt. 1. paulò infer. refert:* Fremitu crebeſcentis ſeditionis & vocibus in urbem uſque reſonantibus, jam Marius Celſus haud læta retulerat, cùm alteri in palatium redire, alii Capitolium petere, pleriq; roſtra occupanda cenſerent, plures tantùm ſententiis aliorùm contradicerent. Titus Vinius manendum intra domum, opponenda ſervitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos cenſebat: daret malorum pœnitentiæ, daret bonorum conſenſui ſpatium. *&c. & ſtatim poſt.* Feſtinandum cæteris videbatur, antequam creſceret invalida adhuc conjuratio, *&c.* Non exſpectandum, ut compoſitis caſtris, forum invadat, & proſpectante Galba, Capitolium adeat, *&c. & paulò inferiùs.* Repugnantem huic ſententiæ Vinium, Laco minaciter invaſit, ſtimulante Icelo, privati odii pertinaciâ, in publicum exitium, *Tacit. ibid.* Naturalis enim eſt hominum facilitas ad diſſentiendum; *l. 17. §. 6. ff. de Recept. qui arbitr. recep. l. 26. ff. de Servitutib. prædior. urban. l. 77. §. 20. ff. de Legat. 2.* Mox mitigantibus amicis, qui altiorem iracundiam ejus verebantur: nihil novi accidiſſe reſpondit Vitellius, quòd duo Senatores (conſiliarii) in Republ. diſſentirent: ſolitum ſe etiam Thraſeæ contradicere, *Tacit. hiſt. 2. ad fin.* Sed pœnam contradictionis in verbis ſequentibus licet videre, quando author pergit,

Ee 3 Irriſere

Irriſere pleriq; imprudentiam æmulationis: aliis idipſum placebat, quòd neminem ex præpotentibus, ſed Thraſeam ad exemplar veræ gloriæ legiſſet.

58. Acciverat gerens contra Pompejum bellum ex Africa Cæſar Lepidum cum ſemiplenis 12. legionibus. Hic vir omnium vaniſſimus, neq; ulla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus, exercitam Pompeji, quia propior fuerat, ſequentem non ipſius, ſed Cæſaris auctoritatem ac fidem ſibi junxerat: inflatusq; amplius 20. legionum numero in id furoris proceſſerat, ut inutilis in aliena victoria comes, quamdiu moratus erat, diffidendo in conſiliis Cæſaris, & ſemper diverſa iis, quæ aliis placebant, dicendo totam victoriam, ut ſuam interpretaretur: audebatq; denunciare Cæſari, excederet Sicilia, *Vellej. Patercul. lib. 2.* Pætus, ne alienæ ſententiæ indigens videretur, in diverſa ac deteriora tranſibat, *Tacit. annal. 15. princ. ferè.* Imitandus C. Caſſius, qui ſententiæ loco in hunc modum diſſeruit: Sæpe numero, P. C. in hoc ordine interfui, cùm contra inſtituta & leges majorum nova Senatus decreta poſtularentur: neq; ſum adverſatus. non quia dubitarem ſuper omnibus negotiis meliùs atq; rectiùs olim proviſum, & quæ converterentur, in deteriùs mutari: ſed ne nimio amore antiqui moris ſtudium meum extollere viderer. Simul quicquid hoc in nobis auctoritatis eſt, crebris contradictionibus deſtruendum non exiſtimabam, ut maneret integrum, ſi quando Reſpub. conſiliis eguiſſet, *&c. Idem annal. 14.* Hæc in contradictionibus & diſſenſionibus conſiliariorum ſubeſſe ſolent, vel quòd, ut Fabius inquit; eum, qui de ſua unius ſententia omnia gerit, ſuperbum judicio magis, quàm ſapientem, *Liv. lib. 44. anno ab U. C. 598*, vel quòd, Seneca *epiſt. 45.* ait: Pro bonis mala amplectimur, optamus contra id, quod optavimus: pugnant vota noſtra cum votis, conſilia cum conſiliis. Diſſentire quidem cum ratione & modeſtia, & contradicere ſine ira, odio, partium ſtudio vel alio diffidentiæ effectu non ſunt culpanda, ſi modò in diſſenſione & contradictione ſit ita occupatus, ut ingenii acumine veritatem indaget, dexteritate honeſtatem ſuadeat, prudentia falſa examinet, æquitate juſta defendat, providentia utilia trutinet. quos in ſcenam quaſi producit Thucyd. quando ait: Itaq; Reſpubl. plerumq; rectè adminiſtrant, qui ſunt æqui æſtimatores rerum potiùs, quàm concertatores, *lib. 3. orat. Cleon. princ.* Hæc diſſonantium conſiliariorum ſit meta: Salus populi ſuprema lex eſto, *Cic. lib. 3. de Legib. n. 8.*

Digitized by Google

De privata utilitate. Peſſimum veri affectus venenum ſua 59.
cuiq; utilitas, inquit Galba *apud Tacit. hiſt. 1. & pag. ſeq.* Et partium favor aderat, multi voluntate effuſiùs, qui noluerant medio. ac plurimi obvio obſequio privatas ſpes agitantes, ſine publica cura. Et res privatæ offecere, officientq; publicis conſiliis, ait T. Largius, *Liv. lib. 2. anno ab U. C. 260.* ut olim, ita etiam ætate, à pravis conſiliariis, avaritiâ occupatis, in perniciem, deſolationem, cædes, devaſtationes, depopulationes, incendia & alia non numeranda pericula & excidia, ſubditorum miſerrimæ genti, populo ipſi Principi fideli, ſexui fragili, infantibus malorum ignaris, conſilia prava ita fabricantur & excuduntur. Principem enim ingenio etſi acutum, rerum expertem, negotiis parem & capacem, intelligentem, circumſpectum, interdum etiam diffidentem. Si Legatus alterius Principis in retia ſua trahere & imponere non poteſt, commodi autem causâ, eum in mentem ſuam, fœdera, pacta, ligam, & alias conventiones trahere, & ita irretire, intexere & involvere cupit, conſiliarios illius Principis adgreditur, & non modò largitionibus explere, donationibus cumulare, auro onerare, divitiis eos augere ſatagit, ſed aliis præmiis; honorum nimirum gradibus, nobilitatis, Baronatus, vel etiam Comitatus ſplendore, nomine ſui Principalis, eos inſignit & illuſtrat; & ita bonum Principem in fidelitatem & ingenuitatem ſuorum conſiliariorum multum reponentem, tanquam incautum, mali ignarum, fidentem & credulum facilè ſubvertit, fallit & decipit Principis alterius Legatus! Nullum vitium tetrius, quàm avaritia; præſertim in Principibus (Conſiliariis) & Rempubl. gubernantibus, habere enim quæſtui Rempubl. non modò turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium, *Cic. offic. 2. n. 77.* Nunquam enim dabit ſanum Principi conſilium, qui privatum in conſulendo ſpectat emolumentum, *Anton. Guev. in horol. Princ. lib. 1. cap. 37.* Thebani ad Mardonium: Arduum eſſe, dicebant, univerſis etiam hominibus, vi ſubigere Græcos inter ſe convenientes: quod & antea cognoviſſent: ſi verò feceris, (dicebant) quod nos ſuademus, occupabis nullo negotio validiſſima quæq; illorum conſilia. Mitte pecuniam ad eos, qui præpotentes ſunt in civitatibus; miſſâ pecuniâ Græciam ad factionem rediges. Hinc eos, qui tecum non ſentient, admotis copiis facilè expugnabis. Hæc Thebani ſuadebant, *Herodot. lib. 9. princ. in Calliop.* Nullum officium tam ſanctum atq; ſolenne, quod non avaritia comminuere atq; violare ſoleat, *Cic. orat. 1. pro P. Quinct. n. 26. Et orat. 5. in Verrem act. 1. n. 4.* Nihil eſſe tam ſanctum, quod non violari: nihil tam munitum,

quod

quod non expugnari pecuniâ poſſit. Cùm conſiliarium te eſſe proponas, vinceris avaritia & rapacitate, *arg. l. 6. C. de Muneribus. patrim.* Ita bonum publicum, ut in pleriſq; negotiis ſolet, privatâ gratiâ devictum, *Salluſt. bello Jugurth.* Quamobrem apud quoſdam lex eſt, ut, qui agros habent vicinos, hi non admittantur ad conſilium belli, adverſus illos ſuſcipiendi, quaſi ob privatam ſui cauſam rectè conſilium dare non valentes, *Ariſtot. lib. 7. cap. 10.* Sic Annibal ad augendam invidiam Dictatoris Fabii hanc fraudem & dolum adhibuit: quòd, cùm à perſugis ei monſtratus ager Dictatoris eſſet, omnibus circa ſolo æquatis, ab uno eo ferrum ignemq; & vim omnem hoſtium abſtineri juſſit, ut occulti alicujus pacti ea merces vi-
60. deri poſſet, *Liv. lib. 22. anno ab U. C. 537.* Boni Conſiliarii ſpeculum in eo eſt, quod Tacit. ait: Vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat, ſtultiſſimus quiſq; pecuniis mercabatur. Apud ſapientes caſſa habebantur, quæ neq; dari, neq; accipi, ſalva Republ. poterant, *hiſt. 3.*

O Conſultores, rectos aſſumite mores,
Publica privatis poſtponite commoda gratis,
Ne damnet veſtras animas divina poteſtas!

Eligantur Pii, Chriſtianam dilectionem & amo[illegible], imprimis ignoſcendo injuriáſq; obliviſcendo, colentes. Auferat omnia irrita oblivio, ſi poteſt: ſi non, utcunque [illegible] tegat, *inquit Liv. lib. 28. anno ab U. C. 548.* Piſo occultus Ger[illegible] inimicus ipſum non ſolùm obliquè perſtringens, ſed etiam naviga[illegible] celeri ipſum apud Inſulam Rhodum, neſcium quibus inſectationibus [illegible] foret, adſecutus eſt, tanta tamen manſuetudine agebat Germani[illegible] cum orta tempeſtas raperet in abrupta, poſſetq; interitus inimici [illegible] caſum referri, miſerit triremes, quarum ſubſidio diſcrimini eximeretur. [illegible] tamen mitigatus Piſo, *&c. Tacit. annal. 2.* Quanta Germanici illa [illegible] in Piſonem pietas, tanta tamen non fuit, ut improbum Piſonis odium [illegible] orem & dilectionem ſui convertere poſſet. Vitellius ſub Claudio [illegible] ſtatua pro roſtris habuit inſcriptionem: Pietatis immobilis erga Principem, *Sueton. in Vitell. n. 3.* Addiderat gloriam Nero, [illegible]do ut potiſſimos, unde longa illis erga Neronem fides & erecta in [illegible]nem ſtudia, *Tacit. hiſt. 2. non procul init.* Druſi magna apud populum [illegible] memoria, credebaturq;, ſi rerum potitus foret, libertatem reddituru[illegible]. [illegible]e in Germanicum favor & ſpes eadem. Nam juveni civile inge[illegible]ra comitas, & diverſa à Tiberii ſermone, vultu adrogantibus & ob[illegible], *Idem annal. 1.* Revera ex optimo aulicorum grege nunquam ſatis [illegible], nunquam ſatis laudandi â militia partim, partim â literis principi [illegible] extolluntur à Tacito Afranius Burrhus & Annæus Seneca, quando ait:

Hi rectores imperatoriæ juventæ, & pari in ſocietate potentiæ concordes, diverſa arte ex æquo pollebant: Burrhus militaribus curis & ſeveritate morum; Seneca præceptis eloquentiæ & comitate honeſta, juvantes invicem; quò faciliùs lubricam Principis ætatem, ſi virtutem aſpernaretur, voluptatibus conceſſis retinerent. Certamen itaq; unum erat contra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malæ dominationis cupidinibus flagrans, habebat in partibus Pallantem, *& lib. 13. princ.*

12\. **Eligantur humiles & non glorioſi.** Exemplum ſingulare humilis & non glorioſi aulici nobis eſſe poteſt Julius Agricola, de quo hæc Tacitus in ipſius laudem commemorat: Nunquam in ſuam famam geſtis exſultavit, ad auctorem & ducem, ut miniſter fortunam referebat: ita virtutem in obſequendo, verecundia in prædicando extra invidiam, nec extra gloriam erat. *Et infer. ibid.* Nec Agricola proſperitate rerum in vanitatem uſus, epeditionem aut victoriam vocabat, victor continuiſſe: ne laureatis quidem geſta proſecutus eſt; ſed ipſa diſſimulatione famæ famam auxit: æſtimantibus quantâ futuri ſpe tam magna tacuiſſet. *Et porro inferiùs ibid.* Cultu modicus, ſermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus: adeò ut pleriq;, quibus magnos viros per ambitionem æſtimare mos eſt, viſo aſpectoq; Agricola, quærerent famam, pauci interpretarentur. Cùm â Baſilide ſacerdote inſpectis extis Veſpaſiano nunciaretur: Quicquid eſt, Veſpaſiane, quod paras, ſeu domum exſtruere, ſeu prolatare agros, ſive ampliare ſervitia, datur tibi magna ſedes, ingentes termini, multum hominum. Dum quæritur tempus locusq;, quodq; in re tali difficillimum eſt, prima vox, dum animo ſpes, timor, ratio, caſus obverſantur: egreſſum cubiculo Veſpaſianum, pauci milites ſolito adſiſtentes ordine, ut Legatum ſalutaturi, Imperatorem ſalutavere. Tum cæteri accurrere: Cæſarem & Auguſtum, & omnia principatus vocabula cumulare. Mens à metu ad fortunam tranſierat. In ipſo nihil tumidum, arrogans, aut in rebus novis, novum fuit, *Idem hiſt. 2.*

13\. **Eligantur moderati & patientes.** Nihil appetere ob jactationem, nihil ob formidinem recuſare, ſimulq; anxius & intentus agere, *Tacit. in Jul. Agr. vita.* exemplo divi Julii & divi Auguſti, qui tulere iſta & reliquere; haud facilè dixerim moderatione magis, an ſapientia, namq; ſpreta exoleſcunt; ſi iraſcare, adgnita videntur, *Idem annal. 4. in med. ferè.* Laudatis pro concione victoribus Cæſar Germanicus congeriem

nomen armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo. Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus exercituum Tiberii Cæſaris ea monimenta Marti & Jovi, & Auguſto ſacraviſſe. de ſe nihil addidit metu invidiæ, an ratus conſcientiam factis ſatis eſſe, *Idem annal. 2.* Catonis procul dubio tenens mentem, qui cum jam tum ſtatuis Roma oppleretur, nullam ſibi paſſus eſt poni, quod diceret: malle quæri, cur non, quàm, cur ipſi ſtatua eſſet collocata, *Plutarch. Reipubl. gerend. præcept. n. 62.*

Eligantur novitii, non veteratores. Præſumptum enim eſt, eos miniſtros, qui rudes ſunt, ſimpliciores eſſe & ad miniſteria aptiores & dociliores, & ad omne miniſterium habiles, tritos verò & veteratores difficile eſt reformare & ad ſuos mores formare, *argt. l. 37. ff. de Edil. Edict.* Die alten Hund ſind übel bändig zu machen.

Eligantur idonei, licèt nullam ob eximiam artem, ſed quód pares negotiis, neq; ſupra ſint. Poppæus Sabinus modicus originis, principum amicitiâ conſulatum adeptus, maximiſque provinciis per quatuor & viginti annos impoſitus, nullam ob eximiam artem, ſed quod par negotiis, neq; ſupra erat, *Tacit. annal. 6.* Minus triennium ſuit Agricola in ea legatione detentus, ac ſtatim ad ſpem conſulatus revocatus eſt, comitante opinione Britanniam ei provinciam dare; nullis in hoc ſuis ſermonibus, ſed quia par videbatur, *Tacit. in Jul. Agric. vita in fine.* C. Petronius Proconſul Bithyniæ & mox Conſul, vigentem ſe ac parem negotiis oſtendit, *Idem annal. 16. in med.* Ipſi Galbæ medium ingenium, magis extra vitia, quàm cùm virtutibus, *Idem hiſt. 1.* Nam in operis præſtandis plerumq; robur hominis, ætas temporis, opportunitas naturalis adſpicienda, *l. 26. §. 12. ff. de Condict. Indeb.* Et ſicut non eos, qui placuerint, gravare, juſti eſt, itaq; neq; eos, qui diſplicuerint, temere, prudentis eſt, *l. 4. C. de Suſceptorib. præpoſ. & arcar.*

In genere ſecundúm animi & corporis dotes ita benè in qualitatibus ſuis deſcribi poſſunt, qui eligantur, vitâ & moribus ingenui aulici, ut ſint: Pii, probi, veraces, eruditi, prudentes, eloquentes, urbani, modeſti, graves, comes, mites, fidi, ſenili prudentia juvenes, alacres, ætate firmi, animoſi, generoſi, muni-

fici, ſobrii, parci, liberales, intrepidi, conſtantes, aſtuti, callidi, creduli, non creduli, cauti, lentè feſtinantes, circumſpecti, providi, vigilaces, curraces, diligentes, ſtudioſi, ſimulatores, temporarii, non otioſi, negotioſi, oculati, auriti, inſomnes, patientes & omnia ferentes, *&c. &c.*

De Aulicorum officio. Officium Aulicorum conſiſtit vel in Faciendo, vel in Omittendo.

4. In Faciendo. Illius demum magnitudo ſtabilis fundataque eſt quem omnes tam ſupra ſe eſſe, quàm pro ſe ſciunt, cujus curam excubare pro ſalute ſingulorum atq; univerſorum quotidie experiuntur, quo procedente, non tantùm malum aliquid aut noxium animal è cubili proſilierit, diffugiant, ſed tanquam ad clarum ac beneficum ſidus certatim advolent, objicere ſe pro illo mucronibus inſidiantium paratiſſimi & ſubſternere corpora ſua, ſi per ſtragem illi humanam, iter ad ſalutem ſtruendum ſit, ſomnum ejus nocturnis excubiis muniant; latera objecti circumfuſiq; defendant: incurrentibus periculis ſe opponant. Non hic eſt ſine ratione populis urbibusq; conſenſus, ſic protegendi amandiq; reges, & ſe ſuaq; jactandi quocunq; deſideraverit imperantis ſalus. Nec hæc vilitas ſui eſt, aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnunquam ſenis & invalidi, *&c. Senec. de Clement. lib. 1. cap. 3.* Dominos ab injuria, vi, nece, omniq; malo inclinante aulici protegant, vitamq; eorum defendant & conſervent, & quoties Dominis ſuis auxilium ferre poſſunt, non debent ſaluti eorum ſuam anteponere, *l. 1. §. 28. ff. ad SC. Silanian.* ut Dio Caſſ. refert: Herum quidam ſuum in cavernam abſtruſerat, quem cùm indicio alieno jam jam periturum animadverteret, veſtem cum eo ſuam permutavit, heriliq; cum habitu percuſſoribus occurrit, ac pro ſuo ipſo hero occiſus eſt, herus autem diverſi[illegible] quum ſe eum, quem voluiſſent, interfeciſſe crederent, alio effugit, *lib. 4. [illegible] ferè. vide lib. 1. feud. Quib. mod. feud. amittit: item lib. 2. Tit. quæ fuit [illegible] cauſ. beneſ. amit. §. 2. it. tit. Hic finitur lex, deinde conſuetudines regni [illegible] piunt §. ad hæc.* De moribus Germanorum refert Tacit. ibiq; de Comi[illegible]

Cùm

Cùm ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatus virtutem principis non adæquare. Jam verò infame in omnem vitam ac probroſum ſuperſtitem principi ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri ſua quoq; fortia facta gloriæ ejus aſſignando præcipuum ſacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant, comites pro Principe. Sejanus ferox ſcelerum volutare ſecum, quonam modo Germanici liberos perverteret, quorum non dubia ſucceſſio, neq; ſpargi venenum in tres poterat, egregia cuſtodum fide, *Tac. annal. 4.* Cæſar aliquando edicto monuit, ne quis quietem ejus irrumperet, concurſusq; oppidanorum diſpoſito milite prohiberentur, *Ibid. ad fin.* Cùm de nece Galbæ conſpiratum eſſet, Titus Vinius manendum intra domum monuit, opponenda ſervitia, firmandos aditus, *Idem hiſt. 1.* Sempronius Druſus fidelitatis nomine graviter, *ibi. paulò infer.* commendatur. Centurio prætoriæ cohortis ad Galbæ cuſtodiam à Piſone additus, ſtricto pugione occurrens armatis, & ſeclus exprobrans ac modò manu, modò voce vertendo in ſe percuſſores, quanquam vulnerato Piſoni effugium dedit. Nullum enim majus boni imperii inſtrumentum, quàm bonos amicos eſſe ait Helvid. *ibid. hiſt. 4. princ.* nam boni aulici fraudem fieri prohibent, nec dominos exſecrantur, ſed magis diligunt; & remota eorum cuſtodia vita dominorum ſæpe proditur, *l. 22. C. de adminiſtr. tutor.* officium enim eorum eſt, ſollicitis obſervare excubiis, *argt. l. 5. C. de Epiſc. aud.* & ſex præſertim in memoria habere debent: Incolume, tutum, honeſtum, utile, facile, poſſibile, *de ſingulis vde lib. 2. feud. de forma fidelitat.* Vitellius monuit altoris Cæſaris, quæ utrobique pulchra meminerint, obſequium in Regem, reverentiam, decus quisque ſuum & fidem retineret, *Tacit. annal. 6.* fraudes detegant, *l. ult. ff. de ſuſpect. tutor.* Cùm eſſet corrupta ad ſcelus Livia, Sejanum Lygdi quoque Spadonis animum ſtupro vinxit: quod is Lygdus ætate atque forma carus domino interque primores miniſtros erat, deinde inter conſcios, ubi locus veneficii tempus compoſita ſunt, eo audaciæ provectum, ut verteret & occulto indicio Druſum veneni in patrem arguens, moneret Tiberium vitandam potionem, quæ prima ei apud filium epulanti offerretur, *Tacit. annal. 4. princ. ferè.* ſpecie obſequii regunt, quæ ad munia, quæ agenda ſunt, quieta cum induſtria adſunt, *Idem hiſt. 3. in med.* ne alius creditum alius aulicus ſubtrahat, *l. 23. C. de Teſtament.* Nimis homo nihili eſt, qui piger eſt, nimiſq; id genus odi ego malè, inquit Plaut: Vigi-

Vigilare decet aulicum, qui vult ſua tempori conficere officia, non enim illum exſpectare oportet, dum herus ſe ad ſuum ſuſcitet offi[illegible]m: nam [illegible] dormiunt libenter, ſine lucro & cum malo quieſcunt, *in Rudent. a[illegible]t. 4.* Sint negotioſi & rebus intenti, *Tacit. de Oratore dial.*

15. Aulici Principes ſuos colant. Plura officia Aulico[illegible]m in faciendo, circa fidelitatem, obſervantiam, ſtudium, *&c.* hic enum[illegible]ri poſſent, quæ omnia hoc uno, quòd Principes ſuos colan[illegible], hic compre-hendere volui, reliqua in moribus aulicorum bonis ſunt perſpicienda. De Sulpitio Quirino ita refert Tacitus, impiger militiæ & acribus miniſter[illegible]s conſulatum ſub D. Auguſto, mox expugnatis per Ciliciam Homonad[illegible]n-ſium caſtellis inſignia triumphi adeptus, datusq; rector C. Cæſari Arme-niam obtinenti, Tiberiumq; Rhodi agentem coluerat, quod tunc p[illegible]tefe-cit in Senatu: laudatis in ſe officiis, *annal. 3.* Rex Archelaus quinquage-ſimum annum Cappadociâ potiebatur inviſus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluiſſet, *Idem annal. 2. in med.* Conſultanti ſuper abſolutione Aſiatici, flens Vitellius commemorata vetuſtate amic[illegible], utque Antoniam principis matrem pariter obſervaviſſent, dein perc[illegible]s Aſiatici in Rempubl. officiis, *&c. Idem annal. 11. princ.* Ripas & colle[illegible] montium edita in modum theatri; multitudo innumera complevi[illegible] [illegible]-ximis ê municipiis, & alii urbe ex ipſa, viſendi cupidine, aut offi[illegible] Principem. Ipſe inſigni paludamento, neq; procul Agrippina Chlam[illegible] aurata præſedere, *Idem annal. 12.* Nec Veſpaſiano adverſus Galba[illegible] tum aut animus. Quippe Titum filium ad venerationem cultumq; [illegible] miſerat, *Idem hiſt. 1. & hiſt. 2. princ.* T. Veſpaſianus ê Judæa in[illegible] adhuc Galba miſſus à patre, cauſam profectionis, officium erga Prin[illegible]. Nimia jam potentia Macronis: qui gratiam C. Cæſaris nunquam [illegible] ne-glectam acrius indies favebat, *Idem annal. 6. ad fin.* Romæ Senat[illegible] cun-cta principibus ſolita Veſpaſiano decernit, lætus & ſpei certus, *Ide[illegible] 4. princ.* Cheruſcorum gens Regem Româ petivit uno relicto reg[illegible] pis, qui apud urbem habebatur, nomine Italicus. Paternum hui[illegible] ê Flavio Fratre Arminii, mater ex Catumero Principe Cattorum er[illegible] forma decorus *&c.* Ac primo lætus Germanis adventus, atq; eo [illegible] quòd nullis diſcordiis imbutus, pari in omnes ſtudio ageret, celeb[illegible] modò comitatem & temperantiam nulli inviſam uſurpans, *Id[illegible]m ann[illegible]* Junio Silano & Silio Nerva Coſſ. fœdum anni principium ince[illegible], [illegible]-cto in carcerem illuſtri equite Romano Titio Sabino, ob amicitiam G[illegible]

[illegible]

manici, neque enim omiſerat conjugem, liberosque ejus percolere, ſectator domi, comes in publico, poſt tot clientes unus, eoque apud bonos laudatus & gravis iniquis, *Idem annal. 4. ad fin.* P. Dolabella juſſa principis magis, quàm incerta belli metuens, *Idem annal. 4.* Sufficere omnes obſequio, *Idem hiſt. 4. princ. ferè*, quo pereunte etiam imperium intercidit, *Idem hiſt. 1. ad fin.* Sic etiam de Principe juventutis Marchione Brandenburgico Domino CAROLO ÆMILIO, Domino Electoratus herede & ſucceſſore, Pruſſiæ Principe, *&c. &c. &c.* Domino noſtro clementiſſimo ex Tacito dicendum, vovendum & faciendum: Spes in Republ. ſitas: & tantò magis fovendum patribus populoque Principem, qui unus ſupereſt è familia, ſummum ad faſtigium genita, *annal. 3.* hoc ſano intellectu, non quòd Secundo genitus Princeps & Dominus noſter Fridericus non ſit ejusdem juris, fortunæ, gradus rerúmque gerendarum capax, votique exinde non tam particeps, ſed quòd Primogenitus Principem, ut jure heres potior, ita voti illius habilior exſiſtit. Hoc autem quotidie mente revolvant circumſpecti Aulici: qui apud potentem potentes ſunt, qui multis officiis Principes ſuos colunt, iis applicari expedit, non implicari: ne pluris remedium conſtet, quàm periculum. Nihil tamen æquè proderit, inquit Seneca, quàm quieſcere, & minimum cum aliis loqui, plurimum ſecum, *epiſt. 105. in med.* Nām melius eſt pauca agere cautè, quàm multis intereſſe periculosè, *Novell. 44. cap. 1. §. 3.* Alius enim eloquentiæ fiducia prolabitur, alius patrimonio ſuo plus imperavit, quàm ferre poſſit: alius infirmum corpus laborioſo oppreſſit officio. Quorundam idonea eſt verecundia rebus civilibus, quæ firmam frontem deſiderant; quorundam contumacia non facit ad aulam, quidam non habent iram in poteſtate: & illos ad temeraria verba quælibet indignatio effert, quidam urbanitatem neſciunt continere, nec periculoſis abſtinent ſalibus, omnibus his utilior negotio quies eſt, *Senec. de Tranq. animi cap. 4.* Patulas etiam debent habere Aulici aures & quaſi aſininas, in quibus multa, quæ audiuntur, poſſint recondi, & ſæpe in iis quaſi clauſa & obſerata manere. Omnia ſcire (audire) non omnia exſequi, *&c. Tacit. in Jul. Agric. vita.* 16.

- - - - - - ſapienter idem
Contrahes vento nimiùm ſecundo
Turgida vela.

Horat. lib. 2. Carm. od. 10.

Digitized by Google

Ariſtoteles Calliſthenem auditorem ſuum ad Alexandrum dimittens monuit, ut cum eo aut rariſſimè, aut quam jucundiſſimè loqueretur: quo ſcilicet apud regias aures vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſe acceptior. At ille, dum Alexandrum Perſica Macedonum ſalutatione gaudentem objurgat, & ad majorum mores invitum revocare perſeverat, ſpiritu carere juſſus ſeram neglecti ſalubris conſilii pœnitentiam egit, *Val. Max lib. 7. cap. 2 n. 8. ext.* Callidus & verſutus fuit Criſpi Equitis ex ſorore nepos, quem nomen adſciverat, diverſus hic à veterum inſtituto, per cultum & munditias, copiáq; & affluentia luxu propior, ſuberat tamen vigor animi, ingentibus negotiis par, eò acrior, quo ſomnum & inertiam oſtentabat. Igitur incolumi Mecœnate proximus, mox præcipuus, cui ſecreta in[illegible]rentur, ætate provecta, ſpeciem magis in amicitia principis, quàm vim tenuit, *Tac. ann. 3.* Aulici mediam viam ſemper ambulare non poſſunt, hac enim ceſpitare, illâc hallucinari, tertia labi, quarta procumbere ſæpe contingit. Plura ſæpe peccantur, dum demeremur, quàm dum offendimus, *Idem annal. 15.* Sicut teſtudo, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, tuta ad omnes ictus eſt, ubi exſerit partes aliquas quodcunq; nudavit, obnoxium atq; infirmum habet, *Liv. lib. 36. in fine ferè.* Ideo aulici intra terminos licentiæ ſuæ ſe cuſtodire diſcant, & fortunam ſuam, quam maximè poſſint, in planum deferant, hujus in omnibus præcipuè memores, quod dicitur: Semper in eo, quicquid impensè aut colimus, (cupimus) aut odimus, mora ſalutaris eſt. Et quod Tacit. *in Jul. Agric. vita.* Scilicet ſublime & erectum ingenium, pulchritudinem ac ſpeciem excelſæ magnæque gloriæ vehementiùs, quàm caute appetebat, mox mitigavit ratio & ætas: retinuítq;, quod eſt difficillimum, ex ſapientia modum, *[illegible] eo ibid.* Nec Agricola proſperitate rerum in vanitatem uſus. Egregia hinc & ſalutaris vitæ aulicæ ratio colligitur: Mitigante ratione & ætate, retine ex ſapientia modum, nec proſperitate rerum in vanitatem utere.

In Omittendo. Non ſe ſupra Principem extollant.

17. Ita ait Marcellus: ſuadere etiam Priſco, ne ſupra Principem ſcanderet, ne Veſpaſianum ſenem triumphalem, juvenum liberorum patrem præ[illegible] coerceret. Quomodo peſſimis Imperatoribus ſine fine dominationem, ita quamvis egregiis modum libertatis placere, *Tacit. hiſt. 4 princ.* [illegible] teras ad Veſpaſian[u]m compoſuit, jactantiùs quàm ad Principem, *[illegible]* Ita Mucianus ad Veſpaſianum: Nobis nihil ultra arrogabo, quàm [illegible] Valentem ac Cæcinam numeremur. Ne tamen Mucianum ſocium [illegible]

...ſtris, quia æmulum non experiris: me Vitellio antepono, te mihi, *Idem hiſt. 2.* Hoc in aulis Principum verſantes ægerrimè ferunt, parum ſe poſſe, parum habere, & parum valere. Qui enim minimè ſe gratioſum videt, animo abjecto, obtorpeſcit. Ex adverſo hoc magnis Principum amicis ... eſt, multum poſſe, & multum valere, atq; inſuper potentiâ magis ... ſapientia; authoritate, quàm ratione niti. Neq; enim diuturna ... familiaritate frui poteſt, qui ſuo cuncta in Republ. arbitratu ..., *Horol. Princ. Anton. Guev. lib. 1. cap. 14. n. 55.* Maximè formidoloſum privati hominis nomen ſupra Principem attolli, *Tacit. in Jul. Agric. vita circa fin.* Fenius Rufus & Sofonius Tigellinus variis criminationibus adoriuntur Senecam, tanquam ingentes & privatum modum ... opes adhuc augeret: quodque ſtudia civium in ſe verteret: hortorum quoq; amœnitate & villarum magnificentia, quaſi Principem ſupergrederetur, *Id. annal. 14.* Profectò Brixellum Othone, honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac poteſtas penes Proculum præfectum, *Id. hiſt. 2.* ... ait: ſcire, ſervo eſſe utilius parere dicto, quàm afferre conſilium, *Q. Curt. lib. 7.* Creſcens Neronis libertus (nam & hiemalis temporibus partem ſe Reip. faciunt) epulum plebi, ob lætitiam recentis imperii ... erat, & populus pleraq; ſine modo feſtinavit, *Tacit. hiſt. 1.*

Non Principes ſuos regant. Regebatur trium arbitrio Galba, quos unà & intra Palatium habitantes, nec unquam non adhærentes, pædagogos vulgò vocabant. Hi erant T. Vinius legatus ejus in Hiſpania, cupiditatis immenſæ: Cornelius Laco ex adſeſſore præfectus prætorii, arrogantiâ inertiaq; intolerabilis: libertus Icelus, paulò antè anulis aureis ... Marciani eo nomine ornatus, ac jam ſummi equeſtris gradus candidatus. His diverſo vitiorum genere, graſſantibus adeò ſe abutendum permiſit & tradidit, ut vix ſibi ipſi conſtaret: modò acerbior parciórq;, modò remiſſior ac negligentior, quàm conveniret principi electo, atq; illius ætatis, *Suet. in Galba n. 14.* Solent etiam aulicorum multi, ut poſtea tutiorem regendi copiam habeant, Principem præſertim Juventutis adhuc vacuum occupare, quemadmodum Tacit. ait: Titum perdomandæ Judææ delectum à patre comitabantur multi, quos urbe atq; Italia ſua quemque ... occupandi Principem adhuc vacuum, *hiſt. 5. princ.*

Non Principes ſpernant. Capito Coſſutianus præter animum ad flagitia præcipitem inimicus Thraſeæ, ita eum accuſat: Nunquam

pro ſalute Principis, aut cœleſti voce immolaviſſe. Huic uni [illegible] tua ſine arte, ſine honore. Proſperas principis res ſpernit: etiam ne luctibus & doloribus ſatiatur, *Id. ann. 16.* Omnes, qui plus poterant in palatio, adulandi profeſſores jam docti; rectè conſulta proſpereq́; completa vertebant in deridiculum, talia ſine modo ſtrepentes inſulse, in odium venit cum victoriis ſuis capella, non homo: ut hirſutum Julianum carpentes appellantesq́; loquacem talpam, & purpuratam ſimiam, & literionem Græcum & his congruentia, plurima atq; vernacula principi reſonantes audire, hæc taliaq́; geſtienti, virtutes ejus obruere verbis impudentibus conabantur, ut ſegnem inceſſantes & timidum, & umbratilem, geſtáq́, ſecus verbis comptioribus exornantem: quod non tunc primitus accidit, *Amm. Marcell. l.* [illegible] *in Conſtant. & Julian. in med. fere.* Primus Antonius nihil adventantem Mucianum veritus, quòd exitioſus erat, quàm Veſpaſianum ſpreviſſe. *Tac. lib. hiſt. 3 in med. ferè.* Audivit Tiberius probra, quis per occultum lacerabatur, adeoq; perculſus eſt, ut ſe vel ſtatim, vel in cognitione purgaturum clamitaret; precibúsq; proximorum adulatione omnium ægrè componeret animum, *Id. ann. 4.*

18. Non Principes eludant. Domitianus aliquando occultis ad Cerialem nunciis fidem ejus tentavit, an præſenti ſibi exercitum imperiumque traditurus foret: qua cogitatione bellum adverſus fratrem, in [illegible] fuit. Nam Cerealis ſalubri temperamento eluſit, ut vana pueriliter cupientem. Domitianus ſperni à ſenioribus juventam ſuam cernens, modica quoque & uſurpata antea munia imperii omittebat, *Tacit. hiſt. 4. in fine.* Tradunt plerique eorum temporum ſcriptores, crebris ante exitium diebus, [illegible] pueritiæ Britannici Neronem. *&c: Id. ann. 13.* Nero uſus eſt patriæ ruinis, exſtruxitq; domum, in qua haud perinde gemmæ & aurum miraculo eſſent, ſolita pridem & luxu vulgata; quam arva & ſtagna, in modum [illegible] num hinc ſylvæ, inde aperta ſpatia & proſpectus: magiſtris & machinatoribus Severo & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ natura denegaviſſet; per artem tentare, & viribus Principis illudere, *Id. ann.* [illegible] Quædam apud Galbæ aures præfectus Laco illuſit, conſilium [illegible] quamvis [illegible] gii, quod non ipſe afferret inimicus & adverſus peritos pervicax, *Id. hiſt.* [illegible] Adoleſcebat interea lex Majeſtatis, & Apulejam Varilliam ſororis Auguſti neptem, quia probroſis ſermonibus divum Auguſtum ac Tiberium & matrem ejus inluſiſſet, Cæſariq; non nexa adulterio teneretur, majeſtatis delator arceſſebat, *Id. ann. 2.* Marcellus, nimiùm mitis ad can[illegible]

potuit.

[illegible] qui Thraſeam deſciſcentem, qui generum ejus Helvidium Priſcum [illegible] furoribus, ſimul Paconium Agrippinum paterni in principes odii [illegible] & Curtium Montanum deteſtanda carmina factitantem, eludere [illegible]fuerat, *Id. ann. 16. ad fin.* Cæſar repetitis adverſum nepotem & [illegible] increpitaq; per edictum plebe, queſtus apud patres, quòd [illegible] Senatoris imperatoria Majeſtas eluſa publicè foret, *Id. ann. 5.* [illegible] cum inter alia diſſereret: ſe meminiſſe temporum, quibus natus [illegible] civitatis formam patres aviq; inſtituerint. ulteriora mirari, præ[illegible] bonos Imperatores voto expetere, qualeſcunq; tolerare. Non [illegible] oratione Thraſeam, quàm judicio Senatus afflictum. Sævitiam [illegible] ejuſmodi imagines illuſiſſe, *&c. Id. hiſt. 4. princ. ferè*

Non Principes irrideant. Caveant præterea Principes ſuos [illegible] Poppæa crebris criminationibus aliquando per facetias incuſa[illegible]em, pupillum vocavit, qui juſſis alienis obnoxius, non modo im[illegible] libertatis etiam indigeret, *Tacit. ann. 14. princ.* Neronis odium [illegible] Veſtinum ex intima ſodalitate cœperat, dum hic ignaviam princi[illegible] cognitam deſpicit, ille ferociam amici metuit, ſæpe aſperis fa[illegible]s, quæ ubi multum ex vero traxere, acrem ſui memoriam re[illegible], *Idem annal. 15. in fine & lib. 1. annal. princ. ait:* Quin & parte [illegible] (Tiberii) epiſtolæ increpuit amicitias muliebres, Fuſium Conſu[illegible] perſtringens, is gratiâ Auguſtæ floruerat, aptus alliciendis [illegible] animis, dicax idem & Tiberium acerbis facetiis irridere ſoli[illegible] apud præpotentes in longum memoria eſt. Similiter *annal. 4.* [illegible] Piſone nobili ac feroci viro, is namque ceſſurum ſe urbe ob [illegible] Accuſatorum in Senatu clamitaverat: & ſpretâ potentiâ Augu[illegible] in jus Urgulaniam domoq; Principis exire auſus erat. Quæ [illegible] Tiberius civiliter habuit, ſed in animo revolvente iras, etiamſi [illegible] languerat, memoria valebat. Solent enim in mar[illegible] pulvere ſcribere Principes læſi, quemadmodum Tacit. ait; [illegible] ſuos in marmore expreſſit, *hiſt. 3:* Nero, dum antiqui[illegible] conſulatus, ac triumphos majorum enumerabat, inten[illegible] ceteri liberalium quoque artium commemoratio, & nihil re[illegible] Reipubl. triſte ab externis accidiſſe, pronis animis audita, poſt[illegible] prudentiam ſapientiámq; flexit, nemo riſui temperare, *Idem* [illegible]*princ.*

... contumaciùs, quam tutum apud aures ſuperbas & offenſioni pro... *Id. ann. 4.*

Neque jactationibus nimiis Principes moleſtent. 20.

... Philota, inquit Q. Curt. Neq; ignorabat, ſæpe Alexandri auribus nimia jactatione virtutis atq; operæ gravem fuiſſe, & ob ea non quidem ſcelerata ſed contumaciæ tamen ſuſpectum, *lib. 6.* Profectus ad Veſpaſianum ... otius, ut non pro ſe ſua excipitur, ita neque averſo imperatoris animo. Trahebatur in diverſa, hinc meritis Antonii, cujus ductu con... haud dubiè bellum exinde Muciani epiſtolis, ſimul cœteri ut inſe... tumidumq; inſectabantur, adjunctis prioris vitæ criminibus, neque ... arrogantia, vocare offenſas, nimiùs commemorandis, quæ me... Alios ut imbelles, Cæcinam ut captivum dedititium increpat. ... paulatim levior viliorq; haberi, manente tamen in ſpeciem amicitia, ... *ad fin.* Miſerat Mucianus literas ad Senatum, quæ materiam ... præbuere: ſi privatus eſſet, cur publicè loqueretur, potuiſſe ... paucos poſt dies, loco ſententiæ dici, ipſa inſectatio in Vitellianos, ... libertate. Id verò erga Rempubl. ſuperbum, erga Principem ... ſum, quod in manu ſua fuiſſe imperium donatumq; Veſpaſiano ... *ibid. princ* Credebant pleriq; auctam offenſionem Silii intem... immodicè jactantis ſuum militem in obſequio duraviſſe, cùm ... ſeditiones prolaberentur: neq; manſurum Tiberio imperium, ſi iis ... legionibus cupido novandi fuiſſet, *Id. ann. 4.*

Neq; interrogationibus vel reſponſionibus ſuſpe... percellant. Dixit fortè Tiberius, ſe, ut non toti Reipubl. parem, ...q; pars ſibi mandaretur, ejus tutelam ſuſcepturum. Tum Aſinius Gallus, interrogo, inquit, Cæſar, quam partem Reipubl. mandari ...? Perculſus improviſa interrogatione, paulum reticuit, dein col... reſpondit: Nequaquam decorum pudori ſuo, legere aliquid ... e ex eo, cui in univerſum excuſari mallet. Rurſus Gallus (et e... offenſionem conjectaverat) nam idcirco interrogatum ait, ut di... quæ ſeparari nequirent, ſed ut ſua confeſſione argueretur, unum ... corpus, atq; unius animo regendum, addidit laudem de Augu... Tiberiumq; ipſum victoriarum ſuarum quæque in toga per tot annos ... eſſet, admonuit. Nec ideò iram ejus lenivit pridem inviſus. ... *ann. 1* Subrius Flavius tribunus interrogatus à Nerone, quibus

cauſis ad oblivionem ſacramenti proceſſiſſet, oderam te, inquit, nec quiſquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruiſti, odiſſe cœpi, poſtquam patricida matris & uxoris, auriga, hiſtrio & incendiarius extitiſti, *Idem annal. 15. ad fin.* Poſtumi Agrippæ ſervus nomine Clemens percontanti Tiberio: Quomodo Agrippa factus eſſet? reſpondiſſe fertur. Quomodo tu Cæſar, *Idem annal. 2.* Cn. Piſo, quo, inquit, loco cenſebit Cæſar? ſi primus habebo, quod ſequar: ſi poſt omnes, vereor ne imprudens diſſentiam. permotus hic, quantoq; incautiùs efferbuerat, pœnitentia patiens tulit abſolvi reum criminibus majeſtatis, *&c. Idem annal. 1. ad fin.*

21. Scipionis cum Annibale de prærogativa & ſuperioritate inter belli Imperatores, colloquium interrogationibus, hinc illinc ſuſpenſis & ſuſpectis reſponſionibus perculſum & reconditum animum, vel inclinationem vel offenſionem arguere videtur. P. Scipionem Africanum Epheſi collocutum cum Annibale tradit Claudius, & quærenti Africano, quem ſibi maximum Imperatorem Annibal crederet, reſpondiſſe Alexandrum Macedonum Regem: quòd parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet: quódq; ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet: quærenti deinde, quem ſecundum poneret: Pyrrhum dixiſſe, caſtra metari primùm docuiſſe: ad hoc neminem elegantiùs loca cepiſſe, præſidia diſpoſuiſſe: artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicæ gentes regis externi, quàm populi Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium eſſe mallent; exſequenti, quem tertium duceret, haud dubiè ſemetipſum dixiſſe: tum riſum obortum Scipioni, & ſubjeciſſe: quid tum tu diceres, ſi me viciſſes? tum me verò, inquit, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omnes alios Imperatores eſſe, & perplexum Punico aſtu reſponſum, & aſſentationis genus Scipionem moviſſe: quod è grege ſe Imperatorum vel inæſtimabilem ſecreviſſet, *Liv. lib. 35. non procul init.* Mucianus ad Veſpaſianum; Ne tamen Mucianum ſocium ſpreveris, quia æmulum non experiris, me Vitellio antepono, te mihi, *Tacit. hiſt. 2.* Poſſunt infinitis modis minimis ex cauſis aliquando per incertitudinem, ſæpius per incuriam, interdum per negligentiam aut incogitantiam, non adeo dolo vel culpa mixta, intempeſtivis ſuis quæſtionibus, reſponſionibus vel jocis, capitis ſui perniciem ſibi imprudenter Aulici conſtruere, cujus memorabile exemplum apud eundem, *annal. 16. in med. fere.* Trucidatis tot inſignibus viris, ad poſtremum Nero virtutem ipſam exſcindere concupivit, interfecto Thraſea Pæto & Barea Sorano, olim utriſq; infenſus,

Accedebant cauſis in Thraſeam: quod Senatu egreſſus eſt, cum de Agrippina referretur, ut memoravi: quodq; juvenalium ludicro parùm expectabilem operam præbuerat: eaq; offenſio altiùs penetrabat, quia idem Thraſea Patavii, unde ortus erat, ludis Ceſticis à Trojano Antenore inſtitutis, habitu tragico cecinerat, die quoq;, quo prætor Antiſtius ob probra in Neronem compoſita ad mortem damnabatur, mitiora cenſuit obtinuitq;: & cùm deum honores Poppææ decernuntur, ſponte abſens, funeri non interfuit. quæ obliterari non ſinebat Capito Coſſutianus præter animum ad flagitia præcipitem, inimicus Thraſeæ; quin & illa objectabat principio anni vitare Thraſeam ſolenne jusjurandum: nuncupationibus votorum non adeſſe: nunquam pro ſalute principis, aut cœleſti voce immolaviſſe. aſſiduum olim & indefeſſum, qui vulgaribus quoq; patrum conſultis ſemet fautorem aut adverſarium oſtenderet, triennio non introiiſſe curiam: & nuperrimeq; cùm ad coërcendos Silanum & Veterem certatim concurrerentur, privatis potiùs clientium negotiis vacaviſſe, ſeceſſionem jam id & partes, &, ſi multi idem audeant, bellum eſſe.

Non ægro Principe lætos dies agant Aulici. Nec deerant, qui criminoſiùs Blæſum incuſarent, quòd ægro Principe lætos dies ageret. Reddendam pro intempeſtiva lætitia mæſtam & funebrem noctem, qua ſciat & ſentiat vivere Vitellium & imperare, & ſi quid fato accidat, filium habere. Et addidit facinori fidem, nobili gaudio, Blæſum viſendo, quin & audita eſt ſæviſſima Vitellii vox, qua (ipſa enim verba referam) ſe paviſſe oculos, ſpectata inimici morte, jactavit, *Tacit. annal. 3.* [illegible] *libr.* Nam ſi legatus officii terminos, obſequium erga imperatorem exiit, & luctu meo lætatus eſt; odero, ſeponamq; à domo mea, & privatas inimicitias, non Principis ulciſcar, inquit Tiberius, *Idem annal. 3. princ.* [illegible] multo minùs finem Principis ſcrutari debent aulici: Fauſto Sylla Salvio Othone Coſſ. Furius Scribonianus in exſilium agitur, quaſi finem Principis per Chaldæos ſcrutaretur, *Idem annal. 12.* 32.

Non ſecreta Principum rimentur. Ut Seſtius, de quo [illegible] Cæſar Seſtium Pagonianum Prætorium perculit, magno patrum gaudio audacem, maleficum, omnium ſecreta rimantem, delectúmque à Sejano, cujus ope dolus C. Cæſari pararetur, quod poſtquam patefactum, prorupere concepta per idem odia & ſummum ſupplicium decernebatur, ni profeſſus indicium foret, *annal. 6. princ.*

Periculoſiſſima res eſt, arcana Principum cognoſcere, ubi, ſi quid c[illegible] tur, prodi vel ab alio formidatur. Abditos Principis ſenſus, ait M. Terentius eques Rom. & ſi quid occultiús parat exquirere inlicitum, ancep[illegible] nec ideo adſequare, *Id. ibid. ideo paulò praced. ait:* Non eſt no[illegible] mare, quem ſupra cæteros & quibus de cauſis extolllas. Tibi ſumm[illegible] rerum judicium dii dedere: nobis obſequii gloria relicta eſt. In [illegible] bus Principum vulgus natare, prudentiores ſubmergi dicuntur. Vulgus enim rei geſtæ corticem aſpicit, prudentiores conſiliorum interiora [illegible] trant. Galba mobilitate ingenii, an ne altiùs ſcrutaretur, *Idem* [illegible] Circumſteterat interim palatium publica exſpectatio magni ſecreti im[illegible] tiens, *ibid.* C. Petronius flagitia Principis ſub nominibus exoletorum [illegible] minarumq; & novitate cujusque ſtupri annulum, ne mox uſui eſſe[illegible] cienda pericula. Ambigenti Neroni, quonam modo noctium ſuarum [illegible] genia noteſcerent, offertur Silia matrimonio Senatoris haud ignota, & [illegible] ad omnem libidinem adſcita, ac Petronio perquam familiaris, agitur in exſilium, tanquam non ſiluiſſet, quæ viderat pertuleràtq; proprio [illegible] *Id. annal. 16.* De nocturnis obambulationibus & latebris, quæ no[illegible] religiones vocantur, ita ait *T. Petron. Arbitér.* Ne juvenili impulſi licentia, quod in ſacello Priapi vidiſtis, vulgetis, deorúmq; conſilia proferatis [illegible] populum, *& paulò inſer:* Operuerat Aſcyltos pallio caput, admo[illegible] licet, periculoſum eſſe alienis intervenire ſecretis. *Satyr. princ. fere.* [illegible] ce aliquando ſecum confabulanti Lyſimacho & dicenti? Quid vis [illegible] lippide, mearum rerum tecum communicem? Quid vis, (reſpondit [illegible]) Rex, modo ne arcanum, *Plut. in Demetr. n. 15. vide l. 4. C. de C*[illegible] *& Mercatorib.*

23. De moribus aulicorum quandoq; bonis. Q[illegible] modum ager vix tam ſterilis invenitur, in qua non radix vel herba [illegible] bona tempeſtive plantata fructum reddat amœnum & ſalubrem, [illegible] aula tam impia, tam perverſa, in qua non multi reperiantur integr[illegible] ſpectæ fidei, candoris, pietatis, honeſtatis & obſervantiæ in ſuos [illegible] pes miniſtri Palatini. Non tamen adeo virtutum ſterile ſeculum, [illegible] & bona exempla prodiderit, *ait Tacit. hiſt. 1. princ. & hiſt. 4. circa* [illegible] tia erunt, donec homines: (aulici) ſed neq; hæc continua, & [illegible] interventu penſantur. Sciant, quibus moris illicita mirari [illegible] malis Principibus magnos viros eſſe, obſequiumq; ac modeſtiam, [illegible] ſtria ac vigor adſint, eo laudis excedere, quo plerìq; per abrupta [illegible]

mul-

[illegible] poſt ambitioſa morte inclaruerunt, *Id. in Jul. Agric. vita.* Bo[illegible] expetunt, rem, fidem, honorem, gloriam & gratiam, hoc pro[illegible] eo mihi magis habet cum probis potiùs, quam cum im[illegible] vanidicis aulicis, *Plaut. in Trin. act. 2.* Sunt multi viri au[illegible] dexteritate conſpicui, ſermonibus faciles, alloquio benigni & [illegible] pii, boni, veri, honeſti, probi, humani, comes, benevoli, [illegible] ſinceri, ingenui Principum miniſtri, viri cordati, nec non [illegible] roq; pollice laudandi & quantò magis honoribus & loco præ[illegible] tantò ſuperiores virtutibus habendi, &, ut nube depulſa ſol & ſe[illegible] homines reficiunt exoptandi. Qualis, omnibus Aulicis exemplo, [illegible] Priſcus eſſe poteſt, *de quo Tacit. hiſt. 4. ita ait*: Ubi ad Helvidium [illegible] prætorem deſignatum ventum, promſit ſententiam, ut honorifi[illegible] bonum Principem. Falſa aberant, & ſtudiis Senatus attollebatur. [illegible] us ille dies, magnæ offenſæ initium, & magnæ gloriæ fuit. In[illegible] altioribus ſtudiis juvenis admodum dedit: non ut pleriq;, [illegible] magnifico ſegne otium velaret, ſed quò firmior adverſus for[illegible] l. capeſceret. Doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bo[illegible] honeſta; mala tantùm, quæ turpia: potentiam, nobilitatem, cæ[illegible] animum, neq; bonis, neq; malis annumerant. Quæſtorius [illegible] Pæto Thraſea gener delectus, è moribus ſoceri nihil æquè ac liber[illegible] hauſit civis, ſenator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis [illegible] opum contemptor, recti pervicax, conſtans adverſus metus. [illegible] Plautus placita majorum colebat, habitu ſevero, caſta & ſecreta [illegible] quamq; metu occultior, tantò plus famæ adeptus, *idem ann. 14.* [illegible] quòd Alexandro noluit divinos tribuere honores, antè tortus 24. [illegible] de quo *Q. Curt. lib. 8.* affirmat: ſed haud quaquam aulæ & aſſen[illegible] accommodatus ingenio. M. Lepidum aperti candoris & ſince[illegible] gravi er laudat Tacitus: Hunc ego Lepidum, inquit, tempo[illegible] gravem & ſapientem virum fuiſſe comperio. Nam pleraq; ab [illegible] aliorum, in melius deflexit: neq; tamen temperamenti [illegible] æquabili auctoritate apud Tiberium viguerit, *annal. 4.* Mem[illegible] Regulus auctoritate, conſtantia, fama in quantum præumbrante im[illegible] faſtigio datur, clarus, adeò, ut Nero æger valetudine & adulanti[illegible] qui finem imperio adeſſe dicebant, ſi quid fato pateretur, r[illegible] ſubſidium Rempublicam. Rogantibus dehinc, in quo [illegible] abſiſteret, in Memmio Regulo, *Idem annal. 14.* L. Piſo nullius

[illegible] em, omiſſis præcipitibus tuta & ſalutaria capeſcentem, *Id. an*- [illegible] Nihil minus in perfecto duce, quàm feſtinationem temeritatemq; [illegible] e arbitrabatur Aug. Imperator. Et ſat celeriter fieri, quicquid fiat [illegible] *in Octav. n. 25. Sext. Aurel. Victor. Epit. ibid.* Compoſitius [illegible] tius, *Tac. an. 15* non avidius quàm conſultius, *Id. hiſt. 2.* neq; [illegible] quàm conſideratius, *Id. hiſt. 1.* minus vehementius, quàm cautè ap- [illegible] *in Jul. Agric. vita princ. ferè.*

Non vacillantes aut ambigentes, ſed firmi & con- [illegible] ntes. Qualis fuit M. Terentius, Eques Romanus, qui conſtanter ami- [illegible] Sejani, licèt alii falsò exſuerant, retinuit, in hunc modum apud Se- [illegible] us eſt. Fortunæ quidem meæ fortaſſis minus expediat, adno- [illegible] quàm abnuere. Sed utrumq; caſura res eſt: fatebor & fuiſſe me [illegible] cum, & ut eſſem expetiviſſe, & poſtquam adeptus eram, læta- [illegible] deram collegam patris, regendis prætoriis cohortibus, mox urbis & [illegible] unia ſimul obeuntem, illius propinqui & adfines honoribus auge- [illegible] quisq; Sejano intimus, ita ad Cæſaris amicitiam validius, contra, [illegible] enſus eſſet, metu ac ſordibus conflictabantur: nec quemquam ex- [illegible] mo, cunctos, qui noviſſimi conſilii expertes fuimus, meo unius [illegible] defendam. Non enim Sejanum Vulſinienſem, ſed Claudiæ & [illegible] us partem, quas adfinitate occupaverat, tum Cæſar generum, tui [illegible] ium, tua officia in Rep. capeſcentem colebamus. Non eſt [illegible] are, quem ſupra cæteros & quibus de cauſis extollas: Tibi [illegible] m judicium dii dedere: nobis obſequii gloria relicta eſt. Spe- [illegible] ro, quæ coram habentur: cui ex te opes, honores, quis plu- [illegible] nocendive potentia, quæ Sejano fuiſſe, nemo negaverit, *&c.* [illegible] u timum Sejani diem, ſed ſexdecim annos cogitaveritis, etiam [illegible] Pomponium venerabamur, libertis quoq; ac janitoribus ejus [illegible], pro magnifico accipiebatur, *Tacit. annal. 6. princ.* Helvidius [illegible] Quæſtorius adhuc à Pæto Thraſea gener delectus, è moribus ſoceri [illegible] que ac libertatem hauſit: civis, Senator, maritus, gener, amicus, [illegible] vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti pervicax, conſtans [illegible] s metus, *Idem hiſt. 4.* Idem dies honeſtum exemplum tulit Caſſii [illegible], qui magnitudine opum præcipuus inter Bithynios, quo ob- [illegible] tem [illegible] anum celebraverat, labentem non deſeruit. Et utri- [illegible] nus fortunis & in exſilium actus, æquitate deûm erga bona ma- [illegible] documenta, *Idem annal. 16. in fine.*

Non aleatores, vinarii, guloſi, impoſtores, menda-
ces, aut litigioſi, *argt. l. 4. §. 2. ff. de Ædil. Edicto.* non
protervi, gibberoſi, curvi, pruriginoſi, ſcabioſi, muti,
ſurdi, *argt. l. 3. ibid.* non urinam faciens ein Bettpiſſer/
l. 14. §. 4. ibid. non balbus, *l. 1. §. 7. ibid.* non leves, deſi-
dioſi, ſomniculoſi, pigri, tardi, commeſſores, ſed po-
tiús conſtantes, curraces, vigilaces & ex quorum fru-
galitate peculium aliquod adquiri poſſit, *argt. l. 18. ff.
eod.* non acerbi, nec contumelioſi, ſed moderati & cum
efficacia benigni & cum inſtantia humani, neque inſo-
lenter incurioſi, neq; diligentes ambitioſè, *argt. l. 33
ff. de uſur. & fruct. lib.* neq; alio vitio ſive morbo laboran-
tes, quod uſum miniſteriúmq; hominis impediat, *l. 1.
§. 8. ff. d. t. de Ædil. Edicto.*

26. De moribus Aulicorum vitioſis. Novi ego, hoc ſeculum moribus quibus ſit. malus bonum, malum eſſe volt, ut ſit ſui ſimilis [illegible] bant, miſcent mores mali, rapax, avarus, invidus, ſacrum, prophan[illegible] blicum, privatum habent aulica gens, *Plaut. in Trinumm. act. 2.* N[illegible] civitas, quæ non & improbos cives aliquando & imperitam multitudinem ſemper habeat, *Liv. lib. 45.* quod aptè & vere de aula dici poteſt, quod [illegible] la ſit aula, quæ non & improbos palatinos aliquando & imperitam [illegible] tudinem aulicam ſemper habeat, nemo poteſt eſſe in magna fam[illegible], [illegible] neminem, neq; ſervum, neq; libertum improbum habeat, *Ci[illegible] pro [illegible] Amer. n. 22.* Clodius homo nobilis, diſertus, audax, qui neq[illegible] neq; faciendi ullum, niſi quem vellet, modum, malorum propoſi[illegible] ſecutor acerrimus, infamis etiam ſororis ſtupro, & actus in[illegible] *Vellej. Paterc. lib. 2. & paulò infer. ibid.* C. Curio vir nobilis, eloq[illegible] audax, ſuæ alienæq; & fortunæ & pudicitiæ prodigus, hom[illegible] me nequam, & facundus malo publico, cujus animo volupt[illegible] & [illegible] dinibus neq; opes ullæ, neq; cupiditates ſufficere poſſent. Q[illegible]

quid

... id ſemper faciunt aulici: amant, potant: ubi ado-
... ibi ſenectutem agunt, in conviviis, dediti ventri, &
... ſudorem, pulverem & alia talia relinquunt aliis,
... jucundiora ſunt, *Salluſt.bell. Jugurth.* nam hic mihi incus
... procudam ego hodie hinc multos dolos, *in Pſeud.act.2.*
... pus pecunia, potentia, ingenio inter claros magis, quàm inter
... *hiſt. 2.pr.fere.* Nominati ſunt Regis amici purpurati duces
... præfecti navium aut præſidiorum, ſervire Regi humiliter, aliis
... imperare aſſueti: prædivites alii, alii, quos fortuna non æquat, his
... regius omnibus victus veſtitusq; , nulli civilis animus,
... neq; libertatis æquæ patiens, *Liv. d. lib. 45.* Corruptis mo-
... tamen fortuna, *Tacit. annal. 6. in med.* quibusdam enim for-
... bus eſt, *Id. hiſt. 2.* Cn. Pompejus occultior, non melior,
... immanem animum ſubdolâ modeſtiâ tegens, *Idem annal. 6.*
... ambulant in concilio impiorum, *Pſal. 1. princ.* Multi & iniqui at-
... regno, pauci ſunt boni: inquit Attius, *Cic. off. 3. n. 84.* Adeò
... in vitia; â vitiis in prava; â pravis in præcipitia pervenitur,
...l. lib. 2. Neq; terrore, neq; gratia aulicus commovetur, ho-
... us, ſupplex inimicis, amicis contumelioſus, modò harum,
... partium, fidus nemini, leviſſimus conſultor, mercenarius
... cujus nulla pars corporis â turpitudine vacat: lingua vana, ma-
... æ, gula immenſa, pedes fugaces, quæ honeſtè nominari
... honeſtiſſima, *&c. ut de Cicerone hæc ſcripſiſſe dicitur Salluſt.*
... Ciceron. declamatione. Quoniam abundabit iniquitas, refri-
... as multorum, *Matth. 24. verſ. 12.* Sive de Principe ipſo ali-
... e de miniſtris ejus quis intellectum velit, non multum errabit.
... is Principis aula luſtratio & delectus inſtitueretur, vix tot bo-
... portæ Thebarum vel oſtia Nili invenirentur. Nam hic ni-
... bus mores invaſit bonos: ita plerumq; omnis jam ſunt inter-
Sed dum illi ægrotant, interim mores mali: quaſi herba irrigua
... uberrimè Neq; quicquam hic utile nunc eſt, niſi mores
... licet jam meſſem metere maximam, nimioq; hic pluris pau-
... faciunt, pars hominum, quàm id, quod proſit pluribus.
Illud conducibile gratiæ, quæ in rebus multis obſtant, odio-
... moramq; faciunt rei privatæ & publicæ, *Plaut. in Trin. princ.*

Plurimi

Plurimi enim Aulicorum vel adulando, vel aſſentando, blandiendo, laudando, criminando, mentiendo, deferendo, ſimultates alendo, alios ſuſpectos habendo, velificando, interdum etiam tacendo, geſtiendo, geſticulando & fingendo, immodicè jocando, & aliis machinationibus principem, amicos & conſortes incautos, artibus quaſi honeſtis imponere & decipere laborant, *de quibus ſingulis in ordine.*

27. **Adulando.** Alexander M. cùm more Perſarum Macedonas venerabundos ſe ſalutare proſternentes humi corpora vellet, inquit Curt. Non deerat talia concupiſcenti pernicioſa adulatio, perpetuum malum regum, quorum opes ſæpiùs aſſentatio, quàm hoſtis evertit, *lib. 8.* Fere hæc ipſa verba refert Plut. *in Annib. n. 74.* Nec deerat talia concupiſcenti adulatorum aſſentatio, perpetuum malum regum, qui dum ea, quæ vellunt, libenter audiunt, ſe adulari ſinunt, & falli æquo animo patiuntur. Ex quo genere fuit Clio, qui ſemetipſum, cùm Rex iniſſet convivium, proſtraturum dixit humi corpus. Debere idem facere cœteros & imprimis ſapientia præditos. Ab illis enim cultus in Regem prodendum eſſe exemplum, *Q. Curt. ibid. paulò infer.* Hæc multos mortales falſos fieri ſubegit, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere, amicitias, inimicitiasq; non ex re, ſed ex commodo æſtumare, magisq; vultum quàm ingenium bonum habere, *Salluſt. bello Jug.* L. Vitellius C. Cæſaris familiaritate Claudii turpe in ſervitium mutatus; exemplar apud poſteros adulatorii dedecoris habetur, ceſſeruntq; prima poſtremis, & bona juventæ ſenectus flagitioſa obliteravit, *Tacit. annal. 6.* Vipſanius conſul retulit patrem Senatus appellandum eſſe Claudium, quippe promiſcuum patris patriæ cognomentum: nova in Remp. merita non uſitatis vocabulis decoranda. Sed ipſe cohibuit conſulem, ut nimium aſſentantem, *Idem annal.* Poſtquam Salluſtius Criſpus monuiſſet Liviam, ne arcana domus, ne conſilia amicorum, miniſteria militum vulgarentur: neve Tiberius vim principatus reſolveret, cuncta ad Senatum vocando. Romæ ruere in ſervitium Conſules, Patres, Eques, quantò quis illuſtrior, tantò magis falſi ac feſtinantes vultuq; compoſito, ne læti exceſſu Principis, ne [illegible]

primordio, lacrymas, gaudium, queſtus, adulationes miſcebant, *Idem annal. 1. princ. & paulò infer.* At patres, quibus unus metus, ſi intelligere viderentur, in queſtus, lacrymas, vota, effundi ad deos, ad effigiem Auguſti, ad genua ipſius (Tiberii) manus tendere. *Et adhuc paulò infer.* Multa patrum & in Auguſtam adulatio, alii parentem, alii matrem patriæ appellandam, pleriq; ut nomini Cæſaris adſcriberetur, Juliæ filius, cenſebant. Etenim ſemper magnæ fortunæ comes eſt adulatio, *Vellej. Paterc. lib. 2. Et annal. 3. circa fin. ait Tacit.* Cæterùm tempora illa adeò infecta & adulatione ſordida fuere, ut non modò primores civitatis, quibus claritudo ſua obſequiis protegenda erat: ſed omnes Conſulares, magna pars eorum, qui præturâ functi, multiq; etiam pedarii Senatores certatim exſurgerent, fœdaq; & nimia cenſerent. Memoriæ proditur, Tiberium, quoties curiâ egrederetur, græcis verbis in hunc modum loqui ſolitum: O homines ad ſervitutem paratos, *vide Daniel. 6. v. 6. & ſeq.* Solus Dolabella Cornelius abſurdam in adulationem progreſſus, *Tacit. annal. 3.* Haterius deridiculo fuit, ſenex fœdiſſimæ adulationis tantùm infamiâ uſurus, *Tacit. ibid. ſeq.* Neronem quoq; & Druſum iisdem diis commendavere Pontifices & Sacerdotes, non tam caritate juvenum, quàm adulatione: quæ moribus corruptis, perinde anceps, ſi nulla, & ubi nimia eſt, *Idem annal. 4.* Enimvero adulatores aulici aucupum more vocem ſuam ad imitationem regum componunt, itaq; eos ſubeunt & decipiunt, *Plutarch. Reip. ger. prac. n. 7.* Excepere Græci Germanicum quæſitiſſimis honoribus, vetera ſuorum facta dictaq; præferentes, quò plus dignationis adulatio haberet, *Tacit. annal. 2.* Et Principes magis amant Placentinos, quàm Veronenſes. obſequium Capitonis dominantibus magis probabatur, quàm Labeonis incorrupta libertas, *Idem annal. 3. in fine.* Hi, qui ſum- 28.
mam aulam tenebant, *inquit Amm. Marcellin.* omni placendi ſtudio in adulationem ex more collato, virtutem felicitatemq; Imperatoris extollebant in cœlum: cujus nutu in modum gregariorum militum, licèt diverſis temporibus duo exauctorati ſunt Principes, Veteranio nimirum & Gallus, quo ille ſtudio blanditiarum exquiſito ſublatus, immunemq; ſe deinde fore ab omni immortalitatis incommodo, fidenter exiſtimans, confeſtim à juſtitia declinavit, ita intemperanter, ut æternitatem eam aliquoties aſſereret, & ipſo dictando ſcribẽdóq; propria manu orbis toti9 ſe dominũ appellaret: quod dicentibus aliis indignanter admodum ferre deberet is, qui ad æmu-

Uu latio-

lationem civilium principum vitam formare moresq; ſuos, ut prædicabat, diligentiâ laborabat enixâ, *&c.* Hac enim ſuperabatur difficultate, quòd ad ſuſcipiendas defenſiones æquas & probabiles Imperatoris aures occluſæ patebant ſuſurris inſidiantium clandeſtinis, *&c.* Ut enim ſubterraneus ſerpens foramen ſubſidens occultum, adſultu ſingulos tranſitores ſubitò obſervans inceſſit: ita ille addens etiam poteſtate lædendi malitiæ munus, nec læſus aliquando, nec laceſſitus, inexplebili quodam lædendi propoſito conſcientiam polluebat, *&c.* Hæc dum Mediolani aguntur, militarium catervæ ab oriente perductæ Aquilejam, cum aulicis pluribus, membris inter catenas fluentibus, ſpiritum trahentes exiguum, vivendiq; moras per ærumnas deteſtati multiplices. Ad quos audiendos Arbora miſſus eſt, & Euſebius cubiculi, tunc præpoſitus ambo, inconſideratæ jactantiæ injuſti pariter & cruenti, qui nulla perſpicacitate, ſine innocentium ſontiumq; differentia alios verberibus, vel tormentis afflictos exſulari pœna damnârunt, quoſdam ad infirmam truſere militiam, reſiduos capitalibus addixere ſuppliciis, impletisq; funerum buſtis reverſi velut ovantes geſta retulerunt ad Principem, ergo hæc & ſimilia palàm, obſtinatum & gravem, vehementes hinc & deinde conſtantiùs, quaſi per præſcriptum fatorum ordinem convulſurus, recluſo pectore patebat inſidiantibus multis, unde rumorum aucupes ſubitò exſtitere complures, horum vertices ipſos ferinis morſibus adpetentes: poſteaq; pauperes & divites indiſcretè non ut Cybiratæ illi Verini tribunal unius legati lambentes, ſed Reip. membra totius per incidentia mala vexantes. Inter quos facilè Paulus & Mercurius eminebant; hic origine Perſa, ille natus in Dacia: notarius hic: ille miniſter triclinii rationalis. Et Paulo Catenæ inditum eſt cognomentum, eo quòd in complicandis calumniarum nexibus erat indiſſolubilis, tetra venena ferens varieq; diſpergens: ut in colluctationibus calce tenere quidam ſolent attifices palæſtritæ. Mercurius Solimeniorum appellatus Comes, quod ut clàm mordax canis interno vitio ſummiſſus agitans caudam epulis, cœtibúsq; ſe crebris inſerens, ſi per quietem quiſquam, ubi fuſiùs natura vagatur, vidiſſe aliquid amicè narrâſſet, id venenatis artibus coloratum in pejus, patulis Imperatoris auribus infundebant; & ob hoc homo tanquam inexplebili obnoxius culpæ, gravi mole criminis pulſabatur, *lib. 15.* Romani cùm aliquando à Friſiis cladem accepiſſent, diſſimulante Tiberio damna, pavor internus occupaverat animos, cui remedium adulatione quærebatur, *Tacit. annal. 4. in fine.* Clamor voceſq;

ceſque vulgi, ex more adulandi, nimiæ & falſæ, quaſi dictatorem Cæſarem, aut Imperatorem Auguſtum proſequerentur, ita ſtudiis votiſque certabant, nec metu aut amore, ſed ex libidine ſervitii, ut in familiis, privata cuiq; ſtimulatio, & vile jam decus publicum, *Idem hiſt. 1. in fine.* Non minùs verò, quàm arguté dicitur. Fumum emere interdum etiam vendere privatis interdictum, ſolam Principum eſſe mercaturam. Juxta illud: Aura vapor levis eſt, fumi venduntur in aula. quotidie enim gravi penſione ab aulicis ſuis fumum emere oportet Principes. Sed fumo punivit eum Alexander Severus, qui vendidit fumum, *Ælius Lamprid. in eod. in med.* Adulationi fædum crimen ſervitutis; malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt, *Tacit. hiſt. 1. princ.* Seneca ab adulationis crimine conſcientiam ſuam purgat, quando ait: Nec ſibi promptum in adulationem ingenium. Idq; nulli magis gnarum, quàm Neroni, qui ſæpiùs libertatem Senecæ, quàm ſervitium expertus eſſet, *Idem annal. 15.* Sed pauci hodie ſunt, qui veſtigiis Senecæ inſiſtunt, *plura ſuperiùs in Conſiliario. de Affectibus.*

Aſſentando. Galba apprehenſa Piſonis manu, in hunc modum locutus fertur: Fidem, libertatem, amicitiam, præcipua animi bona, tu quidem eâdem conſtantiâ retinebis: ſed alii per obſequium imminuent. Irrumpet adulatio, blanditiæ, peſſimum veri affectus venenum, ſua cuiq; utilitas. Etiam ego ac tu ſimpliciſſimè, inter nos hodie loquimur. Cæteri libentiùs cum fortuna noſtra, quàm nobiſcum. Nam ſuadere Principi, quod oporteat, multi laboris. Aſſentatio erga Principem quemcunq; ſine affectu peragitur, *Tacit. hiſt. 1.* ita fieri ſolet: Quò ſe fortuna, eôdem etiam favor hominum inclinat, *Juſtin. lib. 5.* ut Menas, homo naturâ fidei ambiguæ, ac ſemper felicioris partes potiores habens, *Dio Caſſ. lib. 48. in fine.* Trium legionum legati, pares jure, & proſperis Vitellii rebus, certaturi ad obſequium: adverſam ejus fortunam ex æquo detrectabant, *Tac. hiſt. 2.* Cum adſenſu omnia audire, omnia loqui ſolent, quibus omnia Principum honeſta atq; inhoneſta laudare mos eſt, *Idem annal. 2.* Ut Princeps loquebatur civilia de ſe & Repub. egregia, nec Senatus obſequium deerat, *Idem hiſt. 4. princ.* ſic ſtudio indefeſſo ad nutum plurimi, ad voluntatem Principis ſe accommodare feſtinant. Solent etiam plerumq; aulici conſenſum venalem habere, *l. 59. C. de Decurionib.* Paucis judicium, aut Reip. amor, multi occulta ſpe, prout quiſq; amicus vel cliens, hunc vel illum ambitionis rumoribus deſtinabant, *Tacit. hiſt. 1.* Rex Ahaſverus cùm exaltaret Aman & poneret ſolium ejus ſuper Principes, quos habebat, 29.

cuncti ſervi Regis, qui in foribus palatii verſabantur, flectebant genua & adorabant Aman: ſic enim præceperat Imperator, *Eſther. 3. princ.* Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoq;, neget quis? nego, ait? ajo: poſtremò imperavi egomet mihi, omnia aſſentari: is quæſtus nunc eſt uberrimus, *Terent. act. 2. ſc. 2. Cic. de amicit. n. 93.*

Cede repugnanti, cedendo victor abibis:
Fac modò, quas partes illa jubebit, agas.
Arguet, arguito: quicquid probat illa, probato:
Quod dicit, dicas: quod negat illa, neges.
Riſerit, arride: ſi flerit, flere memento:
Imponat leges vultibus illa tuis. *Ovid. lib. 2. de arte amand.*

At ſuo quemq; judicio & homines odiſſe aut diligere, & res probare aut improbare debere: non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alieni momentis animi circumagi, adſtipulariq;, *inquit Liv. lib. 39. princ. ferè.* Cavendum eſt, inquit Cicero, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus; in quo falli facile eſt, *offic. 1. n. 91.*

30. Blandiendo. Multis hoc, quod de Nerone ait Tacit. ut ſtudii vel artis cujusdam induſtria tribuitur. Qui ſermoni, ad Senecam, habito, adjecit complexum & oſcula factus naturâ & conſuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis, *ann. 14. circa fin.* hunc cùm recens matricidium adhuc doleret, auctore Burrho, prima centurionum tribunorumq; adulatio ad ſpem firmavit, prehenſantium manu, gratantiumq; quod diſcrimen improviſum & matris facinus evaſiſſet, *Ib. princ. & pag. ſeq.* Contanti in oppidis Campaniæ, quonam modo urbem ingrederetur, an obſequium Senatus, an ſtudia plebis reperiret anxio: contrà deterrimus quisq;, quorum non alia regia fœcundior exſtitit, inviſum Agrippinæ nomen & morte ejus accenſum populi favorem differunt. Iret intrepidus, & venerationem ſui coram experiretur. Simul progredi expoſcunt, & promtiora, quàm promiſerant, inveniunt, obvias tribus, feſto cultu Senatum, conjugum ac liberorum agmina per ſexum & ætatem diſpoſita: exſtructos qua incederet ſpectaculorum gradus, quomodo triumphi viſuntur. Hinc ſuperbus ac publici ſervitii victor: (ſcil. Nero) promeritum adulationis, aſſentationis & blandimentorum pretium in Senatu erat libertatis amiſſio, in Principe ſuperbia, ac publici ſervitii victoria. Quotusquisq; hodie tam prudens eſt, qui libertatis amiſſionem, aulæ ſuperbiam & publici ſervitii victoriam, mentis acumine ſatis trutinet. Blando cultu ſæpe Principes impen-

Digitized by Google

impenſiùs colunt, quàm ipſum Deum, aulici. Sejanus nimiâ fortunâ ſecors & muliebri inſuper cupidine incenſus, promiſſum matrimonium flagitante Livia, componit ad Cæſarem codicillos, moris tum quippe erat, quanquam præſentem, ſcripto adire. Ejus talis fuit forma. Benevolentia patris Auguſti & mox plurimis Tiberii judiciis ita inſueviſſe, ut ſpes votaq; non priùs ad Deos, quàm ad Principum aures conferret, *Id. ann. 4. in med.*

Laudando. Multi ſecretis criminationibus infamant ignarum, 31.
& quò incautior decipiatur, palàm laudatum, *Tacit. hiſt. 1. & hiſt. 4.* Igitur Mucianus, qui propalam opprimi Antonius nequibat, multis in Senatu laudibus cumulatum ſecretis promiſſis onerat, citeriorem Hiſpaniam oſtentans, diſceſſu Cluvii Rufi vacuam ſimul amicis ejus tribunatus præfecturasq; largitur. Dein poſtquam inanem animum ſpe & cupidine impleverat, vires abolet, dimiſſa in hyberna legione ſeptima, cujus flagrantiſſimus in Antonium amor, &c. Apelles nequaquam mutato conſilio Taurionem, qui Peloponneſiacis rebus præfectus fuerat, magiſtratu dejecit, non incuſans eum, ſed laudans ac dicens, aptiſſimum eſſe, qui cum Rege in caſtris verſaretur, volens ipſe alium illius loco Peloponneſiis præficere. Novus quippe modus calumniæ inventus eſt; non vituperando, ſed laudando famæ ac commodis hominum inſidiari, quod vitium in aulis Principum ortum usq; adeò inolevit, ut ea loca tanquam proprias ſedes ſibi videatur elegiſſe, *Polib. lib. 4. in fine.* Nero ſcenam inſcendit, & multa cura tentans Citharam & præmeditatas, adſiſtentibus familiaribus, acceſſerat cohors militum centuriones tribuniq; : & mœrens Burrhus ac laudans, *Tac. ann. 4. princ. ferè.* Cùm Germanicus ſeditioſos milites & hoſtes opprimeret, nunciata ea, Tiberium lætitia curaq; adfecere, gaudebat oppreſſam ſeditionem: ſed quòd largiendis pecuniis & miſſione feſtinata favorem militum quæſiviſſet, bellica quoq; Germanici gloria augebatur. Rettulit tamen ad Senatum de rebus geſtis: multáq; de ejus virtute memoravit, magis in ſpeciem verbis adornata, quàm ut penitus ſentire videretur, *Idem annal. 1.* Hic eſt aulicorum mos pravus, vafrities ſubdola, obtentu, colore, ſpecie, ſpecioſo nomine vel titulo, laudando infamare, excuſando arguere, extollendo deprimere. Agricola ſimul ſuis virtutibus, ſimul vitiis aliorum, in ipſam gloriam præceps agebatur. Aderat jam annus, quo ProConſulatum Aſiæ & Africæ ſortiretur, & occiſo Civica nuper, nec Agricolæ conſilium deerat, nec Domitiano exemplum.

Acceſſere quidam cogitationum Principis perit, qui iturúsne eſſet in provinciam ultro Agricolam interrogarent, ac primò occultiús quietem & otium laudare, mox operam ſuam in approbanda excuſatione offerre; poſtremò jam non obſcuri, ſuadentes ſimul terrentesq; pertraxere ad Domitianum, qui paratus ſimulatione, in arrogantiam compoſitus, & audit preces excuſantis, & cùm annuiſſet, agi ſibi gratias paſſus eſt. nec erubuit beneficii invidia. Salarium tamen ProConſulari ſolitum offerre, & quibusdam à ſe ipſo conceſſum. Agricolæ non dedit: ſive offenſus non petitum, ſive ex conſcientia, ne, quod vetuerat, videretur emiſſe. Proprium humani ingenii eſt, odiſſe, quem læſeris, *Idem in Jul. Agric. vita.* Sicut enim qui ex arte & callidè adulantur, aliquando multis & longis laudationibus vituperationes admiſcent leviculas, veluti condimentum adulationi libertatem, immittentes: ita malignitas, ut fidem criminibus faciat, laudem ſimul ponit, *Plutarch. de Herodot. malignit. princ. ferè.* Peſſimum amicorum genus laudantes, *Tacit. in Jul. Agr. vita.* Talium Hypocritarum vitam Friderico Cæſari coràm accuſabat Caſpar Schlickius Cancellarius Bohemiæ, abiturum ſeſe aliquando in loca dicebat, quæ hiſce hominum monſtris vacua eſſent, Cui Fridericus, ultra Sauromatas ergo, inquit, & glacialem oceanum tibi eundum eſt. Sed cùm eò veneris, non omnino carebit hypocriſi locus, ſi modò & tu homo, non Deus es, inter mortales nemo eſt, qui non aliqua ex parte fictus fucatusq; ſit, *Philip. Camerar. hor. ſubciſ. cent. 3. cap. 77.* Ut L. Piſo: hic ambitum fori, corrupta judicia, ſævitiam accuſatorum aulicorum, accuſationes minitantium increpans, abire ſe, & cedere urbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure teſtabatur. ſimul curiam relinquebat, *Tacit. annal. 2.* Laus falſa & precibus expreſſa, perinde coohibeantur, quàm malitia, quàm crudelitas, *Idem ann. 15.*

32. **Criminando.** Sermonibus quibusdam Principum aures ita verberantibus, dum optimus quisq; miniſtrorum amore & fide, paſſim malignitate & livore, pronum deterioribus Principem exſtimulant, *Tacit. in Jul. Agr. vita circa fin.* Quales erant Hiſpo & Cæpio Criſpinus. Hiſpo ferociam vitæ iniit, quam poſtea celebrem miſeriæ temporum & audaciæ hominum fecerunt: nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis ſævitiæ Principis adrepit, mox clariſsimo cuique periculum faceſſit, potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus, dedit exemplum, quod ſecuti ex pauperibus divites, ex contemptis metuendi, perniciem aliis, ac poſtremum ſibi invenere. Cæpio Criſpinus Marcellum inſimulabat, ſiniſtros de Tiberio ſermo-

ſermones habuiſſe, inevitabile crimen, cùm ex moribus Principis fœdiſſima quæq; deligeret accuſator, objectaretq; reo, *Idem annal. 1. ad fin.* Quales etiam erant Neronis tempore Fenius Rufus & Soſonius Tigellinus. Sed validior Tigellinus in animo Principis ex intimis libidinibus aſſumptus. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, tanquam ingentes & privatum modum evectas opes adhuc augeret; quodq; ſtudia civium in ſe verteret, hortorum quoq; amœnitate, & villarum magnificentia quaſi Principem ſupergrederetur, objiciebant etiam eloquentiæ laudem uni ſibi adſciſcere & carmina ſæpiùs factitare, poſtquam Neroni amor eorum veniſſet. Nam oblectamentis Principis palàm iniquum, detrectare vim ejus equos regentis, illudere voces, quoties caneret. Quem ad finem nihil in Republ. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? Certè finitam Neronis pueritiam & robur juventæ adeſſe, exſueret magiſtrum. ſatis amplis doctoribus inſtructus majoribus ſuis, *Idem annal. 14. circa fin.* Non probris interdum aulici, non manibus abſtinent, diſertorem proditoremq; increpant, nullo proprio crimine ejus, ſed more vulgi, ſuum quisq; flagitium aliis objectantes, *Idem hiſt. 3.* Ejus farinæ Vatinius inter fœdiſſima Neronis aulæ oſtenta fuit, ſutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetus ſcurrilibus: primò in contumelias aſſumtus, deinde optimi cujusq; criminatione eousq; valuit, ut gratiâ, pecuniâ, vi nocendi etiam malos præmineret. Ejus munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem à ſceleribus ceſſabatur, *Idem annal. 15.* Germanicus & Piſo multum invicem infenſi Cyrri aliquando convenere, firmato vultu Piſo adverſus metum, Germanicus ne minari crederetur, & erat clementior. Sed amici (aulici) accendendis offenſionibus callidi, intendere vera, adgerere falſa, ipſumq; & Plancinam & filios variis modis criminari, *Idem annal. 2.* Titium Sabinum, illuſtrem equitem Romanum Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petitius Rufus, M. Opſius præfecturâ functi aggrediuntur, cupidine conſulatus, ad quem non niſi per Sejanum aditus, neq; Sejani voluntas niſi ſcelere quærebatur. Compoſitum inter ipſos, ut Latiaris, qui modico uſu Sabinum contingebat, ſtrueret dolum; cœteri teſtes adſint: deinde accuſationem inciperent. Igitur Latiaris jacere fortuitos primùm ſermones: mox laudare conſtantiam, quòd non, ut cœteri florentis domus amicus adflictam deſeruiſſet: ſimul honora de Germanico, Agrippinam miſerans diſſerebat. Et poſtquam Sabinus, ut ſunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas, junxit queſtus, audentiùs jam onerat Sejanum

Sejanum, ſævitiam, ſuperbiam, ſpes ejus, ne in Tiberium quidem convitio abſtinet. Iiq; ſermones tanquam vetita miſcuiſſent; ſpeciem artæ amicitiæ facere. Ac jam ultro Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, dolores ſuos, quaſi ad fidiſſimum deferre. Conſultant, quos memoravi, quonam modo ea plurium auditu acciperentur. nam loco, in quem coibatur, ſervanda ſolitudinis facies, & ſi pone fores adſiſterent, metus, viſus, ſonitus, aut forte ortæ ſuſpicionis erat. Tectum inter & laquearia, tres Senatores, haud minùs turpi latebra, quàm deteſtanda fraude, ſeſe abſtrudunt, foraminibus & rimis aurem admovent. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum & in cubiculum trahit; præteritaq; & inſtantia, quorum adſatim copia, ac novos terrores cumulat. Eadem ille, & diutius; quanto mœſta, ubi ſemel prorupere, difficiliùs reticentur. Properata inde accuſatio, miſſiſq; ad Cæſarem literis, ordinem fraudis, ſuumq; ipſi dedecus narravere. Non aliàs magis anxia & pavens civitas, egens adverſum proximos congreſſus, colloquia, notæ ignotæq; aures vitari: etiam muta atq; inanima, tectum & parietes circumſpectabantur, *Tacit. annal. 4. ad fin.* P. Mario L. Aſinio Conſulibus Antiſtius Prætor, quem in Tribunatu plebis licenter egiſſe memoravi; probroſa adverſus principem carmina factitavit: vulgavitq; celebri convivio, dum apud Oſtrium Scapulam epulatur, *Idem annal.*
33 *14.* Accuſatorum ingenia, & opes, & exercita malis artibus potentia timebantur, *inquit Id. Tacit. hiſt. 4.* Pleriq; aulici ad judicandum ſatis ingenii habent, at ſimulant: veruntamen ad reprehendenda aliena facta, aut dicta ardet omnibus animus, vix ſatis apertum os, aut lingua promta videtur, quæ meditata pectore evolvat, *Salluſt. ad C. Cæſar. de Rep. ordin. epiſt. 1. in fine.* Certatim ut quisq; animo ignavus. procax ore, variis criminibus inceſſerunt, *Tacit. hiſt. 2.* Privatum odium falſis criminibus tegentes, *Idem annal. 2.* Paucis judicium, aut Reip. amor: multi occulta ſpe, prout quis amicus vel cliens hunc vel illum ambitioſis rumoribus deſtinabant, *Idem hiſt. 1. princ.* Calummnia in convivio pro obſonio eſt, *Proverb.* Et obtrectatio & livor pronis interdum auribus accipiuntur, *Tacit. ibid. princ.* præſertim auribus Principum. quemadmodum ſequens hiſtoria teſtatur. Sed nihil arduum videbatur in animo Principis, cui non judicium, non odium erat, niſi indita & juſſa. Igitur Vitellius nomini Cenſoris, ſerviles fallacias obtegens, ingruentiúmq; dominationum proviſor, quò gratiam Agrippinæ pararet, conſiliis ejus implicari, ſerere crimina

mina in Silanum, cui ſanè decora & procax ſoror Junia Calvina haud multum ante Vitellii nurus fuerat. hinc initium accuſationis, fratrumq; non inceſtum, ſed incuſtoditum amorem ad infamiam traxit. Et præbebat Cæſar aures, accipiendis adverſum generum ſuſpicionibus caritate filiæ promtior, *Idem annal. 12. princ.* At nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes evitare poſſit, *Valer. Max. lib. 4. cap. 7. n. 2. extern.* Sic vilis Burrhus & exſul Seneca trunca ſcilicet manu & profeſſoria lingua, *Tacit. annal. 13.* culpati ſunt. Incedebat enim deterrimo cuiq; licentia, impune probra, & invidiam in bonos excitandi, *Idem annal. 3.* quemadmodum Licinius Proculus criminando, quod facillimum factu eſt, pravus & callidus bonos & modeſtos anteibat, *Idem in fine hiſt. 1.* Calumniari, id eſt, falſa crimina intendere. Prævaricari: vera crimina abſcondere. Tergiverſari, in univerſum ab incuſatione deſiſtere, criminantium aulicorum artificium eſſe ſolet, *argt. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill.* Malè de te loquuntur homines, ſed mali; malè de te loquuntur homines, bene neſciunt loqui; faciunt, non quod mereor, ſed quod ſolent, *Senec. excerpt.* Q. Fabius M. diu multumq; exercitatus odio & invidia collegæ Minucii tale fortunæ ſuæ ſolatium habuit: ſine me timidum pro cauto, tardum pro conſiderato, imbellem pro perito vocent. malo, te ſæpius hoſtis metuat, quàm ſtulti cives laudent, *Liv. lib. 22. anno ab U. C. 538.* Agrippa Mecœnas inter alia & hoc ſaluberrimum conſilium Auguſto tulit. Ac quandoquidem ob hanc & alias cauſas, habere te oportet auſcultatores & exploratores, quorum operâ omnes tui imperii res cognoſcas, ne quid cautione aut emendatione indigens, te fallere poſſit: momento non omnia ſtatim, quæ ab his referuntur, credenda, ſed diligentem conſiderationem adhibendam eſſe; permulti enim eorum, vel odio aliorum, vel eorum bona ſibi petentes, vel in gratiam quorundam, vel irati ob poſtulatam ab aliquibus, ac non acceptam pecuniam, falſo crimine ſeditionis tentatæ, aut contra imperatorem alicujus facti vel dicti improbi eos onerant, ideò non facilè eis animus eſt verecundus, ſed omnia accuratè indaganda. Quod ſi enim tardiùs fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno; feſtinando autem fieri poteſt, ut peccatum aliquod irreparabile admittas, *Dio Caſſ. lib. 52. circa fin.* Et Aratus Senior, debere, inquit, Regem memini quicquam temere credere. Sed cùm adverſus ſocios atq; amicos aliquod narratur rem omnem potiùs diſcurrere, quàm calumniæ fidem adhibeat.

Hoc enim regium eſſe, & in omni genere rerum utile, *Polyb. lib. 4. in fine.* Sint aures tuæ, quæ id, quod audiunt, exiſtimentur audire, non in quas fictè aut ſimulatè queſtus causâ inſuſurrentur, *Cic. ad Quinct. Fratr. lib. 1. epiſt. 1.* Mortalibus à cunctis, inquit Solon, ne fortè quis occultis animo odiis amicum te appellet, vultu hilare bifidaq; ex ore ſonet lingua. Si falſi & apertè criminantes, deprehenſi fuerint, publicè intererit impudens calumniantium refrenetur audacia, *l. 33. §. ult. C. de Epiſc. & Cleric. princ. Inſt. procem.* Quiſquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi: cùm calumniatores, ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii, *l. ult. C. de Accuſationib.* Nam qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet, *Plaut. in Trucul. princ. ferè.*

34. Mentiendo. Hæc eſt Palatinorum quorundam ex adſuetudine & morum perverſitate altera quaſi natura, & vitæ ratio optima: blandis & inſidioſos eſſe alloquio; amicitias utilitate, non fide colere; gratiam fingere in odio, iuſtruere inter concordantes odia, apud utrumquemque deinde gratiam quærere, miſericordiam & perfidiam pari jure diligere, mendacia & criminationes miſcere, fraudes concinnare, eaq; omnia jurisjurandi religione confirmare. Vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum, *Pſal. 62. v. 10.* Filii hominum usque quò gravi corde? ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? *Pſalm. 4. v. 3.* Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt, *Pſalm. ſeq. v. 10.* Dicenti cuidam, Aſſenſus es idq; repetenti ſæpiús: omnino, inquit, aſſenſus ſum, ſi res juſta eſt, ſin minus, dixi ſanè, verum aſſenſus non ſum, inferentiq;. At verò reges par eſt implere. *Quod capite annuerint* - - - - - - - reſpondit: Non magis quàm æquum eſt, ut qui regem accedunt, petant dicantq; juſta, conſiderato, quid occaſio & decorum regis ferat, *Plutarch. Apopb. Lacon. in Ageſil. princ.* rarò quod corde premunt, ore promunt. Demaratus ad Xerxem: Utra, inquit, apud te rex utar, veritaténe, an jucunditate? Ille, ut veritate uteretur, jubere. Neq; enim ſibi ob id eum minus jucundum fore, quàm antè fuiſſet. Hoc ubi Demaratus audivit: quoniam, inquit, me jubes, rex, omnino veritatem proloqui, ea dicam, quæ nemo niſi mentiens apud te poſtea carpet. Græcia ſemper alumna fuit paupertatis, hoſpes virtutis, quam à ſapientia accivit, & à ſevera diſciplina, quam uſurpans Græcia, & paupertatem tuetur & dominatum, *&c. & paulo inferius.* Ad hæc Demaratus: intelligebam, inquit, rex, ab initio, me vera dicentem,

dicentem, non jucundum tibi futurum. ſed quia tu dicere me veriſſima coegiſti, quæ erant, dixi, è dignitate Spartanorum, *&c. Herod. lib. 7. in Polymn. in medio ferè.* Sed rari ſunt ejusmodi aulici, plures ſi non mentiri, cretiſare tamen & in mollius ſæpe referre ſolent, *ut Tacit. annal. 14. ait:* cuncta ad Imperatorem in mollius relata, *Et annal. 12.* Ille propalam incerta, & ſæpiùs molliora reſpondens. Miſer eſt Imperator, apud quem vera reticentur: qui quum ipſe publicè ambulare non poſſit, neceſſe eſt, ut audiat, & vel audita, vel à plurimis roborata confirmet, *Jul. Capitolin. in Gordian.* Solent enim multi ſub quodam ambiguitatis colore, multa ad Principem referre, *l. C. de legib. & conſtit.* Qui hominis ingenium norant, eos non latebat cretizare ipſum contra Cretenſes: qui enim reddiderunt verbis ejus inducti, prætium nullum recepere, *Plutarch. in Æmil. Paul. n. 39. Et in Lyſandr. n. 37.* ſed non animadvertit Lyſander ſe contra Cretenſem (quod ajunt) cretiſare, *&c. ad Tit. 1. v. 12.* Veritas pluribus modis infracta, primùm inſcitia Reip. ut alienæ, mox libidine aſſentandi, aut rurſus odio adverſus dominantes, *Tacit. hiſt. 1.* Principem cubiculo clauſum vera minime noſcere, *inquit Pompon. Lat. in Nemeſi Dea.* aures ſuis præbere, & horum verbis accendi ac ſedari, magiſtratus creare; deniq; ſit, qui imperat bonus, ſit cautus, ſit optimus, omnino venditur ab aulicis ac decipitur. Mendaciorum diſcipulus, facilè ſcelerum & flagitiorum omnium poteſt evadere magiſter.

Deferendo. Hic ſycophantis mos eſt, ut convitiis præſcindere 35.
ad quem & arcani quippiam efferre ipſi incipiant; ut audiens alter, ipſeq; ſimile aliquid enunciando crimini obnoxius fiat, nam illis quidem hæc abſq; periculo licet, nimirum ex compacto id facientibus, non quòd ita ſentiant, ſed ut aliorum ſenſum expiſcentur: at hi ſi vel minimum, præter quam licitum eſt, verbum emittant, pœnas dant, *Dio Caſſ. lib. 58.* Ut ...s eis, quamvis falſis reum ſubdere, *Tacit. annal. 1. in med.* Hæ ſunt artes aulicorum improborum, inquit Annibal Scotus *ad verba Taciti: Igitur Latiaris jacere fortuitos, &c. annal. 4: in fine ferè.* qui aliquem ſubvertere volunt probum & innocentem virum, jaciunt primò cum illo fortuitos ſermones, ut ſuſpicionem fraudis amoveant. Deinde illi blandiuntur, ad eius benevolentiam. Poſtea aliquid rerum ſuarum arcanarum illi communicare ſimulant, quòd revera nihil refert, ut fidem apud illum adquirant. Et ſic demum innocens ille deceptus, animi ſui ſecretum pandit, ſuper quo criminationes apud Principem ſtruunt & illum peſſundant. Oculatiſſimum

ſimum ergo præſtat eſſe in hac re, quæ quotidie in aula uſu venit, & diſcernére malevolos à bonevolis, ut cum illis cautè & ſobriè, cum his liberè & plenè tractes. Hæc atq; talia audienti, nihil quidem pravæ cogitationis, ſed interdum voces procedebant contumaces & inconſultæ, quas adpoſiti cuſtodes exceptas auctasq; deferrent, *&c. Tacit. annal. 4. ad fin.* Libo Druſus cùm deferretur moliri res novas. Firmius Catus Senator ex intima Libonis amicitia juvenem improvidum & facilem inanibus, ad Chaldæorum promiſſa, Magorum ſacra, ſomniorum etiam interpretes impulit: dum proavum Pompejum, amitam Scriboniam, quæ quondam Augusti conjunx fuerat, conſobrinos Cæſares, plenam imaginibus domum oſtentat: hortatúsq; ad luxum & æs alienum, ſocius libidinum & neceſſitatum, quò pluribus indiciis inligaret. Ut ſatis teſtium, & qui ſervi eadem noſcerent, reperit, aditum ad Principem poſtulat. demonſtrato crimine & reo per Flaccum Veſcularium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio uſus erat. Cæſar indicium haud aſpernatus, congreſſus abnuit. poſſe enim eodem Flacco internuncio, ſermones commeare. Atque interim Libonem ornat prætura, convictibus adhibet, non vultu alienatus non verbis commotior (adeò iram condiderat) cunctáq; ejus dicta factáq; cum prohibere poſſet, ſcire malebat, *&c. Tacit. annal. 2.* Ejus farinæ fuit Bagoas Spado Alexandri M. Nam cùm Orſines Perſarum Satrapes, omnes amicos Regis donis ſuper ipſorum voto coluiſſet. Bagoæ Spadoni, qui Alexandrum obſequio corporis devinxerat ſibi, nullum honorem habuit: admonitúsq; à quibusdam, quàm Alexandro cordi eſſet, reſpondit: Amicos Regis, non ſcorta, ſe colere: nec moris eſſe Perſis, mares ducere, qui ſtupro effeminarentur: His auditis, ſpado potentiam flagitio & dedecore quæſitam, in caput nobiliſſimi & inſontis exercuit. Namq; gentis ejuſdem leviſſimos falſis criminibus eſtruxit monitos, tum demum ea deferre, cùm ipſe juſſiſſet. Interim quoties ſine arbitris erat, credulas Regis aures implebat, diſſimulans iram, quo gravior criminantis authoritas eſſet. Nondum ſuſpectus erat Orſines, jam tamen vilior. Reus enim in ſecreto agebatur, latentis periculi ignarus; & importuniſſimum ſcortum, ne in ſtupro quidem & dedecoris patientia fraudis oblitum, quoties amorem Regis in ſe accenderat, Orſinem modò avaritiæ, interdum etiam defectionis arguebat. Jam matura erant in perniciem innocentis mendacia & fatum, cujus inevitabilis ſors eſt, appellabat. Fortè enim ſepulchrum Cyri Alexander juſſit aperiri, in quo erat reconditum ejus corpus, cui dare

vole-

ſolebat inferias, auro argentoq; repletum eſſe crediderat. quippe ita fama Perſæ vulgaverant. Sed præter clypeum ejus putrem, & arcus duos Scythicos & acinacem, nihil reperit. Cæterùm corona aurea impoſita, amiculo cui aſſueverat, ipſe ſolium, in quo corpus jacebat, velavit: miratus tanti nominis Regem, tantis præditum opibus, haud pretioſius ſepultum eſſe, quàm ſi fuiſſet è plebe. Proximus erat lateri ſpado. qui Regem intuens, quid mirum, inquit, eſt inania ſepulchra eſſe Regum, quàm ſatraparum domus aurum in egeſtatem capere non poſſint? quod ad me attinet, ipſe hoc buſtum antea non videram: ſed ex Dario ita accepi, tria millia talentum condita eſſe cum Cyro. Hinc illa benignitas in te, ut quod, quòd impune habere non poterat Orſines, donando etiam gratiam iniret. Conciaverat jam animum in iram, cum hi, quibus negotium idem dederant, ſuperveniunt: Hinc Bagoas hinc ab eo ſubornati falſis criminibus occupant aures. Antequam accuſari ſe ſuſpicaretur Orſines, in vincula traditus eſt. Non contentus ſupplicio inſontis ſpado, ipſe morituro manum injecit, *Q. Curt. lib. 10. princ.* Zoticus ſub Antonio Heliogabalo tantum valuit, ut ab omnibus officiorum principibus ſic haberetur; quaſi domini maritus eſſet. Erat præterea Zoticus idem, qui hoc familiaritates nomine abutens, omnia Heliogabali dicta & facta venderet fumis: quàm maximè divitias enormes ſperans: quum aliis minaretur, aliis pollicerctur, omnes falleret; egrediensq; ab illo ſingulos adiret, dicens: De te hæc locutus ſum, de te hoc audivi, de te hoc futurum eſt, ut ſunt homines hujuſmodi; qui ſi admiſſi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, famam nonſolùm malorum, ſed & bonorum principum vendunt, & qui ſtultitia vel innocentia Imperatorum, qui hoc non perſpiciunt, infami fumgeratione paſcuntur, *Æl. Lamprid. in Anton. Heliogab.* Tiberii tempore peſtis illa Reip. maximè vigebat, ut refert Tacit: Quod maximè exitiabile tulere illa tempora, cum primores Senatus infimas etiam delationes exercerent, alii propalam, multi per occultum: neq; diſcerneres alienos à conjunctis, amicos ab ignotis, quid repens, aut vetuſtate obſcurum; perinde in foro, in convivio, quaq; de re locuti incuſabantur, ut [illegible] prævenire & reum deſtinare properat, pars ad ſubſidium ſui, plures infecti, quaſi valetudine & contactu, *annal. 6. princ.* Ita etiam erant Vitellii [illegible], ut aſpera quæ utilia, nec quidquā niſi jucundum & læſurum acciperet *Hiſt. 3.* At Princeps, qui delatores non caſtigat, irritat, *Suet. in Domit. n. 9.*

Inter adverſa temporum & delatores mandatoresq; erant ex licentia veteri. Hos aſſiduè in foro flagellis ac fuſtibus cœſos ac noviſſimè traductos per Amphitheatri arenam, partim ſubjice in ſervos, ac venire imperavit Titus, partim in aſperrima inſularum avehi. Utque etiam ſimilia quandoque auſuros perpetuò coërceret, vetuit inter cœtera de eadem re pluribus legibus agi, quærive de cujusquam defunctorum ſtatu, ultra certos annos, *Id. in Tito. n. 8.* Verùm, ſi quos in perniciem patriæ, Reipubl. vel ipſius Principis ituros cognoverit, deferre eos ſine macula licet. Quid? ſi tyrannidem, inquit Cicero, occupare, ſi patriam prodere conabitur pater ſilebitne filius? immò verò, obſecrabit patrem; ne id faciat, ſi nihil proficiet, accuſabit, minabitur etiam, ad extremum, ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponat ſaluti patris, *off. 3. vide l. 35. ff. de Religioſ. & ſumtib. funer.* Nec delatoris nomen ſuſpicionemq; formident: cùm fides atq; induſtria eorum, tam laude, quàm honeſtate ac fortiter pietate non careat, cùm veritatem in publicas aures lucémq; deduxerint, *l. 28. in fine C. de Epiſc. & Cleric.* quod officium curioſis & ſtationariis incumbebat, *l. 1. C de Curioſ. & ſtationar.* Hic eſt mos ſummatim, conditio, fortuna & exitus delatorum, quibus Hiſpo eques Romanus erat notatus, *de quo Tacit. annal. 1. ad fin. ita ait:* Formam vitæ iniit, quam poſtea celebrem miſeriæ temporum & audaciæ hominum fecerunt, nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis ſævitiæ Principis adrepit, mox clariſſimo cuiq; periculum faceſſit, potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus. dedit exemplum, quod ſecuti ex pauperibus divites, ex contemptis metuendi, perniciem aliis, ac poſtremum ſibi invenere.

36. **Simultates alendo.** Sunt multi aulici ſimultatum pleni, & acerrimi earum cuſtodes. Cùm inter Antonium & Mucianum graves aliquando orirentur diſſenſiones & Mucianus epiſtolis Veſpaſiano miſſis, effecerat, ut non pro ſpe Antonii, conſilia factáq; ejus æſtimarentur. Ægrè id pati Antonius, & culpam in Mucianum conferre, cujus criminationibus coaluiſſent pericula ſua. nec ſermonibus temperabat immodicus lingua, & obſequii inſolens, literas ad Veſpaſianum compoſuit, jactantiùs quàm ad Principem, nec ſine occulta in Mucianum inſectatione, *&c. & paulò inferiùs.* Nec fefellere ea Mucianum: Inde graves ſimultates, quas Antonius ſimpliciùs; Mucianus callidè, eóq; implacabilius nutriebat, *Tacit. hiſt. 3.* In eo motu Aponius Saturninus Mœſiæ Rector, peſſimum facinus audet, miſſo centurione ad interficiendum Tertium Julianum, ſeptimæ

legio-

legionis legatum, ob ſimultates, quibus cauſam partium prætendebat, *Id. hiſt. 2. ad fin.* Feſtus Adrumeto, ubi ſpeculabundus ſubſtiterat, ad legionem tendit, præfectumq; caſtrorum Cetronium Piſanum vinciri juſſit, proprias ob ſimultates, *Idem hiſt. 4.* Nihil Mamercum Scaurum amicitiæ Sejani, ſed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui eaſdem artes occultiùs exercebat, *Idem annal. 6. in med. ferè.* Nihil enim tam pronum ad ſimultates, quàm æmulatio. Ea porrò maximè naſcitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exardeſcit invidia, cujus finis eſt odium. Quæ in præſens civiliter habuit, inquit Tacitus, ſed in animo revolvente iras, etiamſi impetus offenſionis languerat, memoria valebat, *annal. 4. Et hiſt. 3.* Unde quanquam manente in ſpeciem concordiâ, offenſarum operta metuuntur: Hinter das Ohr ſchreiben/ *Proverb.* Exitu anni diu aucta diſcordia conſulum erupit. nam Trio facilis capeſcendis inimicitiis, & foro exercitus, ut ſegnem Regulum ad opprimendos Sejani miniſtros obliquè perſtrinxerat, ille niſi laceſſeretur modeſtiæ retinens, non modò retudit collegam, ſed ut noxium conjurationis ad diſquiſitionem trahebat. Multiſq; patrum orantibus, ponerent odia in perniciem itura, manſere infenſi ac minitantes, donec magiſtratu abirent, *Idem annal. 5. in fine.* Adeò familiare eſt aulicis, omnia ſibi ignoſcere, nihil aliis remittere, & invidiam rerum, non ad cauſam, ſed ad voluntatem perſonaſq; dirigere, *Vellej. Paterc. lib. 2.* nec tam in poteſtate aulicorum eſt, oblivisci, quàm tacere, *Tacit. in Jul. Agr. vita.* quidam calumnioſas inſtituunt actiones, ut ſub prætextu nominis, propter ſuas ſimultates, ſecurè lites ſuas exercere poſſint, *l. 6. C. de Adminiſtr. tutor.* Sed apertè odiſſe, magis ingenuum eſt, quàm fronte occultare ſententiam, *Cicero de Amicit. n. 65.* Reperies, qui ob ſimilitudinem morum aliena malefacta ſibi objectari putent, *Tacit. annal. 4.* hinc acris ſimultatum memoria. At non credant præſenti potentia exſtingui poſſe etiam ſequentis ævi memoriam, *ibid. paulò infer.* præſenti enim potentia quidem Aulici ſimultates exercere poſſunt, ſed vitiorum maculam, ſequentis ævi memoria extinguere non valent.

Alios ſuſpectos habendo. Divitem, promptum, artibus egregiis, & pari famâ publicè ſuſpectabat Tiberius, *Tacit. annal. 1.* Nero ſuſpectabat maximè Cornelium Syllam, ſecors ingenium ejus in contrarium trahens, callidúmq; & inſidiatorem interpretando, *Idem annal. 13. juxta fin.* Ita eſt in mundi theatro, utq; evenit inclinatis ad ſuſpicionem animis, cùm timeret Otho, timebatur, *Idem hiſt. 1. prope fin.* Et ſuſpectus 37.

ſemper

ſemper inviſusq; dominantibus, qui proximus deſtinatur, *Ibid.* Nam regibus boni, quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt, *Salluſt. bello Catalin. princ.*

37. Velificando. Aptare quidem & accommodare ſe ſuasq; actiones tempori & loco, ut navita vela ſua vento, tam ſalutare, quàm fructuoſam in Republ. Nunquam enim, ait Cicero, præſtantibus in Republ. gubernanda viris laudata eſt in una ſententia perpetua permanſio: ſed, ut in navigando tempeſtati obſequi, artis eſt, etiamſi portum tenere nequeas: cùm verò id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt, tenere cum periculo curſum, quem ceperis potiùs, quàm eo commutato, quò velis, tandem pervenire, *&c. lib. 1. ad Lentul. epiſt. 9. n. 5.* Sed in publicum vel etiam privatum alterutrius periculum vel damnum ſuſpenſa & quo ducantur non intellecta torquere maximè criminoſum eſt. Dixit fortè Tiberius, ſe, ut non toti Reip. parem, ita quæcunq; pars ſibi mandaretur, ejus tutelam ſuſcepturum. Tum Aſinius Gallus, interrogo, inquit, Cæſar, quam partem Reip. mandari tibi velis? perculſus improviſa interrogatione, paulùm reticuit, dein collecto animo reſpondit: Nequaquam decorum pudori ſuo, legere aliquid aut evitare ex eo, cui in univerſum excuſari mallet. Rurſus Gallus (etenim vultu offenſionem conjectaverat) non idcirco interrogatum, ait, ut divideret, quæ ſeparari nequirent: ſed ut ſua confeſſione argueretur, unum eſſe Reip. corpus, atq; unius animo regendum, *&c. Tacit. annal. 1.* Aperire ambages & veri copiam non facere, ſed ſuſpenſa ſemper & quo ducantur inclinatura reſpondere eis mos eſt, *Idem annal. 11. circa fin.* vel ita compoſiti, ut ex eventu rerum adverſa abnuant, vel proſpera agnoſcant, *Idem hiſt. 3.* Creditus eſt Otho de celebranda Neronis memoria agitaviſſe ſpe vulgum alliciendi, & fuere qui imagines Neronis proponerent: atq; etiam Othoni, quibusdam diebus populus & miles, tanquam nobilitatem ac decus aſtruerent NERONI OTHONI acclamavit. Ipſe in ſuſpenſo tenuit, vetandi metu, vel adgnoſcendi pudore, *Idem hiſt. 1.*

Opportuna mea eſt cunctis natura figuris,
In quamcunq; voles: verte: decorus ero.
Propert. lib. 4

Utroq; verſum rectum eſt ingenium meum, ad te atq; ad illum, pro tota uti me licet, vel ego huc vel illuc vortar, quo imperabitis, *Plaut. in Capteiv. act. 2. & in Epid. act. 3.* Verſutior es, quàm rota ſingularis.

De

Den Mantel nach dem Windehengen/ *Proverb.* Cum triſtibus ſeverè, cum remiſſis jucundè, cum ſegnibus graviter, cum juventute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſè vivere, *Cic. pro M. Cælio n. 13.* Pauci ſunt, qui prudentia honeſta ab deterioribus, utilia ab noxiis diſcernunt, plures aliorum eventis docentur. Cæterùm, ut pro futura, ita aliquid oblectationis adferunt, *Tacit. annal. 4.*

Sic parvis componere magna ſolebam,
Virgil. ecl. 1. v. 24.

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Horat. epiſt. lib. 1. epiſt. ad Mecænat. 1.

Nunc geſtus mihi vultusq; eſt capiendus novus, *Terent. in Phorm. act. 1. ſc. 6. Et in Andr. act. 1. ſc. 2.* Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. Sic cum fortuna mutabilem gerentes fidem, *Liv. lib. 8. anno ab U. C. 421.* Conſilium erat, qua fortuna rem daret, ea inclinare vires, *Idem lib. 1.* Damocritus prætor Ætolorum dimiſſis ſuſpenſa re legatis, egregiè conſultum genti ajebat: nam utrius melior fortuna belli eſſet, ad ejus ſocietatem inclinaturos, *Idem lib. 31.* Eumenes Rex Macedonico bello ſe medium egit, ne aut hoſtis judicatus videretur, ſi excluſus eſſet, aut liberatus crimine, ſi admitteretur, *Idem lib. 46.*

Tacendo. Eſt quidem ſilentium vel taciturnitas, ut ſuperiùs dictum, inter virtutes numeranda, quando ea, quæ in occulto & ſecreto manere debent, non panduntur. *In Jul. Agric. vita inquit Tacit.* Non inter quæſturam & tribunatum plebis annum, quieta & otio tranſit, gnarus ſub Nerone temporum, quibus inertia pro ſapientia fuit. Idem prætura tenor & ſilentium. Interdum etiam tempore & loco linguam cohibere, & ſilentio magis, quàm dicacitate (exemplo Xenocratis, qui, dixiſſe me aliquando pœnituit, inquit, tacuiſſe nunquam, *Valer. Max. lib. 7. cap. 2. n. 6. ext.*) os comprimere, non ſolùm laudem meretur, ſed etiam periculum declinat, & ſecuritatem præſtat, Audi, vide, ſile, *Proverb.* Omnia audire, omnia videre & omnia ferè ſilere, faciunt ſecurè dormire, qui bene callet artificium ſilendi, bene callet artificium tempeſtivè loquendi. Eſt enim adhibita in ea re ipſa ſumma à nobis moderatio, inquit Cicero: ut enim olim arbitrabar eſſe meum, liberè loqui, cujus opera eſſet in civitate libertas: ſic eâ nunc amiſſâ nihil loqui, quod offendat aut illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem, *epiſtolar. lib. 9. epiſt. 16.* Reſpondet Diogenes: Aliud eſt celare, aliud tacere; neq; ego nunc te celo, ſi tibi non dico, 38.

Digitized by Google

& non quicquid tibi audire utile eſt, id mihi dicere neceſſe eſt, *Idem offic. 3. n. 52. & n. 57.* Neq; enim id eſt celare quicquid reticeas, ſed cùm, quod ſcias, id ignorare emolumenti tui causâ velis eos, quorum intereſt, id ſcire. Sed de celandi genere ſubdolo & ſubleſto ita pergit : non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non viri boni, verſuti potiùs, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. In jure, ubi interrogatus reſpondere debet, & tacet, in ſolidum poteſt conveniri, quia contumax eſt, qui omnino non reſpondet, & omnino non reſpondet, qui ad interrogata non reſpondet, *l. 11. §. 4. 5. ff. de Interrogat. in jure faciend. & §. ſeq. ibid.* Nihil intereſt, neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpondeat, ut incertum dimittat interrogatorem. Deinde etiam tacens non ſemper pro fatente (ſecundùm commune proverb. aut regul. juris in Sexto 43) accipitur, ſed pro eo, qui tamen non negat, *l. 142. ff. de Regul. Jur.* niſi in commodis, ubi pro conſentiente & acceptante habetur, *l. qui patitur 18. ff. Mandati. Weſemb. Paratitl. de pactis n. 7.* Deinde in jure conſenſus præſumi non poteſt, niſi ubi contradicendo actus impediri poteſt, *l. 51. ff. Locati Conduct.* eo, enim ſolo caſu, ſilentio, actum comprobare quis dici poteſt, *l. 3. C. de Silentiariis.* Porrò, Silentium etiam peculiarem, invenitur in quibusdam locis habere intellectum vel interpretationem, *ut in l. 7. ff. famil. hercisc.* ubi ſub conditione inſtituto heredi, conditione deinde exſiſtente vel completa. Item poſtliminio reverſo, aut poſthumò nato, ſilentium quaſi præteritis, multò minùs quaſi exheredatis non nocet. Similiter *in l. 10. C. de Teſtam. milit.* ubi à milite teſtatore filia inſcio patre teſtatore, falſo rumore, tanquam in rebus humanis non exſiſtens, fuerit præterita, mentione in teſtamento non factâ, ſilentium filiæ non inſtitutæ non nocet. Sic ſilentium Advocatis dicitur imponi, quandò ad tempus foro eis interdicitur, *l. 8. ff. de poſtul.* Ita etiam ſilentium in certo alienationis caſu pro præſcriptione quinquennii accipitur, *l. ult. C. ſi major factus alienat. fact. ſine decret. rat. habuerat.* Eſt etiam modus quidam tacendi, quando ad poſtulata non reſpondetur, interdum ad quædam eorum, ſed non omnia, interdum etiam quandò aliena ſeu heterogenea reſpondentur, & ea vel dolo, vel fraude, quo incautior decipatur, vel ne animi ſenſa intelligantur, vel etiam ut magni æſtimentur, quorum conſilia tanquam oracula ſunt rara & admiranda precibusq; quaſi extorquenda. Solent nonnulli aulicorum ſilentio tempore apto, & animorum ſuppreſſione ita ſe gerere, ut nec intelligantur, nec, quo ducantur, cognoſci queant, donec incautus ille, qui ſic

deſtruan-

Digitized by Google

deſtruendus, tanquam ab amico & ſibi fideliſſimo ſubvertatur. Interrogatus à Conſule, quid de his cenſeret Tiberius, quæ de matre ejus locuta ſecus argueretur, reticuit, *Tacit. annal. 2.* Cùm Piſo & Gallus, ille pro libertate, hic pro Principe contenderent. Et Piſo, quanquam abſuturum ſe dixerat Cæſar, ob id magis agendum cenſebat, ut abſente Principe Senatus & equites poſſent ſua munia ſuſtinere, decorum Reip. fore. Gallus, quia ſpeciem libertatis Piſo præceperat, nihil ſatis inluſtre, aut ex dignitate populi Romani, niſi coram & ſub oculis Cæſaris: Audiente hæc Tiberio ac ſilente, *Idem annal. 2.* Tiberius renuncianti tribuno factum eſſe, quod imperâſſet, neq; imperâſſe ſe, & redditurum eum Senatui rationem reſpondit: invidiam ſcilicet in præſentia vitans. Nam mox ſilentio rem obliteravit, *Sueton. in Tiber. n. 22.* Cæſar non ignarus, quantum ex Republ. peteretur; ne tamen offenſionis aut metus manifeſtus foret, ſine reſponſo, quanquam inſtantem, reliquit, *Idem annal. 4.* Mirum inter hæc ſilentium Claudii, *Idem annal. 11. ad fin.* Satin' cohiberet ac premeret ſenſus ſuos Tiberius, an promeret, iis haud aliàs intentior populus, plus ſibi in Principem occultæ vocis, aut ſuſpicacis ſilentii permiſit, *Idem annal. 3.* In Haterium ſtatim invectus eſt; Scaurum, cui implacabiliùs iraſcebatur, ſilentio tramiſit, *Idem annal. 1.* De Atimero ſupplicium ſumptum, validiore apud libidines Principis Paride, quàm ut pœnâ afficeretur. Plautus ad præſens ſilentio transmiſſus eſt, *Idem annal. 13.* Recitatæ Fabii Valentis epiſtolæ ad Conſules ſcriptæ: gratior Cæcinæ modeſtia fuit, quod non ſcripſiſſet, *Idem hiſt. 2.* Abſtruſus & triſtiſſima quæq; maximè occultans Tiberius, *Idem annal. 1.* Hinter dem Berge wohnen auch Leute/ *Prov.*

Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæviq; dolores
Exciderant: manet alta mente repoſtum,
Judicium Paridis, ſpretæq; injuria formæ.
Virgil. 1. Æneid. vers. 29.

- - - - tu poſt carecta latebas. *Idem Ecl. 3. v. 20.*

Audita hæc, inquit Tacit. raram occulti pectoris vocem elicuere, *annal. 4.* Sic Cn. Pompejus occultior, non melior, *Idem hiſt. 2.* Tiberius torvus, aut falſum renidens vultu; ſeu loqueretur ſeu taceret juvenis, crimen ex ſilentio, ex voce, *an. eod.* Nero erat reclinis & neſcio ſimilis, *Id. annal. 13.*

Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam,
Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 4. & lib. 1. de art. amand.
Sæpe tacens vocem, verbaq; vultus habet.

quædam enim ſæpe in ſermone tacitè excipiuntur, *l. 9. ff. de Servitutibus.* Cùm aliquando, exigua jam patribus relicta poteſtate, de modo coërcendi hiſtriones inter ſe diſceptarent. Interceſſit Haterius Agrippa tribunus plebei, increpitusq; eſt Aſinii Galli oratione, ſilente Tiberio, qui ea ſimulacra libertatis Senatui præbebat, *Tacit. annal. 1. in fine.* Quidam tacent tacendi fraude, *l. 2. C. ſi contra jus vel utilit. publ.* etiam quis inſtaret, quemadmodum Narciſſus aperire ambages, veri copiam facere, non tamen pervincit, quia vel tacent, vel ſuſpenſa & quo ducantur inclinatura, reſpondent, *Tacit. annal. 11. ad fin.* Proximi Senatus die, Tiberius per litteras, caſtigatis obliquè patribus, quod cuncta curarum ad principem rejicerent, Manium Lepidum & Junium Blæſum nominavit, ex quis proConſul Africæ legeretur. Tum audita amborum verba, intentiùs excuſante ſe Lepido, cùm valetudinem corporis, ætatem liberûm; nubilem filiam obtenderet: intelligereturq; etiam, quod ſilebat avunculum eſſe Sejani Blæſum atq; eo prævalidum. Reſpondit Blæſus ſpecie recuſantis, ſed neq; eadem aſſeveratione; & conſenſu adulantium auditus eſt, *Idem annal. 3.* Nihil tam periculoſum fortunis innocentium, quàm tacere adverſarios, *Cicero in Verrem lib. 1. n. 24.* Quidam intelligi nolunt. Haud facilè quis diſpexerit, inquit Tacit. in illa cognitione mentem Principis, adeò vertit ac miſcuit iræ & clementiæ ſigna, *annal. 3.* Octavia quoq;, quamvis rudibus annis dolorem, caritatem, omnis affectus abſcondere didicerat, *Idem annal. 13.* Quidam intelligi volunt, qui ſilent, quando commodum, quod captant, ſilentio vel ambagibus indigitant, vel odium, quo flagrant & tacitè fovent, ſuperciliis innuunt, quale Tarquinii callidum & occultum ſilentium fuit, ut Liv. ait: Huic nuncio, quia credo dubiæ fidei videbatur, nihil voce reſponſum eſt, Rex velut deliberabundus, in hortum ædium tranſit, ſequente nuncio filii: ibi inambulans tacitus ſumma papaverum capita dicitur decuſſiſſe, *lib. 1. vide Ariſtot. politic. lib. 3. cap. 13. Herodot. lib. 5. in Terpſich. ut ſuper. cap. 10. n. 43. uberiùs relatum eſt,* ſic ait Tacit. *annal. 3.* Intelligereturq; etiam, quod ſilebat. Et publicam aliquando cauſam, qui de ea ſtatuere debent, primo differre, tandem etiam ſilentio transmittere ſolent. Cùm deficiente aliquando ærario Prætores publicam paupertatem eſſent queſti, modumq; impenſis poſtularent. Et Conſul deſignatus eam curam Principi reſervaret. Helvidius autem arbitrio Senatus agendum cenſeret, & ita invicem altercarentur. Eam ſententiam modeſtiſſimus quisq; ſilentio, deinde oblivio tranſmiſit, *Id. hiſt. 4. princ.* ſeri.

Quidam

Quidam etſi non ſilent, cunctabundi tamen ſunt in loquendo. Nuſquam cunctabundus, niſi cùm in Senatu loqueretur Tiberius. nam verba, vultus in crimen detorquens recondebat, *Idem annal. 1. princ. ferè.* Quidam etiam ad tempus ſe publico abſtinent, ne omnium oculis vultum eorum ſcrutantibus falſi intelligantur, *Idem annal. 2. princ.* Ex oculorum obtutu, ex ſuperciliorum aut remiſſione, aut contractione, ex mœſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſubmiſſione, ex cæteris ſimilibus facilè judicabimus, quid eorum aptè fiat, quid ab officio naturaq; diſcrepet, *Cicero offic. 1. ad fin.* Sed breve eſt confinium artis & falſi, veraq; quàm obſcuris teguntur, *Tacit. annal. 4.* Silentium etiam interdum ſuperbiæ ſignum eſt, ut Tacit. ait: Silentium ipſius non civile, ut crediderat, ſed in ſuperbiam accipiebatur, *annal. 6.* Interdum ingenii pavidi. A. Vitellius, optimum quemq; jurgio laceſſens, & reſpondenti reticens, ut pavida ingenia ſolent, *Idem annal. 14.* Interdum etiam ſilendi neceſſitas agitatur, quando in ſevera, triſti, vel etiam flagitioſa Republ. adminiſtratione, ubi metus vel odii ſtudio diverſo, quibus pares eſſe non poſſumus, rarò, quæ velis ſentire, & quæ ſentias, dicere licet, *Idem hiſt. 1. princ.* linguæ, tacendi vinculum injicitur. Ancharius Priſcus Cæſium Cordum ProConſulem Cretæ poſtulaverat repetundis; addito majeſtatis crimine, quod tum omnium accuſationum complementum erat, *Idem annal. 3.* Sed juncta quæſtione majeſtatis exercita, *annal. 4.* Majeſtatis crimina ſubdebantur, vinclum & neceſſitas ſilendi, *Ibid.* in qua lege Majeſtatis, non quod olim erat reductum, videlicet: facta arguebantur, dicta impunè erant, cùm leges, id eſt, judicia majeſtatis, exercendas eſſe à Tiberio fuit reſponſum, *Idem annal. 1.* non legibus, ſed imperio utendum eſſe voluerunt, *Idem annal. 3.* quanquam ibi aliter & quod juſtitiæ & æquitati maximè conſentaneum eſt, ipſe author tradit, quando ita ait: Minus jura, quotiens gliſcat poteſtas: nec utendum imperio (id eſt, lege Majeſtatis) ubi legibus agi poteſt, id eſt, ordinaria via & modo procedendi. Exemplum hodierni ſilentiarii & taciturni aulici nobis præbet Jul. Agric. de quo Tacit. ait: non tam in noſtra poteſtate eſt obliviſci, quàm tacere. Subjicit tamen in medio ferè, Secretum & ſilentium ejus non timeres. honeſtius putabat offendere, quàm odiſſe. Beſſer offentlich feind ſeyn/ als heimlich haſſen und neiden/ quod ingenuum aulicum decet. Aperta enim odia armaq; palàm depelli: fraudem & dolum obſcura, eoq; inevitabilia, *Idem hiſt. 4.* Quidam etiam, etſi verba proferant, animo tamen ſilent,

quando magis in ſpeciem verbis adornata, quàm ut penitus ſentire credantur, loquuntur, *Idem annal. 1.* Sic etiam audire ſæpe conducit, non auſcultare, tanquam Pharmacopolam, nam ejus verba audiuntur: verùm ei ſe nemo committit, ſi æger eſt, *Aul Gell. noct. Attic. lib. 1. cap. 15.* Sapiens, qui novit tacere, & qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, *Proverb. Salomon. 17. v. 27.* qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam, *ibidem 21. v. 23.* Eſt & ſilentii genus quoddam ſingulare & omnibus ſanis, prudentibus & bene ſibi conſciis imitandum. Cujus exemplum Chriſtus Salvator noſter in paſſione ſua nobis tradidit, quando incuſationibus improbis & maledictis reſpondere non fuit dignatus. Cujus ſilentii cauſam, rationem & finem ipſis Theologis examinandam relinquo.

39. Geſtiendo, geſticulando & fingendo, nonnulli ſpeciem quidem, non ipſam bonam mentem pollicentur, qui in faciem ipſius Principis, quæ ipſi placent, laudant, quæ diſcipliçent, vituperant, quorum mos admirari & magnificare, qui plumas, pilos vel floccos à veſtibus legere maximum officium habent, geſtire, applaudere & more canum ad reditum ſui domini ſe flectere, cauda palpitare & lingua lambere inſtar Polypi & Protei mutare & componere mores ad mores, eosq; vel aſſumere vel deponere, artem profitentur; ſcapulas contrahendo attollere; in amico ſalutando, pronis cervicibus & veſtigiis verrentibus terram dextræ tibiæ illius integumentum infra genu timidiſſima manu libare; capillos in varios gyros frangere, ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis cum feminis decertare, & immundiſſimis ſe excolere munditiis; ad numerum ire, ſalire, garrire, hæc noſtrorum Aulicorum ſpecimina ſunt, *Thomas Lans. orat. 1. pro German. princ.*

Nam quoniam variant animi, variabimus artes:
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.
Ovid. de remed. amor. lib. 2.

Immodicè jocando. Jocari modicè & temperanter aulicis, ſed non omnibus, cum ſuo Principe, quidem adeò non eſt prohibitum. Suavis & vehementer ſæpe utilis jocus & facetiæ: quæ etiam ſi alia omnia tradi arte poſſunt, naturæ ſunt propria certè, neq; ullam artem deſiderant, *Cic. lib.*

Digitized by Google

lib. 2. de oratore n. 66. En primum, quid jocus ſit, ex Cicerone intelligant, quòd ſit oratio, quæ ex aliqua riſum prudentem & liberalem poteſt comparare, *lib. 3. ad Herennium n. 30.* Deinde ludo & joco uti illis quidem licet: ſed ſicut ſomno & quietibus, cæteris, tum cum gravibus ſeriisq; rebus ſatisfecerimus. Ipſumq; genus jocandi non profuſum, nec immodeſtum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet. Ut enim pueris non omnem licentiam ludendi damus, ſed eam, quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena. Duplex enim eſt jocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitioſum, facetum, *Cic. offic. 1. n. 103. & 104. Et d. lib. 2. de Orator. n. ſeq.* Etenim duo ſunt genera facetiarum, alterum æquabiliter, in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breve: illa à veteribus ſuperior, Cavillatio: hæc altera Dicacitas nominata eſt. Leve nomen habet, utraq; res, quippe leve enim eſt totum hoc; riſum movere, *& n. 69. ibid.* Haberi tamen rationem oportere hominum, rei, temporis, ne quid jocus de gravitate decerpat; Et omnino probabiliora ſunt, quæ laceſſiti dicimus, quàm quæ priores. nam & ingenii celeritas major eſt, quæ apparet in reſpondendo, & humanitatis eſt reſponſio. Videmur enim quieturi fuiſſe, niſi eſſemus laceſſiti, ut in iſta ipſa concione nihil ferè dictum eſt ab hoc, quod quidem facetiùs dictum videretur, quod non provocatus reſponderit. Salutare, in jocis temperamentum adhibere, Aulicos docet, Chriſtoph. Forſtner. *in notis polit. ad Tacit. annal. 15. verb. Dicax idem &c. quando ait:* Fœcunda ſalium & arguta libertas grata ſolet eſſe in colloquiis, jocis, cæterisq; animi remiſſionibus. Quid enim elegantiús, quàm ad omne argumentum ſententiolam, dictaq; conciſa, & veluti brevi fulgure micantia habere? quid urbaniús, quàm omnium dicta, factaq; excipere improviſis ſalibus; & brevi nitidoq; acumine, ſemper intentum eſſe in aliorum ineptiam? ſed innoxii debent eſſe iſti joci, & qui non minùs eum, in quem dicuntur, quàm cæteros, qui audiunt, delectant. Etiam jocorum libertas, quæ multum inter pares jucunditatis habet, in ſuperiores uſurpata, ſcurrilitas eſſe videtur magis, quàm urbanitas: ejusq; ſæpe apud præpotentes in longum memoria eſt. Reverenter habenda eſt Principum familiaritas, ſæpe ex intima ſodalitate odium oritur. Nunquam ſine reverentia cum majori verſari debemus. Nec Principes modò & ſumma rerum capita, ſed & cæteri honoris famæque ſuæ retinentes ægrè petulantem iſtam jocorum licentiam ſufferunt.

Motus

Motus oratione Alexandri Philippus navem, ut exaudiretur, propiùs terram applicuit. Orſum eum dicere in Ætolos maximè violenter, Phaneas interfatus, non in verbis rem verti, ait, aut bello vincendum, aut melioribus parendum eſſe. Apparet id quidem, inquit Philippus, etiam cæco, jocatus in valetudinem oculorum Phaneæ: & erat dicacior naturâ, quàm Regem decet: & ne inter ſeria ſiquidem riſu ſatis temperans, *Liv. lib. 32. in fine.* Accepi à magnis viris, inquit Michael Piccart. Carolum V. Imperatorem in Belgio aliquando graviſſimè cum podagra conflictatum, tandem cùm paululum dolor remiſiſſet, infirmo admodum, & titubanti gradu per conclave ſpatia aliquot feciſſe, ibi adſtantem Maximilianum Buranum riſum continere non potuiſſe: animadvertiſſe id Carolum & pro divina providentia ſua cauſam illius riſus facilè conjeciſſe, itaq; ad Buranum converſum dixiſſe: quare riſiſti, mi Maximiliane? hunc autem initio riſum negaſſe, & cùm Carolus indignabundus riſiſſe eum pertenderet, aliam atque aliam riſus cauſam attuliſſe: tandem urgente Carolo uti, ſi eſſe amicum, quàm inimicum mallet, verum eloqueretur, procidiſſe in genua Buranum & deprecatione ſupplici præmiſſa ita locutum: Vidi, inquit, Optime Maxime Cæſar, majeſtatem tuam greſſu infirmo niti, riſiq; adeò totum Imperium Romanum in tam caducum parietem inclinare: ad quæ Carolus: non me latebat hæc riſus tui cauſa: at vide, ne te Severus aliquis doceat: caput imperare, non pedes, & cave alium ex cauſa hac ridere, ne tibi caput vacillet, *obſerv. hiſtor. polit. lib. 14. cap. 2.* quanquam hæc hiſtoria etiam ad n. 18. ſuperiùs ſub monitione, ne Principes ſuos irrideant, debeat referri, prolixiore enumeratione etiam alius ibidem apud Piccart. legendus eſt, ſed periculoſo exitu, jocus inter Uladiſlaum Polon. Regem & Petrum Danum ejus aulicum maximè familiarem.

Floro Poëtæ ſcribenti ad ſe:

Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Reſcripſit Adrianus Imperat.

Ego nolo Florus eſſe,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Ælius Spartian. in Adrian.

Damna-

Damnabantur pleriq; cur jocati eſſent, alii cur tacuiſſent, alii cur pleraq; figurata dixiſſent, ut eſſet Imperator verè nominis ſui, verè Pertinax, verè Severus, *Jul. Capitolin. in Severo.* Julius Cæſar dicitur dixiſſe: Sulla neſcivit literas, quaſi dicat: neſcivit, quod Grammatici eſt, nempe Dictare, id eſt, gerere Dictaturam, *Sueton. in Jul. Cæſar. n. 77.* Gallico triumpho, milites currum Cæſaris proſequentes joculariter cecinerunt : Gallias Cæſar ſubegit. Nicomades Cæſarem : Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias: Nicomades nunc triumphat, qui ſubegit Cæſarem, *ibid. n. 49.* Pariſatis Cyri & Artaxerxis mater, eum, qui liberè cum Rege colloqui vellet, byſſinis jubebat uti verbis, *Plutarch. in Apopthegmat. n. 10.* In ridiculis cavendum eſt, ne quid ultra modum ſit, tum ne quid excidat, quod vel audientes offendat alieno tempore, vel dicti autorem oſtendat eſſe ignobili aut abjecto animo, *Idem Reip. gerend. præcept. n. 27.* Facetam, urbanam tamen & ingenioſam Omuli, Antonio Pio, ad interrogationem quandam, reſponſionem refert referre. Antonius Pius, quum domum Omuli viſens, miransq; columnas Porphyreticas, requiſiſſet, unde eas haberet: atq; Omulus ei dixiſſet: Quum in domum alienam veneris, & mutus, & ſurdus eſto : patienter tulit. Cujus Omuli joca ſemper patienter tulit, *Jul. Capitolin. in Anton. Pio.* De Timagene, quem Auguſtus monuit, ut moderatiùs linguâ uteretur, *vide Senec. lib. 3. de ira cap. 23.*

Nonnulli Aulicorum aliis etiam vitiis, non ſolúm 40. naturá, verúm etiam curá quadam exerciti, in perniciem. Principem ſuum irretire feſtinant. Sunt enim quidam eorum luxurioſi, quidam libidinoſi, multi ebrioſi, nonnulli obſcœni, plurimi noctambulones, alii impudentes, pleriq; ſuperbi, ambitioſi, jactatores, grandiloqui, verſatiles & verſipelles, audaces, factioſi, iracundi, vindictæ & ultionis avidi, tumidi, timidi, ignavi & ſegnes, maculoſi, invidioſi, oſores, ingrati, diſcordes, privatam ſpem quærentes & avari, mendici validi, indocti & rudes, pravi magiſtri ſcelerúmq; miniſtri, virtutibus & vitiis mixti, Parricidæ, *de quibus ſingulis in ſequentib. licet videre.*

Digitized by Google

Sunt quidam luxurioſi. Luxuria, induſtria, comitate, arrogantia, malis boniſq; artibus mixti, nimiæ voluptates cùm vacat, quoties expedit, magnæ virtutes, *Tacit. hiſt. 1. princ.* Jam afferebant venalia cuncta præpotentes liberti, ſervorum manus ſubitis avidæ, & tanquam apud ſenem (Galbam) feſtinantes, eademq; novæ aulæ mala æquè gravia, non æquè excuſata, *Ibid. præcedent.* Vatinius inter fœdiſſima ejus aulæ oſtenta fuit, ſutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis ſcurrilibus: primò in contumelies aſſumptus, deinde optimi cujuſq; criminatione eouſq; valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malis præmineret. Ejus munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem à ſceleribus ceſſabatur, *Idem annal. 15.* Icti nidore prandii. Wenn jhren außgehungerten Magen die Braten wohl anriechen. Cibi viniq; quocunq; & tempore, & loco appetentiſſimi. Cognoſcens quondam in Auguſti foro, ictuſq; nidore prandii, quod in proxima Martis æde Saliis apparabatur, deſerto tribunali, aſcendit ad ſacerdotes, unaq; diſcubuit, *Suet. in Claud. n. 33.* Quemadmodum, ubicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ, *Matt. 24. v. 28.* ita ubicunq; fuerint epulæ, ubi cupediæ, menſa omnium oblectamentorum, cupediarum inſtructa, vinoq; referta illuc, illuc congregabuntur lurcones, commeſſatores, ganeones & epulones aulici. T. Petron. Arbit. habebatur non ganeo & profligator, ut pleriq; ſua haurientium, ſed erudito luxu ac dicta factaq; ejus quantò ſolutiora, & quandam ſui negligentiam præferentia, tantò gratiùs in ſpeciem ſimplicitatis accipiebantur. dein revolutus ad vitia ſeu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni adſumptus eſt, elegantiæ arbiter, dum nihil amœnum, & molle affluentia putat, niſi quod ei Petronius approbaviſſet, *Tacit. annal. 16. in med.* Torpebat Vitellius, & fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis præſumebat, medio diei temulentus, & ſagina gravis, *Idem hiſt. 1.* Vitellius curis luxum obtendebat: non parare arma, non alloquio exercitioq; militem firmare, non in ore vulgi agere: ſed umbraculis hortorum abditus, ut ignava animalia, quibus ſi cibum ſuggeras, jacent torpéntq;, præterita, inſtantia, futura pari oblivione dimiſerat, *Idem hiſt. 3.* Vitam ille ſuam ſemper egit in otio, in conviviis, *Terent. in Adolph. act. 5. ſc. 3.*

Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
Pulſanda tellus

Inquit Aulicus. *Horat. carm. lib. 4. od. 37.*

Cùm

Cùm cultus feminarum & luxus earundem, auctâ divitiis civitate augeretur, moresque hinc corrumpi, & vita depravari, ut videretur, ita metueretur. C. Oppius Tribunus Pleb. in mediu belli punici ardore tulerat legem; ne qua mulier plus ſemunciâ auri haberet: neu veſtimento verſicolori uteretur: neu juncto vehiculo in urbe oppidóve, aut propiùs inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum causâ, veheretur. Super hac conſervanda M. Porcius Cato, abroganda verò L. Valerius acerrimè diverſis orationibus aliquando inter ſe pugnârunt, quæ ſi non tam prolixè, quàm eruditè fuerint elaboratæ, integras eas hic enumerare ſuſtinerem. apud Livium tamen *lib. 34. princ.* ex ut jucundæ, ita lectu dignæ, ſunt traditæ. Idem luxus, eadem malorum cauſa (cujus ſeminis ſparſi centenarius ſolet eſſe fructus) ſuppreſſa non remanſit, ſed ſæpe â luxurioſa feminarum gente, ut regreſſa & renovata; ita graviter, moleſtè etiam & vix eſt viciſſim eliminata & excluſa, nec unquam, qui non luxum ſine modo & moderamine acerrimè inter caſtigantes defenderet, defuerunt. Cujus alternationis ſententia, & ſtudii hujus vel illius authoritas ex ſequentibus Taciti verbis eſt haurienda: Proximo Senatus die multa in luxum civitatis dicta â Q. Haterio Conſulari, Octavio Frontone prætura functo: decretúmq; ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent; ne veſtis ſerica viros fœdaret. Exceſſit Fronto, ac poſtulavit modum argento, ſupellectili, familiæ. Contrà Gallus Aſinius diſſeruit: Auctu imperii adoleviſſe etiam privatas opes; idq; non novum, ſed ê vetuſtiſſimis moribus. aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam; & cuncta ad Rempubl. referri: qua tenui, anguſtas civium domos; poſtquam eò magnificentiæ venerit, gliſcere ſingulos, neque in familia & argento, quæq; ad uſum parentur, nimium aliquid, aut modicum, niſi ex fortuna poſſidentis, diſtinctos Senatus & equitum cenſus, non quia diverſi naturâ, ſed ut locis, ordinibus, dignationibus antiſtent, taléſq; ad requiem animi, aut ſalubritatem corporum parentur, niſi fortè clariſſimo cuique plures curas, majora pericula ſubeunda, delinimentis curarum & periculorum carendum eſſe. Facilem adſenſum Gallo, ſub nominibus honeſtis, confeſſio vitiorum, & ſimilitudo audientium dedit. Adjecerat Tiberius, non id tempus cenſuræ; nec ſi quid in morib⁹ labaret, defuturû corrigendi auctorem, *an. 2.* Inturbidus externis reb9 annus, domi ſuſpecta ſeveritate adverſum luxum, qui immenſum proruperat, ad cuncta quis pecunia prodigitur.

Sed alia ſumptuum quamvis graviora, diſſimulatis plerumq; pretiis occultabantur, ventris & ganeæ paratus aſſiduis ſermonibus vulgati, fecerant curam, ne Princeps antiquæ parcimoniæ duriùs adverteret. Nam incipiente C. Bibulo, cæteri quoq; ædiles diſſeruerant, ſperni ſumptuariam legem, vetitaque utenſilium pretia augeri in dies: nec mediocribus remediis ſiſti poſſe: & conſulti patres, integrum id negotium ad Principem diſtulerant. Sed Tiberius ſæpe apud ſe penſitato, an coërceri tam profuſæ cupidines poſſent, num coërcitio plus damni in Remp. ferret, quàm indecorum adtrectare, quod non obtineretur; vel retentum ignominiam & infamiam virorum inluſtrium poſceret: poſtremò literas ad Senatum compoſuit, quarum ſententia in hunc modum fuit. Cæteris forſitan in rebus, P. C. magis expediat me coràm interrogari, & dicere, quid è Repabl. cenſeam: in hac relatione, ſubtrahi oculos meos meliùs fuit, ne denotantibus vobis ora, ac metum ſingulorum, qui pudendi luxus arguerentur, ipſe etiam viderem eos, ac velut deprehenderem. Quod ſi mecum antè viri ſtrenui ædiles conſilium habuiſſent; neſcio, an ſuaſurus fuerim omittere potiùs prævalida & adulta vitia, quàm hoc adſequi, ut palàm fieret, quibus flagitiis impares eſſemus. Sed illi quidem officio functi ſunt, ut cæteros quoq; magiſtratus ſua munia implere velim: mihi autem neq, honeſtum ſilere, neq; proloqui expeditum, quia non ædilis, aut prætoris, aut Conſulis partes ſuſtineo: majus aliquid & excelſiùs à Principe poſtulatur; & cùm rectè factorùm ſibi quisq; gratiam trahant, unius invidiâ ab omnibus peccatur. Quid enim primum prohibere, & priſcum ad morem recidere aggrediar? villarúmne infinita ſpatia, familiarum numerum & nationes? argenti & auri pondus? æris tabularumq; miracula? promiſcuas viris & feminis veſtes? atq; illa feminarum propria quis lapidum cauſa pecuniæ noſtræ ad externas aut hoſtiles gentes transferuntur? Nec ignaro in conviviis & circulis incuſari iſta, & modum poſci. ſed ſi quis legem ſanciat, pœnas indicat: iidem illi civitatem verti, ſplendidiſſimo cuiq; exitium parari. neminem criminis expertem clamitabunt. atq; corporis quidem morbos veteres & diu auctos, niſi per dura & aſpera coërceas, corruptus ſimul & corruptor, æger & flagrans animus, haud levioribus remediis reſtinguendus eſt, quàm libidinibus ardeſcit; tot à majoribus repertæ leges, tot quas divus Auguſtus tulit. illæ oblivione, hæ (quod flagitioſius eſt) contemptu abolitæ, ſecuriorem luxum fecere. nam ſi velis, quod nondum vetitum eſt, timeas, ne vetere: at ſi prohibita impunè tranſcenderis; neq; metus ultra, neq; pudor eſt.

eſt. Cur ergo olim parcimonia pollebat? quia ſibi quisq; moderabatur: quia unius urbis cives eramus: ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominantibus. externis victoriis aliena, civilibus etiam noſtra conſumere didicimus. Quantulum illud eſt, de quo ædiles admonent! Quàm, ſi, cætera reſpicias in levi habendum! At herculè nemo refert, quòd Italia externæ opis indiget, quòd vita populi Romani per incerta maris & tempeſtatum quotidie volvitur, ac niſi provinciarum copiæ, & dominis, & ſervitiis, & agris ſubvenerint: noſtra nos ſcilicet nemora, noſtræq; villæ tuebuntur. Hanc, P. C. curam ſuſtinet Princeps. hæc omiſſa funditus Remp. trahet. reliquis intra animum medendum eſt: nos pudor, pauperes neceſſitas, divites ſatias in melius mutet, *&c. Idem annal. 3.* De Veſtiario aulicorum luxu, ita Thom. Lanſius *dicta orat. pro German. principio* ait: Unde eſt alicubi in aula luxus veſtiarii varietas? unde eſt, quòd in contumeliam naturæ adſcitâ & optatâ undiq; pompâ penè in ſimulacra migratur: quòd veſtium partim tomento, partim tormento, omnis membrorum gratiâ corrumpitur; nemine aulicorum ſatis ornatum ſe putante, niſi admirantis plebeculæ trahat oculos & cultum ab humiliori extorqueat? unde diverſiformes pilei pretioſi; thoraces ventricoſi, aut omnino eviſcerati, femoralia inflata ſeu follicantia; tibialia in rugas compoſita; pallia cucullis & manicis ſuperbientia; collaria pavonum caudas æmulantia; *&c.* Juventutum aulicorum & prima vitiorum ſtudia, ſi quis ſcire velit, ex Terent. in Andr. *act. 1. ſc. 1.* habere poteſt, quando ait: pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli, ut animum ad aliquod ſtudium adjungant, aut equos alere, aut canes ad venandum, aut philoſophos, *&c. Et ex Horatio de Arte.*

Imberbis juvenis tandem, cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine campi:
Certus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Utilium tardns proviſor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusq́, & amata relinquere pernix,

Potiùs honeſtus modus ſervandus eſt, non immoderata cujusq; luxuria ſubſequenda, *l. 40. ff. de damno infecto.* Sich ſtrecken nach der Decken/ *Proverb.* Itaq; melius eſt coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum exſpectat patrimonium, *l. 5. C. de bonis quæ liber.* Vero enim verius hoc verum eſſe ſolet: quod Plautus ait: Primum mihi Plautus nomen luxuriæ dedit, tum hanc mihi gnatam eſſe voluit inopiam, *in Trinumm. prolog.* quæ eſt luxuriæ pediſſequa.

Libidinoſi & libidinum miniſtri. Libidines ſive ab ipſo Principe, ſive à miniſtris moveantur, non niſi peccandi licentia pravo magiſtro, pravis diſcipulis oriuntur. Et major ſolet eſſe licentia, quantò major, qui peccat, procedit, vel habetur. Cæterùm infracta paulatim potentia matris, delapſo Nerone in amorem libertæ, cui vocabulum Acte fuit: ſimul abſumptis in conſcientiam Othone & Claudio Senecione adoleſcentulis decoris: quorum Otho familia conſulari. Senecio liberto Cæſaris patre genitus, ignara matre, dein fruſtra obnitente, penitus irrepſerunt per luxum & ambigua ſecreta. ne ſevioribus quidem Principis amicis adverſantibus, muliercula nulla cujuſquam injuria, cupidines Principis explente: quando uxore ab Octavia nobili quidem & probitatis ſpectatæ, fato quodam, an quia prævalent illicita, abhorrebant: metuebatúrq; ne in ſtupra feminarum illuſtrium prorumperet, ſi illa libidine prohiberetur, *Tacit. annal. 13.* Ita Neronis aulam T. Petron. Arb. Satyr. libidine notabilem his verbis adumbrat: Noſti Venerem tuam, ſuperbiam captas, vendiſq; amplexus non accommodas. Quò enim ſpectant flexæ pectine comæ? quò facies medicamine adtrita & oculorum quoquo mobilis petulantia? quò inceſſus tute compoſitus; & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia, niſi quòd formam proſtituis, ut vendas? Itaq; oratione blandiſſima plenus, rogo, inquam, nunquid illa, quæ me amat, tu es? Multum riſit ancilla poſt tam frigidum ſchema, &, nolo, inquit, tibi tam valde placeas: ego adhuc (aulico) nunquam ſuccubui; nec hoc dii ſinant, ut amplexus meos in crucem mittam. Ego, etiam ſi ancilla ſum, nunquam tamen niſi in Equeſtribus ſedeo. Procedentibus deinde logis, rogavi ancillam, ut in platanona produceret dominam. Placuit puellæ conſilium. Itaq; conlegit altiùs tunicam flexitq; ſe in eum daphnona, qui ambulationi hærebat. nec diu morata, dominam producit è latebris, lateriq; applicat meo mulierem omnibus ſimulacris emendatiorem. Nulla vox eſt, quæ formam ejus poſſet comprehendere: nam, quicquid dixero, minus erit. Ita inquit aulica illa Quartilla de Pannyche puella ejus ætatis, quæ muliebris patientiæ legem nondum poſſet accipere. Conſpicata eum (ſcil. Gitona) Quartilla, cujus eſſet puer diligentiſſima ſciſcitatione quæſivit. Quum ego fratrem meum eſſe dixiſſem, quare ergo, inquit, me non baſiavit? vocatumq; ad ſe in oſculum applicuit: mox manum etiam demiſit in ſinum, & pertrectato vaſculo tam rudi, Hoc, inquit, bellè

cras

eras in promulſide libidinis noſtræ militabit: quum hoc diceret ad aurem ejus Pſyche ridens acceſſit, & quum dixiſſet, neſcio, quid, Ita, Ita, inquit Quartilla, bene admonuiſti: cur non, quia belliſſima occaſio eſt, devirginetur Pannychis noſtra? Continuoq; producta eſt puella ſatis bella, & quæ non plus, quàm ſeptem annos habere videbatur, & ea ipſa, quæ primum cum Quartilla in cellam venerat noſtram. Obſtupui ego, & nec Gitona, verecundiſſimum puerum, ſufficere huic petulantiæ affirmavi; nec puellam ejus ætatis eſſe, ut muliebris patientiæ legem poſſet accipere. Ita? inquit Quartilla; minor eſt iſta, quàm ego fui, quum primum virum paſſa ſum? Junonem meam iratam habeam, ſi umquam me meminerim virginem fuiſſe: nam & infans cum paribus inquinata ſum, & ſubinde prodeuntibus annis, majoribus me pueris adplicui, donec ad hanc ætatem perveni. Hinc etiam puto proverbium natum illud, ut dicatur, poſſe taurum tollere, quæ vitulum ſuſtulerit. Tum Quartila jocantium quoque libidine accenſa, & ipſa ſurrexit, correptumq; Gitona in cubiculum traxit. Sine dubio non repugnaverat puer, ac ne puella quidem triſtis expaverat nuptiarum nomen. Itaque quum incluſi jacerent, conſedimus ante limen thalami, & imprimis Quartilla per rimam improbè diductam applicuerat oculum curioſum, luſumq; puerilem libidinosâ ſpeculabatur diligentiâ. Me quoque ad idem ſpectaculum lenta manu traxit: & quia conſiderantium hæſerant vultus, quicquid à ſpectaculo vacabat, commovebat valgiter labra, & me tamquam furtivis ſubinde oſculis verberabat, *&c. Idem T. Petron. Arbit.* Ingenium eſt omnium hominum (præcipuè aulicorum) à labore proclive ad lubidinem, *Terent. in Andr. act. 1. ſc. 1.* Et animo per libidines corrupto, nihil honeſtum ineſt, *Tacit. annal. 11. in fine.* Haterius invisior fuit, quia ſomno aut libidinoſis vigiliis marcidus & ob ſegnitiam, quamvis crudelem Principem non metuens, inluſtribus viris perniciem inter ganeam ac ſtupra meditabatur, *Idem annal. 6. princ.* Hæc ſolet ſuavis audiri libidinoſi aulici cantilena. Mea voluptas, meæ deliciæ, mea vita, mea amœnitas, meus ocellus, meum labellum, mea ſalus, meum ſavium, meum mel, meum cor, mea colluſtra, meus molliculus caſeus, *Plaut. in Pœnul. 3.* Saucius factus ſum in Veneris prælio, ſagitta cupido eſt, cor meum transfixit, *Idem in Pers. act. 1. & in Pœn. act. 1.* Apud ædem Veneris hodie eſt mercatus meretricius: eò conveniunt mercatores:

ibi

ibi ego me oſtendi volo. Proba merx facilè emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt. Multi enim aulici, cùm puras aquas illis haurire liceat, lutum malunt, *Novell. Leon. 91.*

Tu mihi, tu certè (memini) Græcine, negabas,
Uno poſſe aliquem tempore amare duas,
Per te ego decipior, per te deprenſus inermis:
Ecce duas uno tempore ſolus amo.
Utraq; formoſa eſt, hæc eſt quoq; pulchrior illâ,
Et magis hæc nobis, & magis illa placet.
Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 10.

Hæc eſt aulici libidinoſi querela, hæc inſania, hæc amentia. Si domi ſum, foris eſt animus: ſin foris ſum, animus domi eſt : Ita mihi in pectore atq; in corde facit amor incendium, *Plaut. in Mercat. act. 3.* Et non veſtem amatores mulieris amant, ſed veſtis fartum, *Idem in Moſtell. act. 1.* Libidinoſum Palatinum ſeu miniſtrum aulicum ex ipſis Petronii verbis hinc inde collectis hunc in modum depingere ſuſtinui. In hoc gramine pariter compoſiti mille oſculis luſimus, quærentes voluptatem robuſtam, & nec manus, nec faciem meam conſideravit, ſed continuò ad inguina mea luminibus deflexis, movit officioſam manum. Itaq; primùm implevi lactentibus papillis manus, mox baſio inhæſi, deinde in unum omnia vota conjunxi. Itane eſt? inquit Quartilla, etiam dormire vobis in mente eſt, quum ſciatis Priapi genio pervigilium deberi? da oſcula, dum licet, & ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape. Admotiſq; manibus temptare cœpit inguinum vires. Dicto citiús nervi paruerunt imperio, manuſq; aniculæ ingenti tumore repleverunt. At illa gaudio exſultans, vides, inquit, Chryſis mea, vides, quòd alis leporem excitavi : totoq; corpore in amplexum ejus immiſſus, non precantis uſq; ad ſatietatem oſculis fruor. Ipſa corporis pulchritudine me ad ſe vocante trahebat ad Venerem. Jam pluribus oſculis conliſa labra crepitabant. Jam implicitæ manus omne genus amoris invenerant. Jam adligata mutuo ambitu corpora, animarum quoq; mixturam fecerant. amplexuq; effuſiſſimo me invaſit, &, teneo te, inquit, qualem ſperaveram: tu deſiderium meum, tu voluptas mea; nunquam finies hunc ignem, niſi ſanguine exſtinxeris.

Femore facili, clune agili, & manu procaces.

Enothea moto diutiús capite, iſtum, inquit, morbum, ſola ſum, quæ emendare ſcio. Et ne putetis perplexè agere, rogo ut adoleſcentulus mecum

nocte

nocte dormiat, niſi illud tam rigidum reddidero, quàm cornu.

Qualis nox fuit illa, dii, deæq; ,
Quam mollis torus! hæſimus calentes,
Et transfudimus hinc & illinc labellis
Errantes animas. Valete curæ:
Mortalis ego ſic perire cœpi.

Ego ſic ſemper, & ubiq; vixi, ut ultimam quamq; lucem, tamquam non redituram conſumerem. *huc usque Petronij verba.* Ita ſolent libidinoſi aulici equites boni, in ultimam usq; lucem, noctem concubiam trahere & equitare in ephippiis Reipubl. Cæterùm abolitos paulatim patrios mores, funditus everti per accitam laſciviam, ut quod usquam corrumpi & corrumpere queat, in urbe viſatur, degeneretq; ſtudiis externis juventus, gymnaſia & otia, & turpes amores exercendo, Principe & Senatu auctoribus: qui non modò licentiam vitiis permiſerint, ſed vim adhibeant. *Et paulò pòſt.* Noctes quoq; dedecori adjectas, ne quod tempus pudori relinquatur, ſed cœtu promiſcuo, quod perditiſſimus quiq; per diem concupiverit, per tenebras audeat. Pluribus ipſa licentia placebat, ac tamen honeſta nomina prætendebant, *Tacit. annal. 14.* Et ſolent Aulici, Principe libidinis auctore, quando non modò licentiam vitiis permiſerit, ſed 42. vim adhibuerit, in effuſam ſalacitatem & libidinem prolabi. Caveat ergo Princeps, ne ſibi, quod Candauli Lydorum Regi evenit, capitis periculo concitet. Hic Candaules uxorem adamabat, eamq; præ amore arbitrabatur omnium feminarum eſſe pulcherrimam. Hoc ita eſſe ſibi perſuadens apud Gygem Daſcyli filium ex ſatellitibus ſuis (erat enim is maximè acceptus, & quo miniſtro in rebus magis arduis utebatur) ſpeciem uxoris ſupra modum extollebat. Ad quem non multo interjecto tempore (neceſſe namq; erat ei malè evenire) inquit his verbis: Gyges, neq; enim videris mihi fidem habere referenti de conjugis ſpecie, quòd magis incredulæ ſunt hominibus aures, quàm oculi, fac illam conſpicias nudam. Hic autem vehementer exclamans: quemnam, here, ſermonem proferre haud quaquam ſanum, qui me jubes inſpicere heram meam nudam? Mulier exſutâ tunicâ & verecundiam pariter exſuit. Olim jam hominibus ſunt honeſta excogitata, unde diſcere debemus: ex quibus hoc unum eſt: quæ ſua ſint, quemq; inſpicere debere. Ego verò fidem tibi habeo, illam eſſe feminarum omnium ſpecioſiſſimam, teq; oro, ne me ores illicita. Atq; hæc dicendo Gyges repugnabat, pertimeſcens, ne quid ſibi ex ea re mali

contingeret. Cui viciſſim ille his verbis: Fidens, inquit, eſto Gyges, cave, timeas aut me tanqnam hoc te ſermone tentantem, aut uxorem meam, ne quid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim ſic ego machinabor, ut illa ne deprehendere quidem poſſit, ſe abs te fuiſſe inſpectam. Te namq; ſecundùm fores domus, in qua cubamus, cùm apertæ fuerint, ſiſtam. Ubi ego fuero ingreſſus, aderit & uxor mea in cubiculum: juxta cujus introitum ſella poſita eſt, ſuper quam veſtes illa (ut quamq; exſuet) reponet, ſeſe per multum otium ſpectandum præbens: quæ cùm à ſella cubitum porriget, oſtendens invicem terga, curæ tibi ſit, illinc ne te per fores abeuntem conſpiciat. Gyges ubi effugere non potuit, fuit paratus: quem Candaules, poſtea quam hora cubandi viſa eſt adeſſe, in cubiculum duxit, illatimq; pòſt & uxor affuit, quam introeuntem, ac veſtimenta deponentem Gyges intuitus, ubi adverſa fuit illa cubitum vadens, ipſe è loco prorepens foras abiit, & inter exeundum à muliere conſpectus eſt. Hæc, ut didicit à viro, quod actum eſſet, neq; præ pudore exclamavit, neq; viſa eſt percepiſſe, habens in animo Candaulem ulciſci. Ita tunc nihil aperiens mulier ſilentium tenuir. Mox ubi dies illuxit, Gygem accerſit. Ut venit ad eàm his verbis mulier inquit: Aut enim me pariter ac regnum Lydorum, ubi Candaulem interfeceris, aut te ipſum continuò occumbere ſic oportet, ne in omnibus Candauli obſequendo, poſt hac ſcias, quæ te ſcire non decet: Sed aut illum, qui iſta conſuluit, interire opus eſt: aut te, qui nudam me es conſpicatus, & illicita feciſti. Ad hæc Gyges, ubi propoſitam neceſſitatem cernit, aut interimendi herum, aut per alios pereundi, quandoquidem me adigis invitum ad herum meum occidendum, audiam, quo pacto illum adoriemur. Ecce eo, inquit illa, loco adoriundus erit, unde ille me nudam oſtendit. Poſtquam inſidias ſtruxerunt & nox advenit, Gyges mulierem in thalamum ſequitur, quieſcentem Candaulem obtruncat, uxoreq; ejus & regno potitus eſt, *Herodot. lib. 1. in Clion. princ. Cic. offic. 3. n. 38.* Nonnulli aulici libidine inſolita hoc modo etiam utuntur; quando adulteria & lenocinia tanquam potentiæ aut adipiſcendæ, aut conſervandæ inſtrumenta in Principe admittunt & patiuntur. Talis fuit Otho, qui flagrantiſſimus in amicitia Neronis habebatur; nec mora quin adulterio matrimonium jungeretur. Otho ſive amore incautus, laudare formam elegantiamq; uxoris apud Principem, ſive ut accenderet, ac ſi eâdem fœminâ potirentur, id quoq; vinculum potentiam ei adjiceret: Sæpe auditus eſt conſurgens è convivio Cæſaris, ſe ire ad illam ſibi conceſſam dictitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium & gaudia felicium. His atq; talibus

libus irritamentis, non longa cunctatio interponitur, *&c: paulò poſt.* Dejicitur familiaritate ſueta, poſt congreſſu & comitatu Otho; & poſtremo, ne in urbe æmulatus ageret, provinciæ Luſitaniæ præficitur. ubi usque ad civilia arma, non ex priore infamia, ſed integrè ſancteq; egit, procax otii, & tempeſtatis temperantior. Hactenus Nero flagitiis & ſceleribus velamenta quæſivit, *Tacit. annal. 13.* Et inveniuntur ſæpe ejusmodi pellices, uxoris nomine indignæ, quæ famæ nunquam parcentes, maritos & adulteros non diſtinguunt: neq; affectui ſuo aut alienæ obnoxiæ, unde utilitas oſtenderetur, illuc libidinem transferunt, *ibid paulò praced.* Præſertim ſi fuerint omnibus ſimulacris emendatiores. ſi crines ingenio ſuo flexi per totos ſe humeros effundant: frons minima, & quæ radices capillorum retro flectat: ſupercilia usq; ad malarum ſtricturam currentia, & rurſus confinio luminum pæne permixta: oculi clariores ſtellis extra lunam fulgentibus: nares paululum inflexæ & oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, *Petron. Arbit. Satyr.* Ejusmodi nec manus, nec faciem conſiderant, ſed continuò, ut dictum, ad inguina luminibus deflexis ſolent interdum movere officioſam manum. Interdum cervicem alterius invadunt, & non repugnanti innumerabilia oſcula dant. & cœperunt velle pudorem extorquere, *Id. Petron. Arb. & alio loco ibid.* Lycas, qui me optimè noverat, tanquam & ipſe vocem audiſſet, accurrit, & nec manus, nec faciem meam conſideravit, ſed continuò ad inguina mea luminib9 deflexis movit officioſam manum, &, ſalve, inqt, Eumolpi. Miretur nunc aliquis Ulixis nutricē poſt viceſimum annū cicatricem inveniſſe originis indicem, quū homo prudentiſſim9, confuſis omnib9 corporis indiciorumq; lineamentis, ad unicū fugitivi argumentū tam doctè pervenerit. Solent pudicitiā in propatulo habere, *Sall. bel. Catil.* Et continentiā atq; moderationē in altiſſima quaq; fortuna, eminentia bona, in ſuperbiā ac laſcivā vertere, *Q. Curt. lib. 6.* Per formā tuā te rogo, ne faſtidias hominē peregrinū inter cultores admittere: invenies religioſum, ſi te adorari pmiſeris. Ac ne me judices, ad hoc templū amoris gratis accedere, *&c.* inqt Polyænos aulic9 ad Circen *apud T. Pet. Arb. Sat.* Appellare, adſectari, adtemptare, frequentare aulicis frequens eſſe ſolet. quid ſingula ſignificant, videre licet, *l. 15. §. 10. & ſeq. ff. de Injur. & famos. libell.* Legitur etiam, quod per libidinem funeſtiſſimum bellum & excidium Trojanum fuerit exortum, *ut Horat. Satir. lib. 1. Satir. 3. ait:*

Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſa — — — — — —

Des Babſts unnütz Geſang/ der Juriſten groſſes Tuch/ und der Frawen Schwitztuch/ machen das gröſt Pergament/ in der gantzen weiten Welt.

Sed

Digitized by Google

Sed hi aulici libidinoſi, quando omnem libidinem expleverunt, quando in gramine pariter compoſiti mille oſculis luſerunt, quærentes voluptatem robuſtam, & inguina mille jam mortibus frigida ſunt, quando lorum in aqua non inguina habent, neq; cevere neq; criſſare poſſunt, tandem exclamare coguntur: Crede mihi frater, non intelligo me virum eſſe, non ſentio. funerata eſt pars illa corporis, qua quondam Achilles eram, ut fortiſſimus Giton, qui ad virilia ſua admovit novaculam infeſtam, minatus ſe abſciſſurum tot miſeriarum cauſam, *Idem Petron.*

Wenn dat Köpken graw/
On dat Näſken blaw/
Wenn man Peſt op de Schöcken/
Dat ſin z ſchlemme Tecken.

Ergo - - - - - ne pœniteat te,
Deſine matronas ſectarier: unde laboris
Plus haurire mali eſt, quàm ex re decerpere fructus.
Horat. Satyr. lib. 1. Satyr. 2.
- - - - usq; adeò dulce puella malum eſt,
Ovid. lib. 2. amor. eleg. 9. & eleg. 5. ibid.
Hei mihi perpetuum nata puella malum.

Aulico non ſolùm manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere, inquit Pericles ad collegam Sophoclem, *Valer. Max. lib. 4. cap. 3. n. 1. extern.* Nam amorem hæc cuncta vitia ſectari ſolent, cura, ægritudo, nimiáq; elegantia. Hæc non illum modò, qui amat, ſed quemq; attigit, magno atq; ſolido multat infortunio, nec pol profectò quiſquam ſine grandi malo, præquam res patitur, ſtuduit elegantiæ. Sed amori accedunt etiam hæc. quæ dixi minùs; Inſomnia, ærumna, error, terror, & fuga,ineptiæ ſtultitiæq;, adeò & temeritas incogitantia, excors immodeſtia, petulantia, cupiditas, & malevolentia, inhæret etiam aviditas, deſidia, injuria, inopia; contumelia, & diſpendium, multiloquium, pauciloquium, hoc ideo fit, quia, quæ nihil attingunt ad rem, nec ſunt uſui, hæc amator profert ſæpe adverſo tempore, hoc pauciloquium rurſum iccirco prædicó, quia nullus unquam amator adeò eſt callidè facundus, quæ in rem ſint ſuam, ut poſſit loqui, *Plaut. in Mercat. prolog.* Ideò qui poteſt mulieres vitare, vitet: ut cotidie pridie caveat, ne faciat, quod pigeat poſtridie, *Idem in Stich. act. 1.*

Et

Digitized by Google

Et loca ſæpe nocent, fugito loca conſcia veſtri
Concubitus, cauſas illa doloris habent. *Ovid. lib. 2. de remed. amor.*

Amor, & melle, & felle eſt fœcundiſſimus: guſtu qui dat dulce, amarum ad ſatietatem usq; oggerit, *Idem in Ciſtell. act. 1. & act. 2. ibid* Jactor, crucior; agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer. Exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior, ita nullam mentem animi habeo, *&c.* Ideo mille modis, amor ignorandus eſt procul adhibendus eſt, atq; abſtinendus. nam qui in amore præcipitat, pejus perit, quàm ſi ſaxo ſaliat, apage ſis amor, tuas res tibi habe, amor mihi amicus ne ſuas unquam, *Idem in Trinumm. act. 2.*

Fœda eſt in coitu & brevis voluptas,
Et tædet Veneris ſtatim peractæ,
Non ergo, ut pecudes libidinoſæ,
Cæci protinus irruamus illuc:
Nam langueſcit amor, peritq́, flamma, *T. Petron. in fine & preced. ibid.*

Quàm malè eſt extra legem viventibus. quicquid meruerunt ſemper exſpectant.

Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.

Sæpe aulicis pro merito, *quod T. Petron. Arbit. ait*: rependi ſolet: Nequitiæ nidum in cacabo feci tuo.

Eheu tranſlatos alio mœrebis amores,
Aſt ego viciſſim riſero - - - -
Horat. Epad. od. 15.

Ebrioſi. Aulicorum inſana illa, ultra originis memoriam, conſuetudo potandi & inebriandi eaq; inveterata adeò inolevit, ut neq; finis, neq; remedium ejus in aula poſſit inveniri. Ingentia animi bona, illam indolem, quæ omnes reges anteceſſit, illam in ſubeundis periculis conſtantiam, in rebus moliendis, efficiendisq; velocitatem, in deditos fidem, in captivos clementiam, in voluptatibus permiſſis quoq; & uſitatis temperantiam, haud tolerabili vini cupiditate fædavit, *Q. Curt. lib. 5. de Alex. M.* 43 Uterq; noſtrum religioſiſſimus juravit verbis, inter nos periturum eſſe tam horribile ſecretum. Intraverunt paleſtricæ quàm plures, & nos legitimo profuſos oleo refecerunt. utcunq; igitur laſſitudine abjecta, cenatoria repetimus, & in proximam cellam ducti ſumus: in qua tres lecti ſtrati erant; &

& reliquus lautiarum apparatus ſplendidiſſimè expoſitus. Juſſi ergo diſcubuimus & guſtatione mirifica initiati, vino etiam ſalerno inundamur. excepti etiam pluribus ferculis, *T. Petron. Arbit. Satyr. & infer. ibid.* Rogo, inquit, Diverſitor, ebrii eſtis, an fugitivi, an utrumq;? quis autem grabatum illum erexit? aut quid ſibi vult tam furtiva molitio? Vos, me Hercules, ne mercedem cellæ daretis, fugere nocte in publicum voluiſtis; ſed non impune, jam enim ſaxo, ſciatis, non viduæ hanc inſulam eſſe, ſed M. Manicii. Exclamat Eumolpus, etiam minaris? ſimulq; os hominis palma excuſſisſimâ pulſat. Ille tot hoſpitum pòtionibus liberum urceolum fictilem in Eumolpi caput jaculatus eſt, ſolvitq; clamantis frontem & de cella ſe prorupit. Eumolpus contumeliæ impatiens: rapit ligneum candelabrum, ſequiturq; abeuntem, & creberrimis ictibus ſupercilium ſuum vendicat. Fit concurſus, hoſpitumq; ebriorum aulicorum frequentia, *&c.*

Ruſticus in caula natat: aulicus omnis in aula
Ebrietate natat: ſobrietate vacat.

Sed audiant aulici ebrioſi. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: omnis, qui cum his miſcetur, non erit ſapiens, *diſt. 35. cap. 3. 4. 5. 6.* Ebrietas & mentis inducit exſilium, & libidinis provocat incentivum, *cap. à crapula 14. x. de vita & honeſt. cleric.* Ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt, *cap. ult. diſt. 35. & cap. 5. ibid.* Venter mero æſtuans citò deſpumat in libidines, ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor. Nam vinum, ſi fabulari poſſet, ſe defenderet, non vinum hominibus moderari, ſed vino homines ſolent, *Plaut. in Trucul. ad fin.* Pancraticè plurimum aulici ſe jactant vivere, ſed helluonum & lurconum more, in exhauriendi certamine, non conſideratis, quibus bene examinandi ſint viribus, ſectantur vitam, quò minùs Pancratiſtarum nomine digni habeantur.

Obſcœni. Cùm commeſſationibus & compotationibus dies noctesq; malè conſumpſerint, porcorum inſtar crapulam quum vix exhalaverint, non ſolùm verbis ſpurcis & impuris, moribus obſcœnis, verùm etiam, dictu fœdum, impudicis ſtrepitibus certatim omnia implent. Nec contentus malo dictus, *inquit T. Petron. Arbit.* tollebat ſubinde (aulicus) altiùs pedem, & ſtrepitu obſcœno ſimul atq; odore viam implebat. Ridebat contumaciam Giton, & ſingulos ſtrepitus pari clangore proſequebatur, olfactui ut officeret. At purganda eſt his hominibus aula exemplo Alexandri Severi. Purgavit palatium ſuum comitatúmq; omnem abjectis ex aulico miniſterio cunctis obſcœnis & infamibus: nec quenquam paſſus eſt

eſſe

eſſe in palatinis niſi neceſſarium hominem, *Ælius Lamprid. in Alex. Severo.*

Noctambulones, noctivagi. T. Petr. Arb. inter paucos familiarium Neronis erat adſumptus elegantiæ arbiter, dum nihil amœnum & molle affluentia putabat, niſi quod ei Petronius adprobaviſſet, nam ille dies per ſomnum, nox officiis & oblectamentis vitæ tranſigebatur, *Tacit. annal. 16. in med. & paulò inferius.* Ambigenti Neroni, quonam modo noctium ſuarum ingenia noteſcerent, offertur Silia matrimonio Senatoris haud ignota, & ipſi ad libidinem omnem adſcita, ac Petronio perquam familiaris, agitur in exſilium, tanquam non ſiluiſſet, quæ viderat pertuleratq; proprio odio. *Et annal. 15.* Crepidinibus ſtagni lupanaria aſtabant, illuſtribus feminis completa. & contrà ſcorta viſebantur, nudis corporibus. jam geſtus motusq; obſcœni, & poſtquam tenebræ incedebant, quantum juxta nemoris, & circumjecta tecta, conſonare cantu, & luminibus clareſcere. Ipſe (Nero) per licita atq; illicita fœdatus; nihil flagitii reliquerat, quò corruptior ageret. Turpis qui alto ſole ſemiſomnis jacet, cujus vigilia medio diei incipit: & adhuc multis hoc antelucanum eſt. Sunt, qui officia lucis noctisq; pervertunt, nec ante diducunt oculos heſternâ crapula graves, quam appetere nox cœpit. Qualis illarum conditio dicitur, quos natura (ut ait Virgilius) pedibus noſtris ſubditos è contrario poſuit.

Nosq; ubi primus equis oriens afflavit anhelis,
Illis ſera rubens accendit lumina veſper.

Talis horum contraria omnibus non regio, ſed vita eſt, *Senec. epiſt. 122.*

Impudentes. Pleriq; aulici, quos quum nihil refert. pudet, ubi pudendum eſt, ibi eos deſerit pudor, quum uſus eſt, ut pudeat, *Plaut. in Epid. act. 2.* Inquit aulicus impudens: Cùm alieno more vivendum eſt mihi, ſine, nunc meo me vivere interea modo, *Terent. in Andr. act. 1. ſc. 1.* Malus eſt miniſter regii imperii impudentia, vel ſecundùm aliorum ſententiam: Malus eſt miniſter regii imperii pudor. non enim pudendo, ſed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus, *Cic. de orat. lib. 1. n. 28.* ne labem pudoris contrahamus, *l. 17. C. de Excuſat. tutor.* Vitium rebus ſolenne ſecundis, *Claudian.* Ægrè id pati Antonius inquit Tacit. & culpam in Mucianum conferre, cujus criminationibus coaluiſſet, pericula ſua, nec ſermonibus temperabat, immodicus lingua, & obſequii inſolens, literas ad Veſpaſianum compoſuit, jactantius quam ad Principem, nec ſine occulta in Mucianum inſectatione, *&c. hiſt. 3.* occultanti Tiberio vetus odium adverſus exſulem Serenum, nam

aditus difficiles: libidines novæ, inhumana crudelitas, *Idem lib. 24. princ. ferè.* Eſt proprium ſuperbiæ aulicorum, magno æſtimare introitum ac tactum ſui liminis, *Senec. de benefic. lib. 6. cap. 33.* præſertim cùm paululum ipſis acceſſit pecuniæ, tunc ſublati animi ſunt, *Terent. in Hecyr. act. 3. ſc. 5.* & cùm arridet fortuna, tunc ſecundas fortunas decent ſuperbiæ, *Plaut. in Stich. act. 2.* Domitius Corbulo præturâ functus de L. Sulla nobile juvene queſtus eſt apud Senatum, quod ſibi inter ſpectacula gladiatorum loco non deceſſiſſet, *Tacit. annal. 3.* Hiempſal, qui minimus ex illis erat, naturâ ferox, etiam ante ignobilitatem Jugurthæ, quia materno genere impar erat, deſpiciens, dextrâ Atherbalem adſedit: ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret. dein tamen, ut ætati concederet, fatigatus à fratre, vix in partem alteram transductus eſt, *Salluſt. bello Jugurth.* Cùm inter Germanicum & Piſonem jam aperta odia intercederent. Non ideo, inquit Tacit. Lætum Germanicum habebant, ob ſuperbiam Piſonis, *annal. 2.* Cn. Piſo civitatem Athenienſium turbido inceſſu exterritam oratione ſæva increpavit; obliquè Germanicum perſtringens, quòd contra decus Romani nominis non Athenienſes tot cladibus exſtinctos, ſed colluvionem nationum comitate nimia coluiſſet, *ibid. annal. 2.* Nec tam grata Pallantis innocentia, quàm gravis ſuperbia fuit: quippe nominatis libertis ejus, quos conſcios haberet, reſpondit, nihil unquam ſe domi, niſi nutu aut manu ſignificâſſe, vel ſi plura demonſtranda eſſent, ſcripto uſum, ne vocem conſociaret, *Idem annal. 13.* Cicero multis ſeipſum inviſum reddidit, nullo quidem malo, facinore, ſed quod ſeipſum identidem laudaret atq; jactaret, eò multos offendens, *Plutarch. in Cicer. n. 31. & n. 8. ibid.* Verùm, quod laudari ſe mirum in modum gauderet, vehemensq; cupiditas gloriæ, quam ad extremum usque retinuit, effecerunt, ut ſæpe ab optimis deturbaretur cogitationibus. Nam in maximis animis, ſplendidiſſimisque ingeniis, plerumque exſiſtunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates, *Cicer. off. 1. n. 26.* C. Marius natus equeſtri loco, hirtus atque horridus, vitaque ſanctus, quantum bello optimus, tantum pace peſſimus, immodicus gloriæ, inſatiabilis, impotens, ſemperque inquietus, hic per publicanos, aliósque in Africa negotiantes, criminatus Metelli lenitudinem, trahentíſque jam in tertium annum bellum, & naturalem nobilitatis ſuperbiam, morandique in imperiis cupiditatem

Digitized by Google

effecit, ut cum commeatu petito, Romam veniſſet, conſul crearetur, *&c. Vellej. Patercul. lib. 2. princ. ferè.* Peccavi, ait Saul: ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei & coram Iſraël, *1. Samuel. 15. v. 30.* In hunc modum ipſius Sauli excrevit ſuperbiæ exceſſus, ut magis populi ſui reverentiam & timorem famæque ſuæ gravitatem & nominis magnitudinem, quàm unicum Dei ſui ſupremum honorem & cultum ante omnia obſervare vellet. Multi bonitate Principum & honore, qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam. Et non ſolùm ſubjectos regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos, qui dederunt, moliuntur inſidias, *Eſther 16. v. 2, 3.* Quidam ſimplicitatis ac modeſtiæ imagine in altitudinem conditi, ut Domitianus, *Tacit. hiſt. 4. in fine.* de quibus dici poteſt, quod Cic. *de divinat. lib. 2. n. 30.* ait: Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat: cœli ſcrutantur plagas. Ut pleriq; ſolent - - - - naſo ſuſpendis adunco, *Horat. Satyr. lib. 1. Satyr. 6.* Cui aulicorum mimus quidam reſpondit: Vide, ne dum cœlum cuſtodis, terram amittas, *Val. Max. lib. 7. cap. 2. n. 10. ext.* Sejanus faſtu potentiaq; adeò efferebatur, jam ut (quo paucis rem expediam) ſe ipſum pro Imperatore, Tiberium pro Inſulæ rectore quodam habuerit; quòd in Inſula, cui Capreæ nomen, Tiberius agebat. Hinc ſtudia erga eum, & luctationes propter januam ejus; quam metuerent ſinguli, non modò, ne non viderentur ab eo, ſed etiam, ne poſtremi omnium ac præcipuè procerum, & verba, & nutus accuratè obſervante. Nam qui propria dignitate aliqua eminent; neq; ſalutationes iſtas ab aliis valde requirunt, neq; omiſſas vitio vertunt, conſcii nimirum ſibi, non hoc contemptu ſui fieri: atqui adſcititiis ornamentis utuntur, ſummopere ea, tandem ad perfectionem ſuæ dignitatis neceſſaria deſiderant, ac, niſi conſequantur, tanquam probro injuriáve affecti animis commoventur. Ideò magis hujusmodi homines, quàm ipſi ferè Imperatores, ſunt obſervandi: quod apud hos virtutis habetur, peccatorum gratiam facere, apud illos, quod delinquitur, imbecillitatem ſuam arguere creditur, ſacereq; ad firmandam magnæ potentiæ opinionem, ut ea perſequantur ulciſcanturq;, *Dio Caſſ. lib. 58.* Tanta fuit Sejano elatio animi, faſtus & ſuperbia, ut quisq; Sejano, inquit Tacitus, intimus, ita ad Cæſaris amicitiam validus: contrà, quibus infenſus eſſet, metu ac ſordibus conflictabantur. *Et paulò inferius:* libertis quoq; & janitoribus ejus noteſcere, pro ma-
46 gnifico accipiebatur, *annal. 6. princ. ferè.* Erat enim illi corpus laborum tolerans, animus audax, ſui obtegens, in alios criminator, juxta adulatio &

& ſuperbia, palàm compoſitus pudor, intus ſumma apiſcendi libido, *annal. 4. princ.* Et non ſolùm ſinguli, ſed etiam ordines, qui ſuperiores ſunt, inferiores ſemper ſolent ſupprimere. Inter patres & plebem: Alter ſemper ordo, inquit Liv. gravis alterius modeſtiæ erat. quieſcenti plebi ab junioribus patrum injuriæ fieri cœptæ. *& paulò inferius.* Adeò moderatio tuendæ libertatis, dum æquari velle ſimulando, ita ſe quisq; extollit, ut deprimat alium, *lib. 3. anno ab U. C. 308.* Ut ſolent prævalidi provincialium & opibus nimis ad injurias minorum elati; una vox eorum eſt usq; ad contumeliam penetrans: quando dictitant, in eorum poteſtate ſitum, *Tacit. annal. 15.* Nam pleraq; nobilitas invidiâ æſtuabat, quaſi pollui Conſulatum credebant, ſi eum quamvis egregiús, homo novus adeptus foret, *Salluſt. bell. Catil.* Sie haben Recht und Macht allein, *&c.* Caj. Marius Conſulatum appetere non audebat, etiam tum alios magiſtratus plebis, Conſulatum nobilitas inter ſe per manus tradebat. novus nemo tam clarus, neq; tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore & quaſi pollutus haberetur, *Salluſt. bel. Jugurth.* Et non ſolùm ordines, ſed quod maximè deteſtandum, qui vix civicum ſtatum, nobilitate gravati, depoſuerunt, & genere ſuo amiſſo, nobiles degeneres facti, eùm acerrimè inſectantur. Ab hominibus nobilibus, inquit Liv. per multos annos bellum quærentibus, Annibalem in Italiam adductum, ab iisdem, quum debellari poſſit, fraude id bellum trahi. Conſules deinde Fabianis artibus, quum debellare poſſent, bellum traxiſſe. Id fœdus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quàm conſulem verè plebejum, id eſt, hominem novum feciſſent, nam plebejos nobiles jam eisdem initiatos eſſe ſacris, & contemnere plebem, ex quo contemni deſierint à patribus cœpiſſe, *lib. 22. anno ab U. C. 537.* In hunc aulicorum morem etiam apud Salluſtium, nobilitatis arrogantia & ſuperbia ex libidine in plebem uſa in propatulo poſita eſt. quando etiam Romani equites à nobilitate ſpe ſocietatis aucti vel agitati, à plebe ſe dimoverunt, quando ita refert: Poſtquam Tiberius & Cajus Gracchus, quorum majores Punico, atq; aliis bellis multum Reipublicæ addiderant, vindicare plebem in libertatem & paucorum ſcelera patefacere cœpere: nobilitas noxia, atq; eo perculſa, modò per ſocios, ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos ſpes ſocietatis à plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: *&c. bel. Jugurth.*

Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum.

Et noſtri ſeculi, minorum gentium aulici, ex omnibus virtutibus, quas Jupiter vix enumerare poteſt, hac una, qua viris honore, loco, gradu, ſtudiis & pluribus meritis gravibus, ſemper præſultare queant, unicè oblectantur. Cùm tamen hi aulici, quod *Matth. 23. v. 12. Luc. 14. vers. 11. item cap. 22. v. 25. & ſeq.* & quod Plutarch. *ſympoſiac. 1. qu. 2. 3.* docent, debeant obſervare. Et ſi quando contumaciùs quædam apud aures ſuperbas & offenſioni proniores adduntur, *Tacit. annal. 4.* Confeſtim inſurgit ſuperbus aulicus impudentiſſima oratione: Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? Was haſtu *&c.* bey meiner Da nen zu thun? heus proximus ſum egomet mihi, *Terent. in Andr. act. 4. ſc. 1.*

Tros Rutulúsve fuat, nullo diſcrimine habebo.

Virgil. Æneid. 10. v. 108.

Refert in contumacem ſuperbiam nobilium referre exemplum, *Anno ab U. C. 450.* C. Flavius Cn. Filius ſcriba patre libertino, humili fortuna ortus, cœterùm callidus vir & facundus ædilis curulis fuit, contumacia adverſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit, civile jus repoſitum in penetralibus pontificum evulgavit, faſtosq́ue circa forum in albo propoſuit, ut, quando lege agi poſſet, ſciretur: ædem Concordiæ in area Vulcani ſumma invidia nobilium dedicavit; coactusq; conſenſu populi Cornelius Barbatus Pontifex maximus verba præire, *&c. & paulò poſt.* Haud memorabilem rem per ſe, niſi documentum ſit adverſus ſuperbiam nobilium plebejæ libertatis, referam. Ad collegam ægrum viſendi cauſa Flavius quum veniſſet, conſenſuq; nobilium adoleſcentium, qui ibi aſſidebant, aſſurrectum ei non eſſet, curulem afferri ſellam eò juſſit, ac ſede honoris ſui anxios invidiâ inimicos ſpectavit, *Liv. lib. 9. in fine.* homines nobiles, quorum animos ſecordia, atq; ignavia, invaſit, ignari laboris, hoſtium, militiæ, domi factione inſtructi, per ſuperbiam cunctis gentibus moderantur, *Salluſt. de Republ. ordin. epiſt. 2.* Sunt noſtri aulici hodie in eo maximè intenti & occupati, quo veſtitu indies ferè novo, variis ſegmentis, rarò ſericis, plerumq; argenteis & aureis, tanquam pecus aurea, *Tacit. annal. 13. princ.* Corymbio etiam ſeu crinibus à furibus & meretriculis aliquando mutuò acceptis, tanquam comâ adulterinâ, & criſtis erectis incedant, & exinde magni æſtimari; adſpici, ſalutari & honorari affectent. (Digni ſanè, ut de ipſis ex Cicerone *pro Q. Roſc. Comœd. n. 20.* cùm pilum concreatum ſpernant, & adſcititio ſeu adulterino delectentur, ne ullum pilum viri boni habere dicantur.) Et rectè

faciunt,

faciunt cùm non inſititio, ſtudiis & literis, vel aliis virtutibus & rebus geſtis, adquiſito fulgeant ornamento, ut adſcititio, muliebri, & umbratili magnitudinem ſuam muniant tegumento. Sed turpe eſt ſapienti, quum habeat animum, captare laudes ex corpore, *Amm. Marcell. lib. 25. in Julian.* Tu qui non animum habes, captas ex corpore laudes, & ornamenta quæris: ornamenta præſtant tuo corpore, ſegmenta præſtant virtutibus, aurum & argentum tuâ famâ: ideo cùm tu adſpici, ſalutari & honorari affectas, non tu, ſed quæ circum te, tua ornamenta, tua aurea & argentea ſegmenta, corymbion & criſtæ adſpiciuntur, ſalutantur & honorantur. Quidam etiam veſtitu muliebri, promiſcuis viris & fœminis veſtibus, *Tacit. annal. 3.* in caligis (ut hodie mos eſt) follicantibus non ſtrictis & ſingulos artus exprimentibus, ſed Sarmatarum & Parthorum more fluitantibus, *Idem de moribus German.* tanquam tunicis muliebribus, curtis, etiam animum muliebrem non virilem oſtendere volunt. de quibus, ut vere quod olim *Tacit. ibid.* dixit, nec alius feminis quàm viris habitus dicendum:

Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem.

Quidam etiam aſinorum inſtar in utero caneſcentium, non dum ex ephebis, colore cœſio ſeu glauco capillos fucant, ſimulque odore interdum hircoſo eos inficiunt. & ita vix puberes, valdè tamen ſuperbientes naturam vertunt, quando juveniliter caneſcunt. Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt. Lepidi mores turpem ornatum facilè factis comprobant, *Plaut. in Pœn. act. 1.* Nam color (odor) arte compoſitus inquinat corpus, non mutat, *T. Petron. Arb. Satyr.* Sæpe autem Principes ipſi miniſtros ſuos extollendo ſuperbire faciunt. Tiberius aliquando in Senatu monuit in poſterum, ne quis mobiles adoleſcentum animos honoribus ad ſuperbiam extolleret, *Tacit. annal. 4.* Quod tamen in Sejano non obſervavit, *de quo idem princip. ibid.* Neq; Senatorio ambitu, abſtinebat, clientes ſuos honoribus aut provinciis, ornando, facili Tiberio, atq; ita prono, ut ſocium laborum, non modò in ſermonibus, ſed apud patres & populum celebraret, colique per theatra, & fora effigies ejus, interque principia legionum ſineret. Ad hunc textum ita Annibal Scotus: Imprudenter, inquit, ſe gerit Princeps, qui adeò extollit aulicum, & ſibi parem facit, ut nihil illi deſit, præter nomen Principis. Semper enim eveniet, ut ille cœco ſui amore, hoc affectans, ipſi Principi vitam eripere conetur, ut commodiùs ſolus dominetur.

 Sic

Sic Sejanus erga Tiberium ſe geſſit; Percennius erga Commodum; Plautianus erga Severum, *&c.* Ita eſt cum ſuperbis aulicis: Naturam plerumque fortuna corrumpit, & homines cum ſe permiſere fortunæ, etiam naturam dediſcunt, *Q. Curt. lib. 3.* Exemplo eſt Vannius Suevis à Druſo Cæſare impoſitus, pellitur regno: prima imperii ætate clarus acceptusq́, popularibus; mox diuturnitate in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumventus, *Tacit. annal. 12.* Continentia & moderatio in altiſſima quaq; fortuna, eminentia bona in ſuperbiam ac laſciviam vertit, *Q. Curt. lib. 6.* Hinc felicitatis & moderationis dividuum contubernium eſt, *Valer. Max. lib. 9. cap. 5. n. 3. extern.* Aulici, cùm dominationem & regimen affectant, inter ſumma & ima, medium tenere non provident, non cogitant, quòd ad ſumma, ſicut, per abruptum iter, eſt aſcenſus, ſic in ima præceps caſus. quod Vinio evenit, qui Galbæ amicitiâ in abruptum tractus, audax, callidus, promptus, & prout animum intendiſſet, pravus aut induſtrius, eadem vi, *Tacit. hiſt. 1. in med. ferè.* Erat enim potentia principatus diviſa in T. Vinium conſulem & Cornelium Laconem prætorii præfectum. Nec minor gratia Icelo Galbæ liberto, quem anulis donatum equeſtri nomine Mucianum vocitabant, *ibid. princip. ferè,* de quibus tribus Galbæ pædagogis explicatiùs *apud Sueton. in Galba n. 14.* patet. Ideò medium tenere, conciliare extrema expedit, infra ambitionem altitudinis animi, & infrà dominandi libidinem mediocribus contineri. quemadmodum ejusmodi medietates non rarò ſunt admodum perutiles. Exemplo Mucianus eſſe poteſt, quia ad Primum & Varum media ſcriptitabat: inſtandum cœptis, ut rurſus cunctandi utilitates ediſſerens; atq; ita compoſitus, ut ex eventu rerum, adverſa abnueret, vel proſpera adgnoſceret, *Idem hiſt. 3.* Et Tiridates, quem Corbulo laudat, omiſſis præcipitibus, tuta & ſalutaria capeſcentem, *Idem annal. 15.* Laudandi ſunt montes, ſed à planitie tamen non eſt recedendum, *Proverb.* Nihil eſt hominum (aulicorum) inepta perſuaſione falſius, nec ficta ſeveritate ineptius, *T. Petron. Arbit. Satyr.* Moderatione ſua multis exemplo, in ſumma fortuna, imperio ſummo maximè laudandus eſt Jul. Agricola, de quo Tacitus, *in ipſius vita,* ita ait: Ita petita pace, ac dedita inſula Mona, clarus ac magnus haberi Agricola, quippe cui ingredienti provinciam, quod tempus alii per oſtentationem aut officiorum ambitum tranſigunt, labor & periculum placuiſſet. Nec agricola proſperitate rerum in vanitatem uſus, expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuiſſe: ne laureatis quidē geſta proſecutus eſt.

ſed

ſed ipſa diſſimulatione famæ famam auxit, æſtimantibus, quanta futuri ſpe tam magna tacuiſſet, *& ad finem ibid.* Ne notabili celebritate & frequentia occurrentium introitus eſſet, vitato amicorum officio, noctu in urbem, noctu in palatium, ita ut præceptum erat, venit: exceptusq; brevi oſculo & nullo ſermone, turbæ ſervientium immixtus eſt. Cæterùm, ut militare nomen, grave inter otioſos, aliis virtutibus temperaret, tranquillitatem atq; otium penitus auxit, cultu modicus, ſermone facilis, uno aut altero, amicorum comitatus: adeò ut pleriq;, quibus magnos viros per ambitionem æſtimare mos eſt, viſo aſpectoq; Agricola, quærerent famam, pauci interpretarentur. Aulicorum etiam plurimi hanc inter alia ſuperbiæ ſuæ vitia, quam Tacit. dicto loco memorat, habent maculam, ſcilicet ſublime & erectum ingenium, pulchritudinem ac ſpeciem excelſæ magnæq; gloriæ vehementiùs, quàm cautè appetebat. Addidit tamen ſalutarem moribus aulicorum emendationem. Mox mitigavit ratio & ætas: retinuitq;, quod eſt difficillimum, ex ſapientia modum. O utinam omnes, qui ſummo ſunt conſtituti loco, hanc obſervarent & admonitionem, & emendationem: Retinere ex ſapientia modum. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam, loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum, *Pſal. 101. verſ. 7.* Hæc audiant, hæc obſervent aulici, quod Cicero *offic. 1. n. 90.* monet, quando ait: In rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus, ſuperbiam, faſtidium, arrogantiamq; magnopere fugiamus. nam ut adverſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre, levitatis eſt: præclaraq; eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademq; frons, quantò ſuperiores ſimus, tantò nos ſummiſſiùs geramus. Superbis aulicis hoc imprecatur Cicero: Iſta ilia, quæ ſunt inflata, rumpantur, *in Vatin. orat. 33. n. 10. Ut Vergil. Eccl. 7. v. 26. ait.*

- - - - invidia rumpantur ut ilia Codro.

ſcilicet ex ſuperbia merito. ſuperbiæ crudelitatiſq;, etſi ſeras, non leves tamen venire pœnas, *inquit Liv. lib. 3. ad finem anno ab U. C. 306.* Aulicus enim non ſtatuendo felicitati modum, nec cohibendo efferentem ſe fortunam, quantò altiùs elatus eſt, eò fœdiùs corruit, *Idem lib. 30. orat. Annib. ad Scipion.* odit Deus nimis vehementes impetus; odere cives; gratior eſt moderatio.

Ambitioſi. Ambitio, vitium propius virtutem, *Salluſt. bello Catilin.* Licitis enim mediis honores ambire, gradus petere, gloriam quærere, & ita rebus ſuis feliciorem ſtatum meditari, virtutem propiùs, 47.

quàm

quàm vitio vicinius eſſe videtur. ut in declamat. in Salluſt. Ciceroni falſo attributa habetur, quando ita ait: Si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitioſus; (non hanc dico popularem ambitionem, cujus me Principem confiteor, ſed illam pernicioſam contra leges) ut in gerendis magiſtratibus, aut in judicandis maleficiis tam ſeverus; aut tuenda Rep. tam vigilans, *&c.* Licinius Mucianus, vir ſecundis adverſisq; juxta famoſus. inſignes amicitias juvenis ambitioſè coluerat, *Tacit. hiſt. 1.* Nam nunc mores nihil faciunt, quod licet, niſi quod lubet. Ambitio jam more ſancta eſt, libera eſt à legibus, *Plaut. in Trinumm. act. 4.* Ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, livoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languores. Omnis diſcordiæ & turbarum artifex ambitio eſt: vitium alte humanis mentibus infixum, inquietum, irritabile, audax, & cum repagula juris perrupit, furioſum, *Johann. Bœcler. in lib. 2. hiſt. Tacit. annot. cap. 37. & 38.* Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit, aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingua habere, amicitias, inimicitiasq; non ex re, ſed ex commodo æſtumare, *Salluſt. bell. Catilin.* Ego Baſilicus ſum, quem niſi oras, guttam non feres, noſtro illum puteum periculo & ferramentis fodimus, niſi multis blanditiis, à me gutta non ferri poteſt, *Plaut. in Rud. act. 2.* Dixit quidem Nero: Nihil in penatibus ſuis venale; aut ambitioni pervium: diſcretam domum & Remp. *Tacit. an. 13. princ.* Sed ait author in verb. præc. ea maximè declinans, quorum recens flagrabat invidia. Eſt aulici animus inſatiabilis, eo quod fortuna ſpondet, ad altiora & non conceſſa tendere, *Liv. lib. 4. anno ab U.C. 315.* Nova & ancipitia præcolere avida eis & plerumque fallax ambitio eſt, *Tacit. annal. 14.* Ambitio gloriæ, felicium aulicorum affectus, *Id. annal. 15.* Perditæ ambitionis exemplum, pro finibus Reip. ampliandis dilatandisq; ſcelere magis, quàm honore dignum, culpâ, non gloriâ, pœnâ magis quàm præmio dehoneſtandum, bene mentis indoles judicabit. Cujus hiſtoria hæc habet. Carthaginenſes inter atq; Cyrenenſes ager in medio arenoſus, una ſpecie; neq; flumen, neq; mons erat, qui fines eorum diſcerneret. quæ res eos in magno diuturnóque bello inter ſe habuit. poſtquam utrinq; legiones, item claſſes ſæpe fuſæ, fugatæq;, & alteri alteros aliquantum attriverant, veriti, ne mox victos, victoresq; defeſſos alius aggrederetur, per inducias ſponſionem faciunt, uti certo die legati domo

domo proficiſſerentur : quo in loco inter ſe obvii fuiſſent, is communis utriusq; populi finis haberetur. Igitur Carthagine duo fratres miſſi, quibus nomen Philænis erat, maturavere iter pergere : Cyrenenſes tardius iere. id ſecordiane, an caſu acciderit, parum cognovi. cæterùm ſolet in illis locis tempeſtas haud ſecus, atque in mari retinere. nam, ubi per loca æqualia, & nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magnâ vi agitata, ora, oculósq; implere ſolet: ita proſpectu impedito, morari iter. Poſtquam Cyrenenſes aliquanto poſteriores ſe eſſe vident, & ob rem corruptam domi pœnas metuunt ; criminari Carthaginenſes ante tempus domo digreſſos; conturbare rem; deniq; omnia malle, quàm victi abire. Sed, cùm Pœni aliam conditionem, tantummodo æquam, peterent, Græci optionem Carthaginenſium faciunt; ut vel illi, quos fines populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eâdem conditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros. Philæni, conditione probata, ſeq;, vitámque ſuam Reipublicæ condonavere : ita vivi obruti. Carthaginenſes in eo loco Philænis fratribus aras conſecravere ; aliiq; illis domi honores inſtituti, *Salluſt. bell. Jugurth.* Audiant & obſervent aulici ambitioſi, quod Cicero *offic. 1. n. 90.* ut paulò præced. dictum eſt, monet. Atq; etiam in rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus ſuperbiam (ambitionem) faſtidium arrogantiamq; magnopere fugiamus, *&c.* Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumq; contentio, *Idem n. 87.*

Jactatores grandiloqui, Hyperbolici. Germanicè Aufſchneider. Sartagine quaſi loquendidicaces, *ut Pers. Satir. 1. ait.* Lingua procaces, pravè facundi, *Tacit. annal. 1.* magniloqui, *Idem in Jul. Agr. vita.* procax ore, *Idem hiſt. 2.* ore tenus exerciti, animum bonis artibus non induti, *Idem annal. 15.* habitu & ore ad exprimendam imaginem honeſti exerciti, *Idem annal. 16. in fine.* Intempeſtivâ ſapientiâ, *Id. hiſt. 3.* cum arduis ſuperciliis vocísq; & vultus gravitate compoſita, tanquam interpretes & arbitri Sybillæ oraculorum, *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 4. cap. 1.* rerum tumore & ſententiarum vaniſſimo ſtrepitu, *T. Petron. Arbit. Satir. princ.* Ventoſa aulicorum & enormis loquacitas, *ibid.* quando ſententiæ eorum eminent extra corpus orationis expreſſæ, *Id. Petron.* Verbis magnificis, literis rerum vacuis, *Tacit. annal. 15. princ. ferè.* Vaſa enim inania plurimum ſonant; groß Geſchrey und wenig Woll/ *Proverb.* Dicitur jactatio, quòd ſit voluptas geſtiens & ſe efferens inſolentiùs, *Cic. Tuſc quæſt. lib. 4. n. 21.* Multi aulicorum non ſolùm ſunt jactatores grandiloqui,

Digitized by Google

ſed etiam curioſi & garruli. quando curioſi cognoſcendi, cognoſcendi cupiditate aliorum mala, negotia & cauſas morbo neq; invidiæ, neq; malignitatis vacui eſſe ſolent, & ut exiguum aliquid curioſitas audiverit, id arreptum garrulitas, veluti æſtus affluentis maris illico multiplicatum reddit, *Plutarch. libell. de curioſ. & garrul.* Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi, tanquam veternoſum bibendi atq; dormiendi, *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 1. cap. 15.* Quidam ſunt leves, futiles, & importuni locutores, quiq; nullo rerum pondere innixi, verbis humidis & lapſantibus defluunt, quorum orationem bene exiſtimatum eſt, in ore naſci, non in pectore, quorum verba ſtrepentium ſunt ſimilia graculorum, quorum tam prodiga infrenisq;, ut fluat ſemper, & æſtu, & colluvione verborum teterrima, ut neq; minùs inſigniter veteres noſtri hoc genus homines in verba provectos, locutulejos & blaterones, & linguaces dixerunt, *Aul. Gell. ibid.* Nihil eſt profectò ſtultius, neq; ſtolidius, neq; mandaciloquius, neq; argutum magis, neq; confidentiloquius, neque perjurius, quàm aulici aſſidui, quos ſcurras vocant, qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt, quod quisq; in animo habet, aut habiturus eſt, ſciunt. Id quod in aurem rex reginæ dixerit, ſciunt, quod Juno fabulata eſt cum Jove, quæ neq; futura, neq; facta ſunt, tamen ii ſciunt, *Plaut. in Trin. act. 1.* Beſſus ferox verbis & parto per ſcelus regno ſuperbus ac vix potens mentis, dicere, ſocordiâ Darii creviſſe hoſtium famam, *& paulò inferiùs.* Conclamant temulenti, hanc ſententiam ſalubrem eſſe: & Beſſus circumferre merum largiús jubet, debellaturus ſuper menſa Alexandrum, *Q. Curt. lib. 7.* In omnibus circulis atq; etiam in conviviis ſunt, qui exercitum ducant, *Liv. lib. 44.* In convivio autem frequenti loqui ſolum unum, neq; honeſtum eſt, neque commodum, *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 2. cap. 22.* Multò enim utiliús eſt pauca idonea effundere, quàm multis inutilibus homines prægravare, *l. 2. §. 16. C. de Veter. jure enucl.* In Achaja legatis Antiochi Ætolorumq; coram T. Quintio Agri datum eſt concilium, Antiochi legatus prior, quàm Ætoli eſt auditus. Is ut pleriq;, quos opes Regiæ alunt, vaniloquus, maria terrasque inani ſonitu verborum complevit, equitum innumerabilem vim Helleſponto in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant: partim ſagittis ex equo utentes & à quo nihil ſatis tecti ſit, averſos refugiente equo certiús fugientes. His equeſtribus copiis, quanquam vel totius Europæ exercitus in unum coacti obrui poſſent, adjiciebat multiplices copias peditum, & nominibus quoque gentium vix fando auditis terrebat.

Dabas,

Dahas, Medos, Ælymæosq; & Caduſios appellant, Navalium verò copiarum, quas nulli portus capere in Græcia poſſent. dextrum cornu Sidonios & Tyros, ſiniſtrum Aradios, & ex Pamphylia Sidetas tenere: quas gentes nullæ unquam nec arte, nec virtute navali æquaſſent. Jam pecuniam, jam alios belli apparatus referre ſupervacaneum eſſe, ſcire ipſos, abundâſſe ſemper auro regna Aſiæ. Itaq; non cum Philippo, nec Annibale rem futuram Romanis, Principe altero civitatis, altero Macedoniæ tantùm regni finibus incluſo? Sed cum magno Aſiæ totius, partiſq; Europæ Rege. Eum tamen, quanquam ab ultimis Orientis terminis ad liberandam Græciam veniat, nihil poſtulare ab Achæis, in quo fides eorum adverſus Romanos priores ſocios atq; amicos lædatur, *&c. Sed paulò pòſt.* Ad ea Quintius coram quibus magis, quàm apud quos verba faceret, dicere Archidamum rationem habuiſſe. Achæos enim probè ſcire, Ætolorum omnem ferociam in verbis, non in factis eſſe, & in conciliis magis concionibusq; quàm in acie apparere: mentiendo invicem, jactandoq; vires, quas non haberent, inflâſſe vana ſpe atq; inflatos eſſe; dum ii abs ſe Philippum victum, ſua virtute protectos Romanos, & quæ modò audiebatis, narrant: vos, cæteraſq; civitates & gentes, ſuam ſectam eſſe ſecuturos: Rex contrà peditum equitumq; nubes jactat, & conſternit maria ſuis claſſibus. Eſt autem res ſimilima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei hominis & boni, & ſciti convivatoris, apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, quum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa & varia venatio: homo, non quàm iſti ſunt glorioſus, renidens condimentis, ait, varietatem illam, & ſpeciem ferinæ carnis, ex manſueto ſue factam. Hoc dici aptè in copias regis, quæ paulò antè jactatæ ſunt, poſſe, varia enim genera armorum, & multa nomina gentium inauditarum, Dahas & Medos, & Caduſinos, Elimæos; Syros omnes eſſe: haud paulò mancipiorum meliùs, propter ſervilia ingenia, quàm militum genus, *Liv. lib. 35. in fine.* Antonius neq; ipſe deerat arrogantiâ vocare offenſas, nimiùs commemorandis, quæ meruiſſet. Alios ut imbelles, Cæcinam ut captivum ac deditium increpat, *Tacit. hiſt. 4. ad finem.* Nero dum antiquitatem generis, conſulatus, ac triumphos majorum enumerabat, intentus ipſe & cœteri: liberalium quoque artium commemoratio, & nihil regente eo Reip. triſte ab externis accidiſſe, pronis animis audita: poſtquam ad providentiam ſapientiamq; flexit, nemo riſui temperare, *Idem annal. 13. princ.* Corbulo omnium ora in ſe vertebat, corpore ingens, verbis magnificus &

Ccc 2 ſuper

Digitized by Google

ſuper experientiam ſapientiamq;, etiam ſpecie inanium validus, *Idem ibid.* Si aulicus quis ex longinquo revenit, miracula narrant, vim turbinum & inauditas volucres, monſtra maris, ambiguas hominum & beluarum formas, *Idem annal. 2.* Nemo ſcire, & omnes affirmare, *Idem. hiſt. 1.* Et ſi maxima quæq; ambigua ſunt, tamen alii quoquo modo audita pro compertis habeant, alii vera in contrarium vertunt, *Idem annal. 3.* quando vagus primùm & incertus rumor, mox ut in magnis mendaciis interfuiſſe ſe quidam & vidiſſe affirmant, credula fama inter gaudentes & incurioſos, *Idem hiſt. 1.* Sua quisq; facta, ſuos caſus attollunt: ac modò ſilvarum & montium profunda, non tempeſtatum ac fluctuum adverſa, hinc terra & hoſtis, hinc victus oceanus militari jactantia compararentur, *Tacit. in Jul. Agric. vita,* prompti poſt eventum ac magniloqui ſunt. Iniquiſſima hæc aulicorum conditio eſt, proſpera omnes ſibi vendicant, adverſa uni imputantur, *Ibid. in med.* Verannius magna dum vix ſeveritatis fama, ſupremis teſtamenti verbis ambitionis manifeſtus. quippe multa in Neronem adulatione addidit, ſubjecturum ei provincias fuiſſe, ſi biennio proximo vixiſſet, *Idem annal. 14.* Miſerat Mucianus epiſtolas ad Senatum, quæ materiam ſermonibus præbuere: ſi privatus eſſet, cur publicè loqueretur? potuiſſe eadem paucos poſt dies, loco ſententiæ dici, ipſa quoq; inſectatio in Vitellium ſera & ſine libertate, id verò erga Remp. ſuperbum, erga Principem contumelioſum, quod in manu ſua fuiſſe imperium donatumq; Veſpaſiano jactabat, *Idem hiſt. 4. princ.* Credebant pleriq; auctam offenſionem C. Silii intemperantia, immodicè jactantis, ſuum militem in obſequia duraviſſe, cùm alii ad ſeditiones prolaberentur: neq; manſurum Tiberio imperium, ſi iis quoq; legionibus cupido novandi fuiſſet. Deſtrui per hæc fortunam ſuam Cæſar, imparemq; tanto merito rebatur, *Idem annal. 4.* De jactabundo & glorioſo quodam adoleſcente (aulico) vide quæ tradit *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 1. cap. 2.* Superbiam verborum, præſertim iracundi oderunt, prudentes irrident, utiq; ſi inferioris adverſus ſuperiorem eſt, *Liv. lib. 45.* Econtra modeſtiæ fama neque ſummis mortalium ſpernenda eſt, & à diis æſtimabatur, *Tacit. annal. 15. princ.* Caveat effuſè aulicus jactare, ne dum effuſo ſermone ſeſe jactet, in promptum ſui incidat periculum, *l. ult. C. de dotis promiſſ.* Et audiat aulicus jactator, quod monet *Aul. Gell. lib. 1. cap. 10.* Vive moribus præteritis, & loquere verbis præſentibus. Jugurtha plurimum facere, & minimum ipſe de ſe loqui. *Salluſt. bel. Jugurth.*

Ver-

Verſatiles, Verſipelles, Varigeruli. Semper ex anci- 48.
piti mutatione temporum pendentes, *Q. Curt. lib. 4. princ.* Neq; enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium & tortuoſum, *Cic. de Amicit. n. 65.* Erat T. Vinius audax, callidus, promptus, & prout animum intendiſſet, pravus aut induſtrius, eadem vi, *Tacit. hiſt. 1. in med.* Quippe Getæ prætorii profecto haud ſatis fidebat, ad honeſta ſeu prava juxta levi, *Idem annal. 11.* Erat Sejanus peritia morum Tiberii odia in longum jaciens, quæ reconderet, auctaq; premeret, *Idem annal. 1. prope fin. & annal. 4. princ.* mox Tiberium variis artibus devinxit adeò Sejanus, ut obſcurum adverſum alios, ſibi uni incautum intectumq; efficeret. M. Cælius vir eloquio animoq; Curioni ſimillimus, ſed in utroq; perfectior, nec minùs ingenioſè nequam, *Vellej. Paterc. lib. 2.* hic nobilitatem, decorem alius, plurimi patientiam, comitatem, per ſeria, per jocos eundem animum laudibus ferrent, *Tacit. annal. 2. princ. ferè.* Neq; ſecordia, inquit Tacit. peccabat; nec occultum eſt, quando ex veritate, quando adumbratâ lætitiâ, facta imperatorum celebrentur, quia ipſe compoſitus aliàs, & velut eluctantium verborum ſolutiùs, promptiusq; eloquebatur, quoties ſubveniret, *annal. 4.* Gaudium, miſeratio, favor: verſi in lætitiam (ut eſt aulicus utroq; immodicus) laudantes, gratantes, *Idem hiſt. 2.* Longa poſt hæc Curtii Rufi ſenecta, & adverſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, conſulare imperium, triumphi inſignia, ac poſtremò Africam obtinuit, *Idem annal. 11. in med.* Solent enim eſſe aulici variè compoſiti, natura, arte, geſtu, cultu, falſum renidentes vultu, dolo, fraude, plauſu, *&c.* in lætitiam, mæſtitiam, iram, obſequium, ſtudium, oſtentationem, adulationem, invidiam, amorem, odium, *&c.* Rogatus ſententiam & Scipio: cum idem inquit, de admiſſis Poppeæ ſentiam, quod omnes, putate me idem dicere, quod omnes. eleganti temperamento inter conjugalem amorem, & ſenatoriam neceſſitatem, *Idem annal. 11. princ.* Arundines vento agitatæ, homines mollibus veſtiti, ut Matth. Evangeliſta ait. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? ſed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce, qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt, *cap. 11. v. 7. 8.* Petrus etiam tempore paſſionis Chriſti, aulicorum mores eſt imitatus. Cùm ſtarent ſervi & miniſtri ad prunas, quia frigus erat & calefacerent ſe, erat cum eis Petrus ſtans & calefaciens ſe, *Johann. 18. v. 18.* & dicit Matthæus: Vnd ſatzte ſich bey die Knechte/ auff daß er ſehe/ wo es hinauß wolte/ *cap. 26. v. 58.* Cultu vultuq;

quàm maximè ad præſentem fortunam comparato, regiam ingreditur, *&c.* *Tacit. annal. 12.* Fronte lætus, pectore anxiús, ut Domitiano moris erat, *Idem in Jul. Agric. vita.* Protei, Vertumni, Polypi, Siſyphi, Theramenes, Dædali, Cothurnis inſiſtentes, ſtropharum artifices, qui pro inſigni jam leonis, nunc draconis, jam vulpeculæ, jam tauri vel crocodili, vel alterius ſignificantis animalis figura & imagine, in temporis rationem uti, ſe accommodarunt, *de quibus Horat. epiſt. lib. 1. epiſt. 1.*

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Et Ovid. lib. 8. Metamorph. fab. 12. in fine:

Sunt quibus in plures jus eſt tranſire figuras,
Ut tibi complexi terram maris incola Proteu,
Nam modò te juvenem, modò te videre leonem,
Nam violentus aper, nunc, quem tetigiſſe timerent,
Anguis erat, modò te faciebant cornua taurum,
Sæpe lapis poteras, arbor quoq; ſæpe videri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum,
Flumen eras, interdum undis contrariús ignis.

Et lib. 11. Metamorph. fab. 6.

Sed modò tu volucris, volucrem tamen ille tenebat,
Nunc gravis arbor eras, hærebat in arbore Peleus,
Tertia forma fuit maculoſæ Tygridis - - -

Ut Thetis multiformis & in varias figuras mutabilis.

De Vertumno hæc ex Ovid. *Metamorph. lib. 14. fab. 8.*

Hos quoq; Vertumnus: neq; erat felicior illis,
O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit, veriq; fuit meſſoris imago.
Tempora ſæpe gerens fœno religata recenti,
Defectum poterat gramen verſare videri.
Sæpe manu ſtimulos rigida portabat, ut illum
Juraſſes feſſos modò disjunxiſſe juvencos.
Falce data frondator erat, vitisq; putator
Induerat ſcalas, lecturum poma putares.
Miles erat gladio, piſcator arundine ſumpta,
Deniq; per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Repperit, ut caperet ſpectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora canis
Aſſimulavit anum, cultosq; intravit in hortos. *&c.*

Vide Propert. *lib. 4. fabul. Vertumni.*

Hinc

Hinc illud Pindari. Marinæ beſtiæ coloni
Adverte mentem & ſis vafer omnibus
Verſare in urbibus.

Et Theognidis. Polypodis fac morem imiteris verſicoloris,
Cui ſubit is, ſemper ſit ſimilis lapidi.

Atq; hoc verſutia & calliditate præſtantes ajunt ſtudio habere, ut fallendi eos gratiâ, quibus cum agunt, ſemper polypum æmulentur, *refert Plut. qu. natural. n. 19.* Modò huc, modò illuc prompti, *Tacit. annal. 12. princ.* morem accommodare prout conducat, *ibd. infer.* flexiloqui & obſcuri, *Ammian. Marcell. lib. 31. princ. ferè.* Baſiarii, geſticulatores, modò proni, modò ſupini, nunc laterenſes, nunc humeris contortis curvi; jam flexi, jam erecti; qui omnibus modis membris quaſi fractis veſanam ineptitudinem produnt. In novo imperio, homo novus, in ſtatus mutatione nova, mores novi. Animus novo principatu ſuſpenſus, & vultus quoq; ac ſermones omnium circumſpectans, *inquit Tacit. hiſt. 4. princ. ferè.* novos omnes mores habeo, veteres perdidi, *Plaut. in Truculent.* mutabiles ſubitis, *Tacit. hiſt. 1.* De Tito ita ait Tacit. Exitu Neronis poſitis odiis in medium conſuluere (ſcil. Veſpaſianus & Mucianus) primùm per amicos, dein præcipua concordiæ fides Titus prava certamina communi utilitate aboleverat; natura atq; arte compoſitus alliciendis etiam Muciani moribus, *hiſt. 2. princ. ferè.*

Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.
Virgil. 4. Æneid. v. 477.

Eccum Juppiter in Amphitruonis vortit ſeſe imaginem, omneſq; eum eſſe cenſent, qui vident, ita verſipellem ſe facit, quando lubet, *Plaut. in Amphitr. prolog.* Sed tamen non quodlibet ingenium verſatile eſt culpandum & reprehendendum, verſatilitas enim ſuo modo in meliorem partem intelligi & accipi poteſt, ſi vertatur ingenium à turpibus ad honeſta, à pravis in recta, à vitiis in virtutes. Cujus rei exemplum M. Porcius Cato. omnes patricios, plebejoſq; nobiliſſimarum familiarum M. Porcius longè anteibat. in hoc viro tanta vis animi ingeniiq; fuit, ut quocunq; loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur: nulla ars neq; privatæ, neq; publicæ rei gerendæ ei defuit, urbanas ruſticaſq; res pariter callebat. ad ſummos honores alios ſcientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit. huic VERSATILE INGENIUM pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcunq; ageret, in bello manu fortiſſimus multiſq; inſignib⁹ clarus pugnis: idem poſteaquam ad magnos honores pervenit ſummus Imperator:

idem

Idem in pace, ſi jus conſuleres, peritiſſimus: ſi cauſa oranda eſſet, eloquentiſſimus: nec is tantùm, cujus lingua, vivo ego viguerit monumentum eloquentiæ nullum exſtet. vivit, imò vigetq; eloquentia ejus, ſacrata ſcriptis omnis generis, *&c. Liv. lib. 39. non procul. fin.* de quo Plin. *7. cap. 27.* hæc tria dixit: Optimus orator, optimus Imperator, optimus Senator. Verſipellem frugi convenit eſſe hominem, pectus cui ſapit. Bonus ſit bonis, malus ſit malis, utcunq; res ſit, ita animum habeat, *Plaut. in Bachid. act. 4.*

49. **Audaces.** Primas dominandi ſpes in arduo, ubi ſis ingreſſus, adeſſe ſtudia & miniſtros, *Tacit. annal. 4. princ.* Nihil in aulico modicum: terrere, ni paveant: ubi pertimuerint, impunè contemni, *Idem annal. 1.* Salluſt. de Catilina ait: Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris, ſupra quàm cuiquam credibile, animus audax, ſubdolus, varius *&c.* Rudes bonarum artium & robore corporis ſtolidè feroces, *Tacit. annal. 1. princ.* C. Cæſar immanem animum ſubdolâ modeſtiâ tegens, *Idem annal. 6.* Nero demovet Pallantem curâ rerum, quis à Claudio impoſitus, velut arbitrum regni agebat. Sanè pepigeret Pallas, ne cujus facti in præteritum interrogàretur, pareſq; rationes cum Republ. haberet, *Idem annal. 13.* Tanta fuit Pallantis audacia, ut à nemine (ad impenſarum rationem vel reliquàtionem cogi vellet ? ideo meritò à Nerone tanquam arrogans exinde ſuſpectus & inviſus curâ rerum demotus. Inſontibus aulicis innoxia conſilia; flagitiis manifeſtis, ſubſidium ab audacia petendum, *Idem annal 11.* præſertim ubi ſpretis melioribus deterrimi valent, qui juſſa dominorum interpretari, quàm exſequi malunt, *Idem hiſt. 2.* quando exclamant: Nihil profici patientiâ, niſi ut graviora tanquam ex facili tolerantibus imperentur æquè diſcordiam præpoſitorum, æquè concordiam ſubjectis exitioſam, *Idem in Jul. Agric. vita.* Accedere matrem muliebri impotentia: ſerviendum feminæ, duobuſq; inſuper adoleſcentibus, qui Remp. interim premant, quandoq; diſtrahant, *Idem annal. 1. princ.*

Factioſi. Jam apud proximos, jam longiùs clareſcere, cùm potentiam ejus ſuſpectantes, qui factionibus floruerant, diſcedunt ad conterminos populos, ac teſtificantur, adimi veterem Germaniæ libertatem, & Romanas opes inſurgere. adeò neminem iiſdem in terris ortum, qui Principem locum impleat; niſi exploratoris Flavii progenies ſupra cunctos attollatur? *&c. Tacit. annal. 11.* T. Vinius. Cornelius Laco & Icelus diſcordes & rebus minoribus ſibi quiſq; tendentes, circa conſilium eligendi

ſucceſ-

Digitized by Google

ſucceſſoris in duas factiones ſcindebantnr, *Idem hiſt. 1.* Multi odio præſentium & cupidine mutationis, ſuis quoq; periculis lætantur, *Idem annal. 3.* Modicus dignationis (ein ſaler Schufft) & quoquo facinore properus clareſcere, *Idem annal. 4.* quîs nulla ex honeſto ſpes & publica mala ſingulis in occaſionem gratiæ trahuntur, *Idem annal. 5.* quando deſperatione in audaciam accinguntur, *Idem hiſt. 3.* quibus nova & ancipitia præcolere avida & plerumq; fallax ambitio eſt, *Idem. annal. 14.* quibus afflicta fides in pace, ac turbatis rebus alacres, & per incerta tutiſſimi, *Idem hiſt 1. in fine.* Unam in audacia ſpem ſalutis habent, *Idem hiſt. 4.* nam prompti eorum animi ad nova & mira, *Idem annal. 5. ad fin.* & turbidi & negotiorum appetentes, nec ultra mora, *Idem annal. 14.* ut imperium evertant, libertatem præferunt; ſi perverterint, libertatem ipſam aggrediuntur, *Idem annal. 16.* Qualis fuit Cæcina, decora juventa, corpore ingens, animi immodicus, cito ſermone, erecto inceſſu, ſtudia militum allexerat, ægrè paſſus miſcere cuncta, & privata vulnera Reipubl. malis operire ſtatuit, *Idem hiſt. 1.*

Iracundi, vindictæ & ultionis avidi. Præſertim ſi fue- 50.
rint Principes, Heroës aut magnates. Uſu enim expertum eſt, magnatum iras ut citò juveneſcere, ita tardiſſimè ſeneſcere, & deos, Reges & Heroës citò iram concipere, ſeriùs autem eam concoquere, communis ſententia eſt.

> Junonis gravis ira & inexſaturabile pectus,
> Quam nec longa dies, pietas, nec mitigat ulla,
> Nec Jovis imperio, fatisve infracta quieſcit.
>
> *Virgil. 5. Æneid. v. 781. vide Plutarch. de his qui ſerò à numine puniuntur, commentarium.*

Ira eſt concitatio animi, ad ultionem voluntate & judicio pergentis, *Senec. de ira lib. 2. cap. 3.* Cùm multa ſint humana & nullus poſſit naturam ſic retinere, ut non peccet nihil, *Novell. 135. cap. 5.* præſertim ex ira, ut Ægid. Boſſ. ait: Difficilius eſt iram continere, quàm miracula facere, *tract. crim. tit. de homicid. n. 60.* Quantò rarior apud Tiberium popularitas, tantò lætioribus animis accepta. Atq; ille prudens moderandi, ſi propria ira non impelleretur, *Tacit. annal. 3.* Quorundam parum idonea eſt verecundia rebus civilibus, quæ firmam frontem deſiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam, quidam non habent iram in poteſtate: & illos ad temeraria verba quælibet indignatio effert. quidam urbanitatem

tatem neſciunt continere, nec periculoſis abſtinent ſalibus. omnibus his utilior negotio quies eſt, *Senec. de Tranquill animi cap. 4.* Cùm difficillimum ſit juſtum dolorem temperare, *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de Adult.* iram enim accendit ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto, & ſpiritus dat, *Liv. lib. 6. anno ab U. C. 371.*

Parciús iſta mihi tamen objicienda memento,
Virgil. ecl. 3. princ.

Oriuntur ex iracundia temeritates, aliquando facilitatis veniam continentes, & inconſulti calores, calumniæ vitio carentes, *l. 1. §. 5. ff. ad SC. Turpill.* Et quia vi, inquit Tacitus, de Sejano, tot ſimul corrumpere intutum; dolus intervalla ſcelerum poſcebat. placuit tamen occultior via, & à Druſo incipere, in quem recenti ira ferebátur, *annal. 4. princ.* Licinius Mucianus, vir ſecundis adverſisq; juxta famoſus. Inſignes amicitias juvenis ambitiosè coluerat, mox atteritis opibus, lubrico ſtatu, ſuſpecta etiam Claudii iracundia, in ſecretum Aſiæ repoſitus, tam propè ab exſule, quàm poſtea à Principe, *Idem hiſt. 1. princ. ferè.*

Et ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.

Quaſi de Claudij vindicta dixiſſe videtur Virgil. dicta Ecl. 3. v. 15. Mucianus urbem ingreſſus cuncta ſimul in ſe traxit. fracta primi Antonii Variq; Arrii potentia, malè diſſimulata in eos Muciani iracundia, quamvis vultu tegeretur, *Idem hiſt. 4.* Nec tam Muſonius aut Publius, quàm Priſcus & Marcellus, cœteriq; motis ad ultionem animis exſpectabantur, *Ibid.* iniquam enim iracundiam aulici flagitioſâ perfidiâ ulciſcuntur, *Id. hiſt. 2. in fin.*

Efficiam, poſt hac ne quenquam voce laceſſas.
Virgil. ecl. 3. v. 51. & Æneid. 1. v. 29.
Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæviq; dolores.
Exciderant animo: manet alta mente repoſtum
Judicium Paridis, ſpretæq; injuria formæ.

Piſonis, ut inimici & æmuli, cœde lætari, jus faſq; credebat Otho, *Tacit. hiſt. 1.* Adſtans aliquando aræ Minervæ, quæ ab æde ærea, halciæcus dicitur, bovemq; immolans morſus à pediculo, nihil reveritus, in conſpectu omnium arripuit eum, & occidit, his additis verbis: Per deos, jucundum eſt, ulciſci inſidiatorem, etiam pone aram, *Plutarch. Lacon. Apopht. princ.* Tantò enim procliviús eſt injuriæ; quàm beneficio vicem exſolvere: quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur, *Tacit. hiſt. 4.* Wo eine Schlang die ander nicht friſt / wird nimmermehr kein Drach darauß / *Chronic.*

Chronic. Carion. præfat. p. m. 8. Domitiani naturâ præceps in iram, & quò obſcurior, eò irrevocabilior, moderatione tamen prudentiaq; Agricolæ leniebatur, *Tacit. in Jul. Agric. vita.* Qui ipſe Agricola comitate & affectuum moderatione ab ipſo Tacito commendatur, quando ait: Apud quoſdam acerbior in convitiis narrabatur, ut bonis comis, ita adverſus malos injucundus, cœterùm ex iracundia nihil ſupererat. Iræ atque iracundiæ conſcius ſibi Claudius, utrumq; excuſavit edicto: diſtinxitq; pollicitus alteram quidem brevem & innoxiam, alteram non injuſtam fore, *Sueton. in Claudio. n. 38.* Optimum iracundiæ remedium eſt, donec ſeneſcat, indulgere. Galbam duæ ſententiæ deſtinebant, Titus Vinius manendum intra domum, opponenda ſervitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos cenſebat, *&c. Tacit. hiſt. 1.* Securitati, quàm vindictæ conſulere operoſius & magis ſit omnibus aulicis. Narciſſus tum potiſſimùm amicorum vocat, primumq; rei frumentariæ præfectum Turranium, pòſt Luſium Getam prætorianis impoſitum, percunctatur. Quibus fatentibus, tum certatim cœteri circumſtrepunt, iret in caſtra, firmaret prætorias cohortes, ſecuritati ante, quàm vindictæ conſuleret, *Idem annal. 11.* Cùm ſplendidiſſimus quiſq; ſecuritati magis, quàm potentiæ (vindictæ) conſulit, *Idem hiſt. 4. in med. ferè* In Senatu cunctis, ut cuiq; plurimum mœroris in adulationem demiſſis, Junium Gallionem Senecæ fratris morte pavidum & pro ſua incolumitate ſupplicem, increpuit Salienus Clemens, hoſtem & parricidam vocans: donec conſenſu patrum deterritus eſt, ne publicis malis abuti ad occaſionem privati odii videretur, neu compoſita aut obliterata manſuetudine principis novam ad ſævitiam retraheret, *Id. annal. 15. in fine.* Exemplum iracundiæ & vindictæ reprehendendæ in Piſone legitur *apud Senec. lib. 1. de ira cap. 16.* ubi ita concludit: O quàm ſolens eſt iracundia ad fingendas cauſas furoris! Ignoſcendum tamen eſt aulico ſi voluit ſe ulciſci provocatus, *l. 14. §. 6. ff. de bonis libertor.* omnibus iracundis & iram facilè concipientibus Anthenodori Philoſophi, & optimi D. Auguſti Imperatoris Conſiliarii, monitum & conſilium ultimum, ſub oculis & animo quotidie habendum, quando ita ſonat. Anthenodoro Philoſopho domum redeundi ob ſenectutem petenti veniam, conceſſit, qui cùm valedicens ei hæc verba protuliſſet: Cùm iraſceris, Auguſte, nihil antè vel dixeris, vel feceris, quàm tecum 24. orationis elementa repetieris, *&c. Plutarch. in apophtegm. Rom. in fine.*

Digitized by Google

51. Timidi, meticuloſi. Natura pavoris eſt, omnia metuenti, præſentia, maximè diſplicere, *Tacit. hiſt. 3.* Nuſquam fides aut amor,metu ac neceſſitate huc illuc mutabantur, *Idem hiſt. 1.* præſertim conſcientia flagitii obſtrepente, quum dormire non poſſunt, agitant eos furiæ, non conſummato modo, ſed interdum cogitato ſcelere, *Q. Curt. lib. 6.* ubi nimius pavor conſcientiam arguit, *Idem hiſt. 3.* nam pavidos & conſcientia vecordes intrat metus, *Idem annal. 1.* repente cunctos per artus trementes, ſeu numine exterrente, ſeu facinorum recordatione nunquam timore vacui,*Idem annal.15. in med. ferè.* Sejanus altiùs metuens tacita ſuſpicionum: vulgi rumorem, ingruentem invidiam deprecatur, *Idem annal.4.* Scevinus mœſtus & magnæ cogitationis manifeſtus, quamvis lætitiam vagis ſermonibus ſimularet, *ibid.* Certatim ut quisq; animo ignavus, procax ore, Annium Gallum & Suetonium Paulinum & Marium Celſum (nam eos Otho quoq; præfecerat) variis criminibus inceſſerant. Acerrima ſeditionum ac diſcordiæ incitamenta, interfectores Galbæ, ſcelere & metu vecordes, miſcere cuncta, modò palàm, turbidis vocibus, modò occultis ad Othonem literis, qui humilimo cuiq; credulus, bonos metuens, trepidabat, rebus proſperis incertus, & inter adverſa melior, *Idem hiſt. 2.* Agebatur huc illuc Galba, vario turbæ fluctuantis impulſu, completis undiq; baſilicis ac templis,lugubri proſpectu, neq; populi aut plebis ulla vox, ſed attoniti vultus, & converſæ ad omnia aures non tumultus non quies, quale magni metus & magnæ iræ ſilentium eſt, *Idem hiſt. 1.* Ut ſunt ingenia aulicorum pronus ad fortitudinem; ubi ſecuritas rediit voluptatum, quam religionum appetens, negligere paulatim, aliásq; ad curas animum vertere, *Idem hiſt. 4. ad fin.* Reperies, qui ob ſimilitudinem morum aliena malefacta ſibi objectari putent, *Idem annal. 4.* hinc ex optimis periculum ſibi, à peſſimis dedecus publicum metuunt, *Idem annal. 1. in fine.* Multi dulcedine otii, illecti, voluptatibus ſaginati, delitiis ineſcati raro animi fortitudinem, periculi memores, oſtendunt, ſæpius metu dura ſubeundi, *ut Q. Curt. ait:* Canem timidum vehementiùs latrare,quàm mordere, *lib. 7.* animum deſpondent

> Vos etenim juvenes (aulici) animum geritis muliebrem
> Illáq; virgo viri - - - - - -
> *Cic. offic. 1. n. 61.*

Aulicum vulgus ignavum ſæpe & nihil ultra verba auſurum, *Tac. hiſt.3.* procax ante periculum manus, *Idem hiſt, 4.* Ignaviſſimus quisq; in periculo

culo non auſurus, nimii verbis, feroces linguâ, *Idem hiſt. 1.* ante diſcrimen feroces, in periculo pavidi, *ibid.*

- - - - - - - pavor ingruit ingens
Omnibus, inq; pedes animus mox decidit imos. *Homer.*

Meritò itaq; aulici timidi degeneres dicuntur ut Poeta canit.

Degeneres animos timor arguit - - - -
Virgil. 4. Æneid. v. 13.

Plures, qui aliquam tamen fortitudinem oſtendere volunt, non anteſignani ſed comites eſſe malunt. Nemo ſe ducem, comitem quilibet præbere vult. Niemand wil der Katzen die Schell anhengen. Ut fabulam hanc referam: Controverſia inter mures, glires & ſelem, hoſtiliter ſibi hinc inde infenſos, aliquando exorta, ita quòd nunquam exinde his à fele pax, nunquam vitæ ſecuritas, ſed ubiq; periculum & exitium, omniſque mali finis appareret. Conſilium fuit collatum, quòd nulla majori providentia, nulla cura, vitæ periculum & mors ſociorum præmatura magis & certiùs præcaveri poſſet, quàm ſi tintinnabulo quodam collo feli, appenſo, omne malum, per auditum averti & evitari elaboraretur. Conſilio omnium tandem complanato, quisnam hoſtis communis collo tintinnabulum applicaret? neuter vel potiùs nemo, qui ſe ducem, vix qui ſe comitem præbere vellet, eſt inventus! Conſilium ab omnibus datum eſt, periculum pauci ſumpſere, *Tacit. hiſt. 3.* ita trepidi & utrinq; anxii coëunt: nemo privatim expedito conſilio, inter multos, ſocietate culpæ tutior, *Idem hiſt. 2.* Deinde ſunt in aula ipſi Principes, & qui Principum loco ſunt, qui timentur, maximè tamen ipſi timent. Cùm timeret Otho, timebatur, *Idem hiſt. 1. ad fin.* multi enim eorum, ſi non tyrannidem exercent, variis tamen modis ſubditos tacitè exhauriendo, extorquendo, urgendo, mutuo accipiendo & non ſolvendo, à juſtitia deflectunt. Malus cuſtos imperii timor eſt. Et: ſi ſatis clarus eſt apud timentem, quisquis timetur, *Idem hiſt. 2.* Tamen, ut Ennius ait: Quem metuunt, oderunt: Quem quisq; odit, periiſſe expetit, *Cic. offic. 2. n. 23.* perſpicuum eſt, benevolentiæ vim eſſe magnam, metus imbecillam, *ibid. n. 29.* nam malus eſt cuſtos diuturnitatis vel metus: contraq; benevolentia fidelis eſt, ad perpetuitatem, *ibid. d. n. 23.* Etenim, qui ſe metui volent, à quibus metuuntur, eosdem metuant ipſi, neceſſe eſt, *ibid. n. 24.* Metus, cogita, & terror infirma vincula caritatis, quæ ubi removeris, qui timere deſierint, odiſſe incipient, *Tacit. in Jul. Agric. vita.* Sic ait idem *annal. 6.* Hæc mira

Digitized by Google

quanquam fidem ex eo trahebant, quod unus omnium Sejani adfinium incolumis, multaq; gratia manſit: reputante Tiberio publicum ſibi odium extremam ætatem, magisq; famâ, quàm vi ſtare res ſuas.

Ignavi & ſegnes. Nulla tam beata eſt aula, in qua non plures facinorum miniſtri, quàm virtutum ſectatores inveniantur. Ita inter eos non minùs neutri ſeu neutrales ſunt: ut non adeò criminibus noti, ita nec validè virtutibus conſpicui: ſed ſocordes, ignavi & ſegnes. Segnes, ruſtici, inertes, ſimplices, inepti, *l. 3. §. ult. ff. de ſuſpect. tutorib.* Junio Silano non fuit ingenii violentia, ſed ſegnis & dominationibus alienis faſtiditus, adeò ut C. Cæſar pecudem auream eum appellare ſolitus ſit, *Tacit. annal. 13. pr.* Geminus prodigentiâ opum, ac mollitiâ vitæ amicus Sejano, nihil ad ſerium, *Idem annal. 6.* Cornel. Syllæ ſocors ingenium, perſpecta & nullius auſi capax natura ejus, *ibid.* opperiri futura, & præſentibus frui pro ſolatio, *Idem annal. 11. princ. ferè.* Salvius Tetianus, Othonis frater, nullum diſcrimen adiit, pietate & ignavia excuſatus, *Idem hiſt. 2.* Segne ingenium, ut concupiſceret magis, quàm ut ſperaret, *Idem hiſt. 1.* Medii ac plurimi, obvio obſequio privatas ſpes agitantes, ſine publica cura, *ibid.* Hordeonius Flaccus conſularis legatus non compeſcere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos auſus; ſed ſegnis, pavidus & ſocordia innocens, *Idem hiſt. 1.* nulla offenſa, ſed mites, & injuriam ſegniter ferentes, *Idem hiſt. 2.* Die jhnen laſſen auff der Naſen ſpielen. Vitellius curis luxum obtendebat, umbraculis hortorum abditus, ut ignavia animalia, quibus ſi cibum ſuggeras, jacent torpentq;. præterita, inſtantia, futura pari oblivione dimiſerat, *Idem hiſt. 3.* Plerique nomine magnifico ſegne otium velant, *Idem hiſt. 4. princ.* Plus etiam ſæpe apud ſocordem animum lætitia, quàm cura valet, *Idem hiſt. 3.* Hoc de ignavis: quod non ſint audiendi, *l. 78. § 2. ff. de legat. 2.* præſertim cùm adquieſcere meridiano tempore & valetudinis ſuæ rationem habere quærunt, *l. 26. ff. de oper. libert.* Mittags Schlaff halten und faulentzen.

Maculoſi, Stelliones. Multi nonnulla fallendi ſpe, ſimul magnis præmiis opperiri futura & præſentibus frui pro ſolatio habent, *Tacit. annal. 11.* Coſſutianum Capitonem Cilices detulerunt, maculoſum fœdumq;, *Idem annal. 13.* Fuere, qui crederent. Capitonem in avaritia & libidine fœdum ac maculoſum, *Idem hiſt. 1.* Cæcina, ut fœdum & maculoſum ille (Valens) ut vanum ac tumidum irridebant, *Idem hiſt. 2.* L. Vitellio quamvis infami, inerat induſtria: nec virtutibus ut bonis, ſed quomodo

pes-

peſſimus quisq; vitiis valebat, *Idem hiſt. 3. ad fin.* Hic infenſus Blæſo, æmulatione prava, quòd eum omni dedecore maculoſum egregiâ famâ anteibat, *ibid. præced.* Vita Lutori in integro eſt, qui neq; ſervatus in periculum Reipubl. neque interfectus in exemplum ibit. ſtudia illi ut plena vecordiæ, ita inania & fluxa ſunt; nec quidquam grave ac ſerium ex eo metuas, qui ſuorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed muliercularum adrepit, *Idem annal. 3.* homines ſine re, ſine fide, ſine ſpe, ſine ſede, ſine fortunis: ore, lingua, manu, vita omni iniquitatum, *Cic. pro M. Cælio in fine,* quod de Clodio dicitur.

- - - - - abſentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio, culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamq; dicacis:
Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere
Qui nequit; hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto.
Horat. Satyr. lib. 1. Satyr. 4.

Invidioſi. Aſſidua eminentis fortunæ comes, invidia: altiſſimisque adhæret, *Vellej. Patercul. lib. 1.* Nam pleraq; nobilitas invidia æſtuabat & quaſi pollui conſulatum credebant, ſi eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret, *Salluſt. bel. Catilin.* nullus eſt, qui non invideat rem ſecundam obtingeret, ſibi ne invideatur, *Plaut. in Bacchid. act. 3. in fine.* Hoc vitium, quanquam nulli ætati convenit, tamen apud adoleſcentes, ſpecioſis nominibus certaminis, æmulationis, & honorum ſtudii velatur, ſed in ſene omnino eſt intempeſtivum ferum & indecorum, *Plut. comment. An ſeni ſit gerend. reſp. n. 35.* Intacta invidia media ſunt, ad ſumma fermè contendit, *Liv. lib. 45.*

Ima tenent pacem, perflant altiſſima venti.

Sicuti pleraq; mortalium habentur, invidia ex opulentia orta eſt, *Sall. bell. Catilin. princ. ferè.* Infamia intactum, invidia, qua poſſunt, urgent, *Liv. lib. 38. anno ab U. C. 567.* Eſt invidia arbor, cujus radix eſt malevolentia, cujus frondes ira & odium, cujus flores irriſio & deriſio, cujus fructus æmulatio & detrectatio, cujus folia livor & pallor, *Johann Schneidew. Inſt. de L. Fuſ. Canin. tollend.* Invident homines (aulici) maximè paribus, aut inferioribus, cùm ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent evolâſſe. Sed etiam ſuperioribus ſæpe invidetur vehementer & eò magis, ſi intolerantiùs ſe jactant, & æquabilitatem communis juris præſtantia dignitatis, aut fortunæ ſuæ tranſeunt, *Cic. lib. 2. de orat. n. 66.*

Ferti-

Google

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,
Vicinúmq; pecus grandiùs uber habet.
Ovid. lib. 1. de arte amandi.

Vitium pravis magniſq; civitatibus commune ignorantia recti & invidia, *Tacit. Jul. Agric. vita princ.* Inſita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpicere, modúmq; fortunæ, à nullis magis exigere, quàm quos in æquo videre; *Tacit. hiſt. 2.* De Muciano erga Veſpaſianum refert Tacit. Invidia in occulto, adulatio in aperto erant; multo cum honore verborum, *Tacit. hiſt. 4. princ.* Invidia Tigellini, quaſi adverſus æmulum & ſcientia voluptatum potiorem [T. Petr. Arbit.] *Idem annal. 16. in med. fere :* Sicut in familia recentiſſimus quisque ſervorum & conſervis ludibrio eſt : ſic & in aula vetere famulatu novi & viles in excidium petuntur, *Tacit. in Jul. Agr. vita.* Wer gen Hoff komt / muß anfänglich Eſel oder Narꝛ ſeyn. Cæca invidia eſt, nec quidquam aliud ſcit, quàm detrectare virtutes, corrumpere honores & præmia eorum, *Liv. lib. 38.* Et nulla ingenia tam prona ad invidiam, quàm eorum, qui genus ac fortunam ſuam animis non æquant : quia virtutem & honorem alienum oderunt, *Idem lib. 35. circa fin.* Julianus labantibus Vitellii rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit, ſtrenuus manu, ſermone promptus, ſerendæ in alios invidiæ artifex, *&c. Tacit. hiſt. 2.* Incedebat deterrimo cuiq; licentia impune probra, & invidiam in bonos excitandi, *Idem annal. 3.* Sæpe etiam aulici ſuam partem corrumpi patiuntur, dum invident alienæ, *l. 2. C. Quando & quib. quarta pars.* Es ließ jhm einer wohl ein Aug außſtechen / damit nur ſeinem Wiederpart möchten beyde außgeſtochen werden. Textus legis hujus eſt talis : Multi tanquam corrumpendi totius patrimonii occaſione captata, uniuscujusq; rei ſibi particulam vendicando, adeò totas dilacerant facultates, ut, dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, ſua quoq; jura præcipitent. Multi, ut Baſſianus de fratre per cœdem ſublato, de inimico defuncto dicunt : Sit divus, dum non ſit vivus, *Ælius Spartian. in Anton. Geta ad Conſt. Aug.* Optimè olet occiſus hoſtis, *Sueton. in Vitell. n. 10.* Facetus quidam inter nos & in aula verſatilis quondam Palatinus aliquando dixit : Nobiles porcorum ; Cives verò canum naturam in eo imitari ſolere, quando illi non ex invidia, ſed benevolentia ſimul læſis ſuccurrunt, & in eliberationem ab injuria vires conſociant. Hi verò, quando non benevolentia, ſed invidia in majorem vim & injuriam læſi, conjunctis dentibus irati congrediantur, concreſcunt & omnia mala conquirunt.

invidia

- - - - - invidia rumpantur ut ilia Codro,

Virgil. Ecl. 7. v. 26. vel ut Cicero orat. 33. in Vatin. n. 10. ait. Iſta illa quæ ſunt inflata rumpantur.

Efficiam poſthac ne quenquam voce laceſſas.

Idem Ecl. 3. v. 51.

- - - tanquam hæc ſit noſtri medicina furoris.

Idem Ecl. 10. vers. 60.

Præcipuum enim peſſimorum incitamentum, quod boni mœrent, *Tacit. hiſt. 1.* Sunt plerumq; invidioſi tormenta innocentium, & ipſorum. Conqueritur hoc ingemiſcens Philotas; Sic quoq; cùm læſerim neminem, inveni, qui mallet perire me, quàm incolumem eſſe, *Q. Curt. lib. 6. circa fin.* Alexander Rex dixit: invidos homines nihil aliud, quàm ipſorum eſſe tormenta, *Idem lib. 8.* plerumq, enim innocentes recenti invidiæ impares, *Tacit. annal. 2. circa fin.* Et Semper homines quantamcunq; felicitatem habeant, invidiam ſentiunt majorem, *Q. Curt. lib. 4.* & interdum honores pro crimine: & ob virtutes certiſſimum exitium, *Tacit. hiſt. 1. princ.* Sibi ſua habeant regna reges, ſibi divitias divites; ſibi honores, ſibi virtutes, ſibi pugnas, ſibi prælia, dum mihi abſtineant invidere, ſibi quisq; habeant quod ſuum eſt, *Plaut. in Curcul. act. 1.* utinam verum eſſet, quod Adelphaſium, meretrix fortaſſis aulica, de ſe prædicavit, quando ita apud Plautum in Pœnul. ait. Invidia in me nunquam innata eſt, neq; malitia mea ſoror. Bono ingenio me eſſe ornatam, quàm auro multo malo, *act. 1.* Invidere alii bene eſſe, tibi malè eſſe, miſeria eſt. qui invident, egent: illi, quibus invidetur, rem habent, *Idem in Trucul. in Aſtaph.*

Oſores. Eſt odium quoddam, quod non adeò culpabile æſtimari, 53. volunt, & civile dicitur, tolerandum, de quo Cicero ita ait: At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fecit ultor injuriæ, punitor doloris ſui. hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? *pro T. Ann. Milon. n. 35.* Poſt invidiam ſummum in aula locum ſolet occupare odium. Nullum enim aulicus, quem perire cupit, priùs non odit; quem odiſſe incipit, periiſſe mavult. Nam cum nec parem, minùs ſuperiorem ferre poſſint, virtuti primùm, fortunæ ſecundùm invidere incipiunt, poſt odiſſe pergunt. Quod Capitoni accidit, cui, quòd Conſulatum adeptus eſt, odium ex invidia oriebatur, *Tacit. annal. 3. in fine.* Semper enim homines quantamcunq; felicitatem habeant, invidiam (odium) ſentiunt majorem. (majus) ut paulò præced. *ex Curt. lib. 4.* dictum. Et nulla tam modeſta

Digitized by Google

deſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes evitare poſſit, *Valer. Max. lib. 4. cap. 7. n. 2.* Mamercus dein Scaurus rurſum poſtulatur, inſignis nobilitate & orandis cauſis, vita probroſus. nihil hunc amicitia Sejani, ſed labefecit haud minùs validum ad exitia Macronis odium, qui eaſdem artes occultiùs exercebat, *Tacit. annal. 6.* Solent etiam aulici, quos palàm odiſſe ratio non permittit, clam fronte occultare ſententiam, velare odium fallacibus blanditiis, velare odium vernilibus blanditiis, *Tacit. annal. 14. ad fin. & hiſt. 2.* De Vitellio ait: odia in longum jacere, recondere auctaque premere, *Idem annal. 1.* privata odia falſis criminibus tegere, *Idem annal. 2. ad fin.* Gratiam fingere in odio, inſtruere inter concordantes odia, apud utrumq; gratiam quærere, ſolennis illis conſuetudo, *Q. Curt. lib. 1. in fine Juſtin. lib. 9.* Plures pertinaci odio ita flagrant, ut ſusq; deq; omnia citiùs vertantur, quàm deſtruere eos, quos odiſſe cœperunt, intermittant. Privati odii pertinacia in publicum exitium, *Tacit. hiſt. 1.* Solent enim aulici acerrimi eſſe odiorum cuſtodes; ut nec gratia, nec humanitate ulla ſeu modeſtia vinci ea patiantur. Neq; enim, ut Facellus dicit, facilè propagata odiorum ſementis ſtirps interit: quippe ut gratiæ in odium deflexus facilis, ita odii ad gratiam difficilis eſt tranſitus: raroq; animus, quem ſemel indignatio ſubit, ſincera fide excolitur, aut cum quo vehementes primum inimicitias geſſit, affectuosè poſtmodum in gratiam redit, *Philip. Camer. hor. ſub. cent. 1. c. 92.* Ita in ſanguinem etiam ſæpe videmus propagari odia tacita & occulta, ut tanquam hereditates in deſcendentes transferantur. Nimirum mites ad eam diem patres, qui Thraſeam deſciſcentem, qui generum ejus Helvidium Priſcum in iisdem furoribus, ſimul Pacomium Agrippinum paterni in Principes odii heredem, eludere impune ſinerent, *Tacit. annal. 16.* Adeò odium certaminibus ortum ultra metum durat, & ne in victis quidem deponitur, neq; ante inviſum eſſe deſinit, quàm eſſe deſiit, *Vellej. Patercul. lib. 1.*

Ingrati. Gratia benefacientibus reddenda, *l. 10. C. de naturalib. liber.* nam improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere; & reddere neſcit, *Plaut. in Perſ. act. 5.* quia ad remunerandum naturaliter ſumus obligati, *l. 25. §. 11. ff. de petit. heredit.* Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant, *Plaut. in Trinumm. act. 2.* Sed in aula gloria hæc dudum evanuit. Pauci, ô perquam pauci ſunt, non ingrati, qui benefactori benigniſſimo ipſi Deo, quid dicam hominibus, parem gratiam referre meminerunt, & qui animo revolvunt, quod *Deut. 8. v. 10.* dicitur. Ut cùm comederis

ederis & ſatiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi, obſerva & cave, ne quando obliviſcaris Domini Dei tui, *&c.* Nam fere maxima pars morem hunc habent, quod ſibi volunt, dum id impetrant, boni ſunt: ſed ubi id jam penes ſe habent, ex bonis peſſumi & fraudulentiſſimi ſunt, *Plaut. in Captiv. act. 2.* Tantò proclivius eſt injuriæ, quàm beneficio vicem exſolvere: quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur, *Tacit. hiſt. 4.* Et non ſolùm ea gloria evanuit, ſed etiam ingratitudo ejus locum in aula occupavit. Beneficia enim eouſq; læta ſunt; dum aulicis videntur exſolvi poſſe, ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur, *Idem annal. 4.* Omiſſi geſtiq; honores pro crimine, ob virtutes certiſſimum exitium, *Idem hiſt. 1. princ.* Si quid benefacias, levior pluma eſt gratia: ſi quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt, *Plaut. in Pœn. act. 3. in fine.* Ita ferè pro Joſepho accidit: Tantum memento mei, dixit Joſeph, cùm tibi bene fuerit, & facias mecum miſericordiam: ut ſuggeras Pharaoni, ut educat me de iſto carcere: At ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui Joſephi, *Gen. 1. cap. 40. v. 14. & in fine.* Ingrati illam retributionem impendunt, quam (juxta vulgare proverbium) mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſuerunt hoſpitibus exhibere, *cap. 13. x. de Judæis Sarrac.* Omnibus ingratis aulicis ſtercus animalium pro ſuo ſolatio habere concedunt Impp. Valent. & Valens *in l. 7. C. de Curſu publ.* Deinde etiam quaſi ingratitudinis quædam ſpecies & exprobratio immemoris beneficii eſt, quando beneficia collata ſæpiùs memorando, à benefactore in aures beneficiarii moleſtè ingeruntur, ut Terentius ait: Ego poſtquam te emi à parvulo, ut ſemper tibi apud me juſta & clemens fuerit ſervitus, ſcis, feci, è ſervo, ut eſſes libertus mihi, propterea quòd ſerviebas liberaliter. Quod habui, ſummum pretium perſolvi tibi. Sed reſpondet ad hæc Soſia: Sed mî hoc moleſtum eſt: nam iſtæc commemoratio quaſi exprobratio eſt beneficii, *in Andr. act. 1. ſc. 1.*

Diſcordes & rixoſi. Diviſa, inquit Tacitus, & diſcors aula erat, tacitis in Druſum aut Germanicum ſtudiis, Tiberius, ut proprium & ſui ſanguinis Druſum fovebat: Germanico alienatio patrui, amorem apud cœteros auxerat, *&c. annal. 2. in medio.* Julius Caſſicianus ſucceſſor Catonis miſſus, & Suetonio diſcors, bonum 54

publicum privatis ſimultatibus impediebat, *Idem annal. 14.* quippe in turbas & diſcordias peſſimo cuiq; plurima vis, *Idem hiſt. 4. princ.* quantumq; hebes ad ſuſtinendum laborem aulicus, tantò ad diſcordias promptior, *Idem hiſt. 3. in fine.* Germanicus & Piſo Cyrri demum apud hiberna decumæ legionis convenere, formato vultu, Piſo adverſus metum, Germanicus ne minari crederetur & erat clementior paucis familiarium adhibitis, ſermo cœptus à Cæſare, qualem ira & diſſimulatio gignit. Reſponſum à Piſone precibus contumacibus, diſceſſerantq; opertis odiis. poſtq; rarus in tribunali Cæſaris Piſo: & ſi quando aſſideret, atrox, ac diſſentire manifeſtus, *Idem annal. 2.* Tanto cum aſſenſu Senatus, auditus eſt Montanus, ut ſpem caperet Helvidius, poſſe etiam Marcellum proſterni. Igitur à laude Cluvii Rufi orſus, qui perinde dives & eloquentia clarus, nullus unquam ſub Nerone periculum faceſſiſſet; crimine ſimul exemploq; Eprium urgebat, ardentibus patrum animis. quod ubi ſenſit Marcellus, velut excedens curia. Imus, inquit, Priſce, & relinquimus tibi Senatum tuum, regna præſente Cæſare, Sequebatur Vibius Criſpus: ambo infenſi, vultu diverſo. Marcellus minacibus oculis, Criſpus renidens, donec accurſu amicorum retraheretur. cùm gliſceret certamen, hinc multi boniq; inde pauci & validi pertinacibus odiis tenderent, conſumptus per diſcordiam dies, *Idem hiſt. 4. in medio.* Quæ juſſerat vetare, quæ vetuerat, jubere. Mox, quod in perditis rebus accidit, omnes præcipere, nemo exſequi, *&c. Idem hiſt. 3.* Potentia principatus diviſa in T. Vinium Conſulem & Cornelium Laconem prætorii præfectum. Nec minor gratia Icelo Galbæ liberto, quem anulis donatum equeſtri nomine Marcianum vocitabant. Hi diſcordes & rebus minoribus ſibi quiſq; tendentes, circa conſilium eligendi ſucceſſoris in duas factiones ſcindebantur, *Idem hiſt. 1. princ. ferè* Semper inter ſe rixantur, ſemper pugnant, *Novell. 24. cap. 1.* Et non ſolùm altercari, ſed etiam in rixa crimina ſibi invicem objectare & vitiis concertare ſolent. Nam reperies, qui ob ſimilitudinem morum, aliena malefacta ſibi objectari putent, *Idem annal. 4.* Trebellius ſeditionem & confuſum ordinem diſciplinæ Cælio, ſpoliatas & inopes legiones Cælius Trebellio objectabat, *&c. Idem hiſt. 1.* Crebræ & muliebribus blandimentis infectæ, ab Othone ad Vitellium epiſtolæ, offerebant pecuniam & gratiam & quemcunq; quietis locum prodigæ vitæ legiſſet. Paria Vitellius oſtendebat, primò mollius, ſtulta utrinq; & indecora ſimulatione: mox quaſi rixantes, ſtupra & flagitia invicem objectavere, neuter falſo, *ibid.* Expli-

catius

Digitized by Google

ſatiùs hæc & uberiùs à Plutarcho referuntur. Otho Vitellium per epiſtolam hortatus eſt, ne ſummam imperii affectaret, ſed ſua ſorte contentus eſſet: ſimul ſei ei magnam pecuniam daturum promittens, & urbem in qua otioſus ſuaviſſimam ageret vitam. Reſcribens Vitellius, initio latenter eum ſubſannavit: pòſt irritatis animis, multa mutua per literas convitia laſcivè impudiceq; fecerunt: non quidem vana objicientes; ſtultè tamen, adeoq; ridiculè alter alteri ea exprobrantes, quæ difficile judicatu eſt, utri eorum minora affuerint, luxuriam ſcilicet, mollitiem, belli imperitiam, priſtinæq; paupertatis & æris alieni molem, *in Othone n. 5.* De Pompeji & Luculli altercatione & rixa ita ait Vellej. Patercul. Magnis certatum inter Imperatores jurgiis, cum Pompejus Lucullo infamiam pecuniæ, Lucullus Pompejo interminatam cupiditatem objiceret imperii, neuterq; ab eo, quo arguebatur, mentitus argui poſſet, *lib. 2.* Æmulatio inter pares & ex eo impedimentum, *Tacit. annal. 2.* Hanc utilitatis publicæ cauſam potiùs conſiderent & obſervent aulici, qua conſideratione Trio æmulationem inter collegas. & ſi qua diſcordes jeciſſent, melius obliterari, reſpondit, *Idem annal. 6. princ. ferè* Et non privatæ ſolùm, ſed & publicæ rei, & paci etiam ſæpe conſulitur, æmulatione inter pares ſublata. Ferebant pleriq;, inquit Tacitus, etiam paci conſultum, dirempta æmulatione inter duos, quorum alter ſe fratrem Imperatoris, alter conſortem imperii cogitaret, *hiſt. 3.*

Privatam ſpem quærentes & avari. Quantò quis ſervitio promtior, opibus & honoribus extolluntur: ac novis ex rebus aucti tuta & præſentia, quam vetera & periculoſa malunt, *Tacit. annal. 1. & hiſt. 1. ait:* Patrum quoq; favor aderat, multi voluntate; effuſius qui noluerant medii, ac plurimi, obvio obſequio privatas ſpes agitantes, ſine publica cura. Quàm miſerabilis gens, inquit Seneca, in qua nemo fuit, qui verum diceret, niſi qui non dicebat ſibi, *de benefic. 6. cap. 31. in fine.* Clamor voceſq; ex more adulandi, nimiæ & falſæ, ſtudiis votiſq; certabant, nec metu aut amore, ſed ex libidine ſervitii, ut in familiis privata cuíque ſtimulatio & vile jam decus publicum, *Tacit. annal. 1. in fine.* Quippe hiantes in magna fortuna aulicorum cupiditates, *Idem hiſt. 1. princ.* Sequanis Æduíſq;, ac deinde prout opulentia civitatibus erat, infenſi, expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penalium hauſerunt animo: ſecundùm avaritiam & arrogantiam præcipua validiorum vitia,

ibid. in med. ferè. In omni procuratione negotii, muneris publici caput eſt, ut avaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio. Utinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me ſervâſſet, & tum eſſem natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent, non eſſem paſſurus diutiùs eos imperare, *Cic. offic. 2. n. 75. & n. 77. 78.* Nullum vitium tetrius, quàm avaritia, præſertim in Principibus & Remp. gubernantibus. habere enim quæſtui Remp. non modò turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium. Sæpe etiam, quæ aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ, & ii labefactant fundamenta Reip., concordiam primùm tollunt. Jugurtha timere populum Romanum, neq; adverſus iram ejus usquam, niſi in avaritia nobilitatis, & pecunia ſua, ſpem habere. Itaq; paucis diebus, cum argento & auro multo Romam legatos mittit; queis præcipit, primùm uti veteres amicos muneribus expleant: deinde novos acquirant; poſtremò, quemcunque poſſint largiundo parare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere & ex præcepto regis hoſpitibus, aliisq;, quorum eâ tempeſtate in Senatu auctoritas pollebat, magna munera miſerat; tanta commutatio inceſſit, ut ex maxuma invidia in gratiam & favorem nobilitatis Jugurtha veniret: quorum pars ſpe alii præmio inducti, ſingulos ex Senatu ambiundo nitebantur, ne graviùs in eum conſuleretur, *Salluſt. bell. Jugurth.* Romæ omnia venalia eſſe, *ibid. præced.* Et tandem Italia decedere à Senatu juſſus, poſtquam Româ egreſſus eſt, fertur Jugurtha ſæpe eò tacitus reſpiciens, poſtremò dixiſſe: Urbem venalem, & maturè perituram, ſi emptorem invenerit, *ibid. infer.* Nihil domi impudicum, niſi dominationi expediret. cupido auri immenſa obtentum habebat quaſi ſubſidium regno pararetur, *Tacit. annal. 12.* Abſtinentiâ & continentiâ Aulici, præ aliis eminere debent, qua re & nulla alia conciliare faciliùs benevolentiam multitudinis poſſunt ii, qui Reip. præſunt. Quid verò? vix artibus honeſtis pudor retinetur: ne dum inter certamina vitiorum pudicitia, aut modeſtia, aut quidquam probi moris teſervaretur, *Idem annal. 14.* Multis ex incommodo alieno ſua occaſio, *Liv. lib. 2. anno ab V. C. 348.* Peſſimus quisq;, diffidentia præſentium mutationem pavens adverſus publicum odium, privatam gratiam præparat: unde nulla innocentiæ cura, ſed vices impunitatis, *Tac. hiſt. 1.* Veſpaſianus Mucianusq; nuper, cæteri olim mixtis, optimus quisq; amore Reip. multos dulcedo prædarum ſtimulabat; alios ambiguæ domi res. Ita boni maliq; cauſis diverſis ſtudio

dio pari, bellum omnes cupiebant, *Idem hiſt.2.princ. ferè.* Quippe ita ſe mores habent, ut publica quisq; ruina malit occidere, quàm ſua proteri, & idem paſſurus, minus conſpici, *Vellej. Patercul. lib. 2.* Tanta dulcedo eſt aulicis, exclamat Liv. ex alienis fortunis prædandi, *lib. 6. in fine.* Calamitatibus inſontium expleta avaritia, *Tacit. hiſt. 2.* Cœci avaritia in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt, *Idem Liv. lib. 5. in fine anno ab V.C. 365.* Scipio Æmilian. Cùm Serv. Sulpitius Galba, & Aurelius Cotta Conſules in Senatu contenderent, uter adverſus Veriatum in Hiſpaniam mitteretur ac magna inter patres conſcriptos diſſenſio eſſet; omnibus, quoniam ejus ſententia inclinaretur, exſpectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet; quia alter nihil habet, alteri nihil eſt ſatis. Æquè malam licentia imperii magiſtram judicans inopiam atq; avaritiam, *Valer. Max. lib. 6. cap. 4. n. 2.* Paucis carior fides, quàm pecunia, *Salluſt. bell. Iugurth.* Divitias & opes faciliùs invenies, qui vituperet, quàm faſtidiat, *Tacit. de orat. dial.* omnia erant præcipitia à Rep. poſtea id quoq; acceſſit, ut ſævitiæ cauſam avaritia præberet, & modus culpæ ex pecuniæ modo conſtitueretur; & qui fuiſſet locuples, fieret nocens, ſui quisq; periculi merces foret, nec quidquam videretur turpe, quod eſſet quæſtuoſum, *Vellej. Patercul. lib. 2.* Nullæ opes moribus improbis ſatis eſſe poſſunt, *Q. Curt. lib. 2.* Plurimi enim aulicorum præ divitiis humana ſpernunt, neq; honori magnum locum, neq; virtuti putant eſſe, niſi ubi effusè affluant opes, *Liv. lib. 3. anno ab V. C. 296.* Avaritia aulicorum eſt omnium mater malorum, *Novell. 8. præf. §. 1. in fine.* omnium malorum eſt mater, quæ parit immenſas cupiditates: immenſæ porrò cupiditates & infinitæ, & immoderatæ ſunt, *&c. Cic. lib. 2. 2. ad Herenn. n. 40.* Quidam etiam alia malignitatis & avaritiæ ſpecie lucrum, domino competens, forſitan corrupti auferunt, & ad alium dominum, quod non eſt ferendum, transferunt. Ut Juſtinian. ait: Neq; malignitati aulicorum indulgendum eſt, ut liceat eis, domini juſſione contempta, ſua libidine facere ſtipulationem, & ad alium dominum, qui eum forſitan corrupit, alienum lucrum transferre. quod neque ferendum eſt, ſi aulicus impius domino quidem, qui juſſit, minimè obediendum exiſtimaverit, alii autem, qui forſitan ignorat & neſcit, repentinum adducunt ſolatium, *l. ult. C. per quas perſon. nob. adquirit.* Eo enim ingenio hi ſunt hi flagritribæ (aulici) qui hæc habent conſilia, ubi data occaſio eſt, rape,

Digitized by Google

rape, clepe, tene, harpaga, bibe, es, fuge: hoc eſt eorum opus ut mavelis lupos apud oves linquere, quàm hos domi cuſtodes. at faciem cùm aſpiceas eorum, haud mali videntur, opera fallunt, *Plaut. in Pſeud. act. 1.* Videte, quæſo, quid poteſt pecunia, *Idem in Sticho act. 2.* optimus pecuniæ modus eſt, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate diſcedit, *Senec. de Tranquillit. animi, cap. 8. in fine.* Quis ſit divitiarum modus, quæris? primus, habere, quod neceſſe eſt, proximus, quod ſat eſt, *Idem epiſt. 2. in fine.* Divitiæ enim apud ſapientem virum in ſervitute ſunt: apud ſtultum in imperio, *Idem de vita beata cap. 26.* Aulici in accipiendis vel rapiendis hoc obſervent: Neq; omnia, neq; quovis tempore, neq; ab omnibus. nam valdè inhumanum eſt, à nemine accipere; ſed paſſim viliſſimum eſt: & omnia avariſſimum, *l. 6. §. 3. ff. de offic. Proconſul.*

55\. Mendici validi atq; robuſti, æruſcatores, flagitantes, Conradi ſeu Corradi potiùs Corraſores, Schanhanſen. Conſuetum palatinis ſpem ſuam in principum ſuorum fortunis locare, eorumque bonis inhiare, quemadmodum Valerius Aſiaticus hortis inhians, *Tacit. annal. 11. princ.* Nero Lucani opibus inhians, *Idem annal. 16.* Q. M. Hortalus nobilis juvenis, nepos oratoris Hortenſii inlectus à Divo Auguſto liberalitate decies ſeſtertiûm ducere uxorem, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia exſtingueretur. Igitur quatuor filiis ante limen curiæ adſtantibus loco ſententiæ, quum in palatio Senatus haberetur, modò Hortenſii, inter oratores ſitam imaginem, modò Auguſti intuens ad hunc modum cœpit: Patres conſcripti, hos, quorum numerum & pueritiam videtis, non ſponte ſuſtuli, ſed quia Princeps monebat: ſimul majores mei meruerunt, ut poſteros haberent, nam ego, qui non pecuniam, non ſtudia populi, neq; eloquentiam gentile domus noſtræ bonum varietate temporum accipere vel parare potuiſſem, ſatis habebam, ſi tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent, juſſus ab Imperatore, uxorem duxi. En ſtirps & progenies tot conſulum, tot dictatorum, nec ad invidiam iſta, ſed conciliandæ miſericordiæ refero; adſequentur florente te Cæſar, quos dederis honores: interim Q. Hortenſii pronepotes, divi Auguſti alumnos, ab inopia defende. Inclinatio Senatus incitamentum Tiberii fuit, quò promptiùs adverſaretur, his fermè verbis uſus. Si, quantum pauperum eſt, venire huc, & liberis ſuis pecunias cœperint. Singuli nunquam exſatiabuntur. Respubl. deficiet; nec ideo

ſanè à majoribus conceſſum eſt, egredi aliquando relationem, & quòd in commune conducat, loco ſententiæ proferre, ut privata negotia, res familiares noſtras hic augeamus: cùm invidiâ Senatus & Principum, ſive indulſerint largitionem, ſive abnuerint, non enim preces ſunt iſtuc, ſed efflagitatio intempeſtiva quidem & improviſa: cùm aliis de rebus convenerint patres, conſurgere & numero atq; ætate liberûm ſuorum urgere modeſtiam Senatus, eandem vim in me transmittere, ac velut perfringere ærarium: quod ſi ambitione exhauſerimus, per ſcelera ſupplendum erit. dedit tibi, Hortale, divus Auguſtus pecuniam, ſed non compellatus, nec ea lege, ut ſemper daretur, langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſecordia, ſi nullus ex ſe metus aut ſpes, & ſecuri omnes aliena ſubſidia exſpectabunt, ſibi ignavi, nobis graves, *Tacit. annal. 2.* Mendicus à Lacone ſtipem petebat, hic verò, ſi darem, inquit, tibi, eò magis mendicares. nam huic tuæ deformitati cauſam præbuit is, qui primus tibi dedit, eoq; te ignavum reddidit, *Plutarch. apophth. Lacon. n. 10.* Ejusmodi aulici mendici validi, tineæ & ſorices palatii ad labores & opera impellantur, *Novell. 80. cap. 4. l. un. C. de Mendicant. valid.* Tria hominum genera debent expelli civitatibus: leproſi, cadavera mortuorum, mendicantes validi, *Philip. Camerar. hor. ſubciſ. cent. 1. cap. 16.* Et lepidè, ſi non rectè, mendicis validis & otioſis, qui mendicandi victus quaſi artem quandam factitant, jubetur panis dari, & inſuper quaſi pro obſonio pugnus impingi. Illud quidem, quia homini panem petenti negare, vix hominis videtur: hoc autem, ut diſcant ab illa fœda parandi victus ratione abſiſtere, & intelligant, ſe bonis omnibus meritò odioſos eſſe, *ibid. vide cent. 2. cap. 74. vide l. 26. C. de Decurionib.* De mendico malè meretur, qui ei dat, quod edit, aut bibat: nam & illud, quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miſeriam, *Plautus in Trinumm. act. 2.* Dicto Hortalo reſpondit Tiberius: cæterùm, ſi patribus videretur, daturum liberis ejus ducena ſeſtertia ſingulis, qui ſexus virilis eſſent, neq; miſeratus poſthac Tiberius, quamvis domus Hortenſii pudendam ad inopiam dilaberetur, *Tacit. ibid.* Caveant aulici publicè de paupertate ſua conqueri; magisq; caveant publicè à Principibus neceſſitatis remedium quærere, minùs modum poſtulare. obſervent, quod Horat. *epiſt. lib. epiſt. 12. monet.*

Coram Rege ſuo de paupertate tacentes
Plus poſcente ferent. - - - - -

Non cum ſacco Principem ſuum aulicus adire debet, *argt. l. 105. ff. de Solut.*

Solut. & liberat. Et non ſolùm mendici validi ſunt multi aulici; ſed etiam rapaces quæſtores, potiùs quæſitores, quando non ſolùm in demandatis officiis & creditis adminiſtrationibus nonnulli ſibi duas earum vel tres partes corradunt & conglomerant. Principi autem vix tertiam vel quartam relinquunt: nonnulli verò varios conquirendi modos, varia exactionum nomina, varios explicationum titulos excogitant, quibus hirudinum more (non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo) totum ſubditorum patrimonium & peculium alterum ſanguinem ita exhauriunt, ut morſu ferè inſenſibili, ſanguine miſſo, tabeſcere cogantur. & ex hoc ſanguine non grandem ſolùm partem libant, ſed etiam pro aucti ærarii labore & onere, operæ pretium gratiæ præmium, Gnadengeld/ ſibi impudenter poſtulant. Sie werffen mit der Bratwurſt nach der Seit Speck. Sunt piſcatores aurei.

Dem Knecht den Hecht/ dem Herrn den Stint/
So fiſcht itzo das Hoffgeſind. *Proverb.*

Sed non aureo hamo: cujus abrupti damnum nullâ capturâ penſari poteſt, *Sueton. in Aug. n. 25.* ut Nero reti aureo piſcatus eſt, *Idem in Nerone n. 30.* Quidam corruptis miniſteriis principum officia redimunt, *l. 3. §. 15. ff. de ſuſpect. tutor.* Quidam apud alios inventa, ſubtili ſciunt auferre ingenio, *argt. l. 2. C. de Commerc. & mercat.* Quidam ſtupenda inſaniunt rapacitate, ut in aliena calamitate de re tam luctuoſa compendium ſectentur, *argt. l. 1. C. de naufrag.* pauci eis ſunt Septembres ad ſeminandum, omnes ferè Auguſti ad metendum & colligendum. Digni ſanè ſunt ejusmodi quæſitores aut quæſtores aulici, quemadmodum inter alios, alii gladii, clavis, crucis, monilis, haſtæ vel ſcipionis & aliorum ſignorum geſtamine præ aliis volunt eſſe conſpicui, ut prius clave, dein gladio, cruce, catena, haſta ſeu fuſte pro meritis condigna patiantur. Inter quos autem probitatis, dexteritatis, & fidei bonæ aulicos, quos Principes propter nominis claritatem, honore: officii ingenuam adminiſtrationem, dignitate: & publicè res bene geſtas, inſignibus, condecorandos eſſe judicaverint, non numero, ſed iis pro meritis condigna relinquo. Non de iis ſentio, de quibus hoc dici poteſt: In eo, quod cujusq; fidei palàm commiſſum eſt, non eſſe exiſtimandum fidem ſuam in fraudem accommodâſſe, *l. 3. §. 1. ff. de jure Fiſci.* utpota quando ratio adminiſtrationis ſecundùm fidem acceptorum & datorum ponitur, *l. 2. §. 2. ff. de adminiſtr. rer. ad civit. l. 6. §. 3. ff. de Edend.* Prodeſſe ſibi aulicus, dum alii non nocet, non prohibetur, nec quenquam hoc nomine teneri, *l. 1. §. 11. ff. de aqua & aqua plur. arcend.*

Indocti

Indocti & rudes, ſunt quidam Aulici. Nobilitatem eruditionis locum ſupplere poſſe, multi exprimunt, cùm nobilitatem doctiſſimorum virorum ordini, tanquam ex merito quotidie præferri videant. Licinius infeſtus literis: quas in inſcitiam immodicam, virus ac peſtem publicam nominabat, *Sext. Aurel. Vict. epit. Pompon. Lat. in Licin. Sueton. in Calig. n. 34.* Multi hodie adhuc ſunt aulici, qui, etſi non literas Reip. peſtem appellent, literatos tamen parvi faciunt, auro & argento eorum parere literas, majorem ergo eſſe Dominum, quàm ſervum, aurum & argentum, quàm literas affirmant. Sed bovis, non hominis vox eſt. ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucones, ſolus ego (aulicus) omnes anteeo ſtultitia & moribus indoctis, *Plaut. in Bacbid. act. 5.* hi ſunt ſpecie ſapientiæ ſtolidi, *Ammian. Marcellin. in Conſtant. & Julian. in medio ferè.* Druſus rudis dicendi nobilitate ingenita, *Tacit. annal. 1.* præſertim ſi milites aut aliquo caſtrenſi officio functi fuerint, ſæpe illis aſſumpta auctoritas pro facundia eſt. militariter vel imperatoria brevitate loqui ſolent. Corbulo orditur magnifica: multa auctoritate, quæ viro militari pro facundia erat, *Idem annal. 15.* Veſpaſianus ut primum tantæ multitudinis offuſam oculis caliginem disjecit, militariter locutus, *Idem hiſt. 2.* Galba apud frequentem militum concionem, imperatoria brevitate, *Idem hiſt. 1.* communiter de illis dici poteſt.

- - - - - - - dat inania verba,
Dat ſine mente ſonum, greſſusq; effingit euntis.
Virgil. 10. Æneid. v. 639.

Quid cum illis agas, qui neq; jus, neq; bonum atq; æquum ſciunt, melius, pejus, proſit, obſit, nil vident, niſi quod lubet, *Terent. in Heaut. act. 4. ſc. 1.* Geminius prodigentiâ opum, ac mollitiâ vitæ amicus Sejano, nihil ad ſerium, *Tacit. annal. 6.* literatorum, non nobilium ſcientia totus illuminatur mundus, *Auth. Habita. C. Ne filius pro patre.* Natalium quidem ſplendor res eſt præclara ſanè: ſed bonum à majoribus profectum. Divitiæ in pretio ſunt? verùm earum poſſeſſio à fortuna pendet: quæ eas ſæpe numero ademit habentibus, & non ſperantibus obtulit. magnæ opes tanquam ſcopus prapoſitæ ſunt iis, qui cupiunt loculos exhauriro, ſervis maleficis, ac calumniatoribus, &, quod maximum eſt, etiam peſſimis adſunt divitiæ. Gloria res eſt ut venerabilis, ita inſtabilis. Pulchritudo optabilis, ſed parvo durans tempore. Sanitas pretioſa res eſt, eademq; facilè mutatur.

 Robur

Digitized by Google

Robur digna res eſt laude ac voto, ſed morbo ac ſenectute facilè aboletur, quanquam, ut uno verbo dicàm, qui ob vires corporis ſibi plaudit, ſcire debet, ſe à vero aberrare, quantum enim eſt hominis robur, cum aliorum animalium robore comparatum? elephantorum puta, taurorum, leonum? Doctrina omnium, quæ nobis adſunt bonorum ſola immortalis eſt & divina, *Plutarch. de liberor. educ. n. 14.* quæ ex obſcuro nobilem facit. Quod ſi originem nobilitatis ſuæ lippus aulicus reſpiceret, tam ſutorem, quàm ſartorem, ſi non paſtorem familiæ ſuæ authorem inveniret, & qua ſorte ipſe prodiit, illa etiam alium prodire & excellere poſſe non diffitebitur. Quod olim in virtutum alea licuit, hodie nemini eſt denegatum, ut ex vobis Senatores, ita ex Senatoribus principes naſcuntur, *Tacit. hiſt. 1.*

Artibus ingenuis quæ ſita eſt gloria multis;
Infelix perii dotibus ipſe meis.
Ovid. lib. 2. de Ponto Eleg. 7.

Hinc pennas geſtant milites in vertice capitis, tanquam in trophæum à literatis acceptas; Die Feder muß doch oben ſchwemmen / und ſolten ſie entweder die Soldaten oder Bawren auff den Hûten tragen/ *Proverb.*

Negligor â multis, curant mea ſemina pauci,
Quæ tolle, & nullum vivet in orbe decus!

Quare compertum eſt, eruditionem, elegantiam, comitatem præſertim principibus neceſſarias eſſe; cùm ſine his naturæ bona quaſi incomta, aut etiam horrida deſpectui ſint, *Sext. Aurel. Vict. de Cæſarib. in Licin.*

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ, *Cic. offic. 1. n. 77.*
Res valet, ars præſtat, ſi res perit, ars mihi reſtat,
Ars manet, ars durat: ſortuna recedere curat:
Plus probo theſaurum docti, quàm divitis aurum.

Ne in theatro lapis lapidi inſideat, ſit nobilitatis ornamentum eruditio & literarum cognitio, literæ enim plebeis ſunt loco argenti: nobilibus loco auri: Principibus loco gemmarum. Adnotabant ſeniores, quibus otium eſt vetera & præſentia contendere, primum ex iis, qui rerum potiti eſſent, Neronem alienæ facundiæ eguiſſe. Nam Dictator Cæſar ſummis oratoribus æmulus: & Auguſto prompta ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit. Tiberius artem quoq; callebat, quâ verba expenderet, tum validus ſenſibus, aut conſulto ambiguus. Etiam C. Cæſaris turbata mens vim dicendi non corrupit. Nec in Claudio, quotiens meditata diſſereret, elegantiam requireres. Nero puerilibus ſtatim annis,

vi-

vividum animum, in alia detorſit, cœlare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere: & aliquando carminibus pangendis ineſſe ſibi elementa doctrinæ oſtendebat, *Tacit. annal. 13. princ.* Et vocantur Juris Conſulti nobiles, nobiliſſimi, *l. 2. §. ult. l. 4. in fine ff. de Excuſ. tutor.* Salvius Julianus, bis Conſul, præfectus urbi & Juris Conſultus: quod magis eum nobilem fecit, *Ælius Spartian. in Did. Julian.* literæ faciunt nobilem nobiliorem, miſeros beant, beatos ornant, pauperes ditant, divites illuſtrant, nobiles commendant, *&c.*

Pravi Magiſtri, ſcelerúmq; ſeu malorum facinorum miniſtri. 57. Cùm aliquando Mucianus de pecuniarum conquiſitione pravum conſilium miniſtraret, ita ut, intoleranda ea, quaſi neceſſitate armorum excuſata, etiam in pace manerent, hoc ſuo pravo conſilio effecit, ut ipſe Veſpaſianus inter initia imperii ad obtinendas iniquitates, haud perinde eſſet obſtinatus, donec indulgentiâ fortunæ, & pravis magiſtris didicit, auſuſq; eſt, *Tacit. hiſt. 2.* Conſiliiq; ſui pravi, ſibi commodo, non poſtremam habuit rationem: propriis enim opibus bellum juvit, largitus privatim, quod avidiùs de Rep. ſumeret, *ibid. ſeq.* Sejanus facinorum omnium repertor habebatur, *Idem annal. 4.* Pravi magiſtri, Juventuti Principis, pravi Conſiliarii fuerunt Fenius Rufus & Sofonius Tigellinus: Hi variis criminationibus adoriuntur Senecam, inter alia dicentes: Nam oblectamentis principis palàm iniquum, detrectare vim ejus equos regentis; illudere voces quotiens caneret. Quem ad finem nihil in Rep. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? Certè finitam Neronis pueritiam, & robur juventæ adeſſe, exſueret magiſtrum ſatis amplis doctoribus inſtructus, majoribus ſuis, *Idem annal. 14.* Dein revolutus ad vitia, ſeu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni adſumptus eſt C. Petronius elegantiæ arbiter, dum nihil amœnum & molle affluentia putant, niſi quod ei Petronius adprobaviſſet, *Idem annal. 16. in medio.* Idem Nero uſus eſt patriæ ruinis, exſtruxitq; domum, in qua haud perinde gemmæ & aurum miraculo eſſent, ſolita pridem, & luxu vulgata; quam arva & ſtagna, & in modum ſolitudinum hinc ſilvæ, inde aperta ſpatia, & perſpectus: magiſtris & machinatoribus Severo & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ natura denegaviſſet, per artem tentare, & viribus Principis illudere, *Idem annal. 15.* Vitellius irrepentibus Dominationis magiſtris, ſuperbior & atrocior occidi Dolabellam juſſit, *Idem hiſt. 2.* Pelignus ad Rhadamiſtum venit, doniſq; ejus evictus, ultro regium

Digitized by Google

inſigne ſumere eo hortatur; ſumentiq; adeſt auctor & ſatelles, *Idem an. 12.* Et non ſolùm virilis, ſed etiam ſequioris ſexus pravæ inveniuntur magiſtræ ſeu miniſtræ, ut *hiſt. 1.* refert Tacit. Per idem tempus expoſtulata ad ſupplicium Galvia Criſpinella, variis fruſtrationibus, & adverſa diſſimulantis principis fama, periculo exempta eſt magiſtra libidinum Neronis, *&c.* Vocantur etiam aliquando inſtrumenta regni. Deligitur artifex talium vocabulo Locuſta nuper veneficii damnata, & diu inter inſtrumenta regni habita, *Idem annal. 12. in fine.* Sed pravi illi magiſtri facinora atq; flagitia ſua ipſis ſæpe in ſupplicium vertunt, *Idem annal. 6. princ. ferè.* levi poſt admisſum ſcelus gratia, dein graviore odio: quia malorum facinorum miniſtri quaſi exprobrantes adſpiciuntur, *Idem annal. 14. in fine.* Redit in Hordeonium invidia, illum auctorem ſceleris, hunc miniſtrum vocant, *Idem hiſt. 4.* Invenit etiam æmulos infelix nequitia, quid ſi floreat vigeatq;? *Id. hiſt. 4. in medio ferè.* Puniendos rerum atrocium miniſtros, inquit idem Tacit. ubi pretia ſcelerum adepti, ſcelera ipſa aliis delegent, *annal. 13.* non modò poſtquam C. Cæſar rerum potitus eſt, ſed incolumi Tiberio: ſcelerum miniſtros, ut perverti ab aliis nolebat; ita plerumq; ſatiatus, & oblatis in eandem operam recentibus, veteres & prægraves adflixit, *Idem an. 4.* Acerba etiam ſeu contumax & meritis digna reſponſio miniſtris ſcelerum reddita, quamvis non pœnam, exprobrationem tamen & famæ maculam importat. Poſtquam cuncta ſcelerum ſuorum pro egregiis accipi videt Nero, exturbat Octaviam ſterilem dictitans. Exin Poppææ conjungitur. Ea diu pellex, & adulteri Neronis, mox mariti potens, quendam ex miniſtris Octaviæ impulit, ſervilem ei amorem objicere: Ex quibus una inſtanti Tigellino, caſtioria eſſe muliebria Octaviæ reſpondit, quàm os ejus, *Idem annal. 14. Dio Caſſ. lib. 62. in medio.*

58. **Virtutibus & vitiis mixti.** Sunt quidam aulici habitu & ore ad exprimendam imaginem honeſti exercitii, cæterùm animo perfidioſi & ſubdoli, avaritiam ac libidinem occultantes, quomodo fraudibus involuti, aut flagitiis commaculati; ſic ſpecie bonarum artium falſi & amicitiæ fallaces, *Tacit. annal. 16. in fine.* Multi, ſicut modeſti quietiq;; ita mali & ſtrenui, *Idem hiſt. 1.* Dicax ſum factus, jam ſum cavillator probus? *Plaut. in Truc. in ſtratil.* Tiberius inter bona malaq; mixtus, *Tacit. annal. 6. in fine.* Caſſius Severus ſordidæ originis, maleficæ vitæ, ſed orandi validus, *Idem annal. 4.* L. Cornelius Sulla neq; ad finem victoriæ ſatis lau-

laudari, neque poſt victoriam abundè vituperari poteſt, *Vellej. Patercul. lib. 2.* Multis ſermo comis, nec abſurdum ingenium, modeſtiam præferunt & laſciviâ utuntur, *Tacit. annal. 13.* Mamercus Scaurus oratorum ea ætate uberrimus, *Idem annal. 3.* inſignis nobilitate, & orandis cauſis, vitâ probroſus fuit, *Idem annal. 6. in med. ferè.* Geta prætoris præfectus ad honeſta ſeu pravâ juxta levis, *Idem annal. 11. ad finem.* Otho duobus facinoribus, altero flagitioſiſſimo, altero egregio, tantundem apud poſteros meruit bonæ famæ, quantum malæ, *Idem hiſt. 2. in medio ferè.* Valens equeſtri familia procax moribus, neque abſurdus ingenio, famam urbanitatis per laſciviam petere, *Idem hiſt. 3.* Claudius Apollinaris neque fidei conſtans, neque ſtrenuus in perfidia, *eod.* Vinius Galbæ amicitiâ in abruptum tractus, audax, callidus, promptus, & prout animum intendiſſet, pravus aut induſtrius eadem vi, *Idem hiſt. 1.* Licinius Mucianus luxuria, induſtria, comitate, arrogantia, malis boniſque artibus mixtus: nimiæ voluptates cùm vacaret: quotiens expedirent, magnæ virtutes. Palàm laudares ſecreta malè audiebant. Sed apud ſubjectos, apud proximos, apud collegas, variis illecebris potens: & cui expeditiùs fuerit tradere imperium, quàm obtinere, *Ibid. princ. ferè.* Sulla gentis patriciæ, familia propè jam exſtincta majorum ignaviâ literis Græcis, atque latinis juxtà atque doctiſſimè creditus, animo ingenti cupidus voluptatum, ſed gloriæ cupidior: otio luxurioſo eſſe; tamen ab negotiis nunquam voluptas remorata, niſi quòd de uxore potuit honeſtiùs conſuli: facundus, callidus, & amicitiâ facilis: ad ſimulanda negotia, altitudo ingenii incredibilis: *&c. Salluſt. bell. Jugurth.* Multi pari dolore commoda aliena ad ſuas injurias metiuntur, *ibid.* Mucianum magnificentia, & opes, & cuncta privatum modum ſupergreſſa extollebant, aptior ſermone, diſpoſitu proviſuque civilium rerum peritus, egregium principatus temperamentum, ſi demptis vitiis ſolæ virtutes miſcerentur, *princ. & juxta finem ibid.* Mucianus alacrem militem in verba Veſpaſiani adegit, tum Antiochenſium theatrum ingreſſus, ubi illis conſultare mos eſt, concurrentes & in adulationem effuſos alloquitur: ſatis decorus etiam græca facundia, omniumque, quæ diceret atque ageret, arte quadam oſtentator, *hiſtor. 2.* Virtutum vitiorumque mixturam temperatam in aulis frequentem & uſitatam, non tamen ab omnibus commendatam eleganter deſcribit Cic.

quan-

Digitized by Google

quando ait. Detur aliquid ætati: ſit adoleſcentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur: non ſemper ſuperet vera illa & directa ratio, vincat aliquando cupiditas voluptasq; rationem, dummodo illa in hoc genere præſcriptio moderatioq; teneatur: parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam: ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum, atq; famam, ne probrum caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne quem interimat: ne interſit inſidiis: ſcelere careat, poſtremò, cùm paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis atque inanes haſce adoleſcentiæ cupiditates: revocet ſe aliquando ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, Reip. ut ea quæ ratione antea non perſpexerat, ſatietate abjeciſſe, experiendo contempſiſſe videatur, *pro M. Cœlio. n. 42.*

Parricidæ. Neq; his flagitiis adquieſcunt nonnulli Palatini, quod omnium ſceleſtiſſimum, parricidium infandum! incautum ſæpe Principem patriæ patrem, *l. 19. ff. de Interdict. & relegat.* intra lætitiam & ridentia multis vulneribus confodiunt. Non ſolùm miſera eſt Principum conditio in eo, quòd rarò ad vitæ exitum felicitatis faſtigium retineant, ſed ſæpius fortunæ ludibrium ſentiant. Aſſumptus in ampliſſimum fortunæ faſtigium, *inquit Ammian. Marcellin. lib. 14. in fine.* verſabiles ejus motus expertus eſt, qui ludunt mortalitatem nunc evehentes quoſdam in ſidera, nunc ad Cocyti profunda mergentes. Iſtius iniquitate Pompejus, poſt quæſitum magni ex rerum geſtarum amplitudine cognomentum ad ſpadonum libidinem in Ægypto trucidatur: quot capita, quæ horruere gentes, funeſti carnifices abſciderunt: alter in vincula ducitur, alter inſpiratæ præficitur poteſtati, alius à ſummo culmine dignitatis excutitur. Quæ omnia, ſi ſcire quisquam velit, quàm varia ſint, & aſſidua, arenarum numerum idem jam deſipiens, & montium pondera ſcrutari poterit. Non minùs miſerior eſt eorum conditio, quorum, quando etiam ad menſam epulis exquiſitè conſtructis ſunt conſarreati, gladius fulgens, quemadmodum Damocli factum, ſetâ equinâ cervici impendet, *Cicero Tuſcul. quæſt. lib. 5. n. 61. 62.* hæc ſunt aulicorum nonnullorum ſemina: rapere, ſtuprare, cœdere, necare, exſcindere, quorum ſcelera indomita abhorrendam faciunt conſuetudidem, ſtipatores & cuſtodes Principum ipſos Principes ad omne genus ſævitiæ armant, quid iis ducibus non eſt auſa multorum inſania, quid turpe atq; crudele non excogitavit prætorio præfectus etiam de capite Principis decernens. Cautè & prudenter dixit Saturninus

Impe-

Imperator; Quum enim ipſi invito à militibus purpura imperatoria induceretur; flendo ita eos compellavit; neſcitis, amici, quid mali ſit imperare, gladii & tela noſtris cervicibus impendent, imminent haſtæ undiq,, undique ſpicula: ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non iter pro authoritate, non bella pro judicio, non arma pro ſtudio, *Flavius Vopiſc. in Saturn.* Philippus in acie tutior, quàm in theatro fuit, hoſtium manus ſæpe vitavit, ſuorum effugere non valuit. Aliorum quoq; regum exitus ſi reputaveritis, plures à ſuis, quàm ab hoſte interemptos numerabitis, *Q. Curt. lib. 9.* Nam cùm ſine cuſtodibus medius inter duos Alexandros, filium generumq; procederet, Pauſanias nobilis ex Macedonibus nemini ſuſpectus adoleſcens, occupatum anguſtiis Philippum, in tranſitu obtruncavit, *Idem lib. 1. Juſtin. lib. 9.* Bardonem Parthi dolo antè compoſito, incautum venationíq; intentum interfecere, *Tacit. annal. 11.* Conſtans occiſus eſt in oppido haud longè ab Hiſpanis, Helenæ nomen erat: Conſtans ſi exemplo Ciceronis didiciſſet, non armâſſet in ſuam cædem Magnentium. Popilius Lenas reus capitis M. Tullio defenſori caput abſcidit. Magnentius ſervatori ſuo mortem intulit. Nam quum milites exorto tumultu in Illyriis occidere vellent, objecto paludamento, Imperator texit ac ſervavit, *Pompon. Læt. in Marc. Flav. Valer. Conſtant. de divis. imperij Romani.* ita eſt, ut apud Theocrit. dicitur. Nutri nunc Lyciſca, nutri lupum, ut te devoret. Agrippinæ cùm fratris Silani necem moliretur, necis miniſtri fuere P. Celerius eques Romanus, & Ælius libertus rei familari Principis in Aſia impoſiti, *Tacit. annal. 13. princ.* Fridericus Elector Dux Saxoniæ dicere ſolitus eſt: maximè cavendum principibus ab iis, qui veſtigia calceorum maximè attingerent. Domitianus Imperator horas aliquando requirenti, pro quinta, quam metuebat, ſexta ex induſtria nunciata eſt. His velut tranſacto jam periculo lætum, feſtinantémque ad corporis curam, Parthenius cubiculo præpoſitus convertit. nuncians eſſe, qui magnum, neſcio, quid afferret, nec differendum. Itaque ſummotis omnibus, in cubiculum ſe recepit, atque ibi occiſus eſt, *Sueton. in Domitian. n. 16.* Conditionem Principum miſerrimam ajebat: quibus de conjuratione comperta non crederetur, niſi occiſis, *ibid. n. 21. Vulcat. Gallican. in Avid. Caſſ.* non immeritò hinc, ut olim ſervus, ita hodie aulicus, domeſticum malum appellatur, *l. 1. §. 5. ff. Furti adverſ. naut. caup.*

Digitized by Google

Et ſolent ſæpe prodere veritatem, *l. 22. C. de adminiſtr. tutor.* prodere ſuos Dominos, ut Tacit. ait: Solatio fuit Servus Verginii Capitonis, quem proditorem Tarracinenſium diximus, patibulo affixus, in iisdem anulis, quos acceptos à Vitellio geſtabat, *hiſt. 3. princ.* Cæpta aliquando & aucta conjuratione, in quam certatim nomina dederant, Senatores, eques, miles, feminæ etiam cum odio Neronis, tum favore in C. Piſonem. Initium conjurationi non à cupiditate ipſius fuit; nec tamen facilè memoraverim, quis primus auctor, cujus inſtinctu concitum ſit, quod tam multi ſumſerunt. Promptiſſimos Subrium Flavium tribunum prætoriæ cohortis, & Sulpitium Aſprum Centurionem exſtitiſſe, conſtantia exitus docuit. Et Lucatus Annæus, Plautusq; Lateranus Conſul deſignatus vivida odia intulere. At Flavius Scevinus & Afranius Quinctianus, uterq; Senatorii ordinis, contra famam ſui principum tanti facinoris capeſſivere. Nam Scevinio diſſoluta luxu mens & proinde vita ſomno languida, Quinctianus molli corpore infamis, & à Nerone probroſo carmine diffamatus, contumelias ultum ibat. Ergo, dum ſcelera principis & finem adeſſe imperii, diligendumq;, qui feſſis rebus ſuccurreret, inter ſe ut inter amicos jaciunt, aggregavere Tullium Senecionem, Cervarium Proculum, Vultatium Araricum, Julium Tigutinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Martium Feſtum, equites Rominos: ex quibus Senecio è præcipua familiaritate Neronis ſpeciem amicitiæ etiam tum retinens, eò pluribus periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne ſecretum Piſoni erat. Cæteris ſpes novis rebus petebatur: Aſcitæ ſunt ſuper Subrium & Sulpicium, de quibus retuli, militares manus, Granius Silvanus & Statius Proximus Senurus & Venetus Paullus centuriones. Sed ſummum robur in Fenio Rufo præfecto videbatur, quem vita famaq; laudatum per ſævitiam impudicitiamq; Tigellinus in animo principis anteibat, fatigabatq; criminationibus, ac ſæpe in metum adduxerat, quaſi adulterum Agrippinæ & deſiderio ejus ultioni intentum. Igitur, ubi conjuratis præfectum quoq; prætorii in partes deſcendiſſe, crebro ejus ſermone facta fides, promptiùs jam de tempore ac loco cædis agitabant. Et cœpiſſe impetum Subrius Flavius ferebatur in ſcena canentem Neronem aggrediendi, aut cum ardente domo per noctem huc illuc curſaret incuſtoditus. Hic occaſio ſolitudinis, ibi ipſe frequentia tanti decoris teſtis, pulcherrimum animum exſtimulaverat: niſi impunitatis cupido retinuiſſet, magnis ſemper conatibus adverſa, *Idem annal. 15.* Sophonius Tigellinus obſcuris parentibus, fœda

fœda pueritia, impudica ſenecta, præfecturam vigilum & prætorii & alia præmia virtutum, quia velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem, mox deinde avaritiam & virilia ſcelera exercuit, corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro auſus, ac poſtremò ejusdem defertor ac proditor, *Idem hiſt. 1.* Ideo exiſtimatur Auguſtus aliquando lorica ſub veſte munitus, ferroq; cinctus præſediſſe, decem valentiſſimis Senatorii ordinis amicis ſellam ſuam circumſtantibus. Cordus Cremutius ſcribit, ne admiſſum quidem tunc quendam Senatorum, niſi ſolum & prætentato ſinu, *Sueton. in Octav. n. 35.* Et Domitianus tempore ſuſpecti periculi appropinquante, ſollicitior in dies, porticuum, in quibus ſpatiari conſueverat, parietes phengite lapive diſtinxit, è cujus ſplendore per imagines, quicquid à tergo fieret, provideret, *Idem in Domitian. n. 14.* Claudius etiam inſidias quasdam temere delatas adeò expavit, ut deponere imperium tentaverit, quodam, ut ſuprà retuli, cùm ferro circa ſacrificantem deprehenſo, ſenatum per præcones properè convocavit; lacrymisq; & vociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam, cùm nihil tuti usquam eſſet: ac diu publico abſtinuit, *Idem in Claudio n. 36.*

Tu quicunq; es, qui ſceptra tenes,
Licèt omne tuâ vulgus in aula
Centum pariter limina pulſet:
Cùm tot populis ſtipatus eas,
In tot populis vix una fides.
Nam - - - Et qui ab uno non poteſt occidi, à multis occiditur.
Elephas grandis eſt, & occiditur;
Leo fortis eſt, & occiditur;
Tygris fortis eſt, & occiditur;
Cave multos, ſi ſingulos non times. *Jul. Capitolin. in Maximin.*

Sed bene his malis mederi poſſent Principes, ſi non ipſi malis moribus, interdum peſſimo exemplo, criminibus & facinoribus anſam præberent, aulámq; vitiis ſuis irritarent, vel etiam ab aulicis ſuis, velut gallina á pullis, non paſſim in diverſas regiones deduci paterentur. 6.

Principum exemplar Auguſtus Imperator in ſpeculo quaſi redditus

apud Sueton. *in eod. n. 53.* eleganter adumbratur, quando ita ait: Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem: tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, ut quendam joco corripuerit, quod ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem. Die Senatus nunquam patres niſi in curia ſalutavit, & quidem ſedentes ac nominatim ſingulos, nullo ſubmonente, & diſcedens eo modo, ſedentibus ſingulis valedicebat. Laudatorum Principum uſus ex æquo, quamvis procul agentibus: Sævi proximis ingruunt, quomodo ſterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala; ita luxum, vel avaritiam dominantium tolerate, *Tacit. hiſt. 4.* Principes enim qualeſcunq; iſti, ſi modò ordinatè & titulo conſtituti fuerint, ſunt tolerandi. Sed quales iſti in Republ. tales reliqui ſolent eſſe cives, *Syrac. 10. v. 2. Cic. lib. 1. ad Lentul. epiſt. penult.* Et Ulp. Trajanus ſymboli loco uſus eſt: Qualis Rex, talis grex, *Reuſner. ſymb. Imperat. claſſ. 1. ſymb. 14.* Nam ut ulna eadem omnes merces metitur: ita ad Principis vitam univerſa exigitur civitas, *Horolog. Princ. Anton. de Guevar. proœm. gener. n. 7.* Fons ſi amarus & amari rivi, ſi dulcis, & rivi dulces eſſe ſolent. Subrius Flavius tribunus interrogatus à Nerone, quibus cauſis ad oblivionem ſacramenti proceſſiſſet, oderam te, inquit, nec quiſquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruiſti, odiſſe cœpi, poſtquam parricida matris & uxoris auriga, & hiſtrio, & incendiarius exſtitiſti, *Tacit. annal. 15.* Otho contra ſpem omnium non delitiis, neq; deſidia torpeſcere, dilatæ voluptates; diſſimulata luxuria, & cuncta ad decorem imperii compoſita, eoq; plus formidinis afferebant falſæ virtutes & vitia reditura, *Idem hiſt. 1.* Diſcubuerat aliquando Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Verginio. Legati tribuniq; ex moribus imperatorum ſeveritatem æmulantur, vel tempeſtivis conviviis gaudent. perinde miles intentus aut licentior, *Idem hiſt. 2.* Neque abhorrebat Tiberius talibus ſtudiis, (ſcilicet hiſtrionalibus) & civile rebatur miſceri voluptatibus vulgi, *Idem annal. 1.* Nec tantum mali eſt peccare Principes (quanquam eſt hoc magnum per ſe ipſum malum) quantum illud, quod permulti imitatores Principum exſiſtunt. Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcunque ſummi civitatis viri fuerunt, talem civitatem fuiſſe: quæcunque mutatio morum in Principibus exſtiterat, eandem in populo ſecuritatem. Idque haud paulò eſt verius, quàm quod Platoni noſtro placet, qui muſicorum cantibus, ait, mutatis, mutari civitatum ſtatus. Ego autem nobilium vita, victúque mutato, mo-

mores mutari civitatum puto. Quò pernicioſius de Republica merentur vitioſi Principes, quòd non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in civitatem: neque ſolùm obſunt, quòd illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quòd corrumpunt, plúſque exemplo, quàm peccato nocent, *Cicero lib. 3. de legib. n. 31. 32.* In Nerone adeò crevit amor in Poppæam, ut ipſe ſigillatim amicæ capillos, nunciaverit, & quaſi parum eſſet eos numerare, ſingulis nomina impoſuerit, quibus eos compellaret, canticum denique de illa cantandum fecerit. Ita nimirum Princeps ille infamis plus temporis cantando & celebrando amicæ Poppææ, quàm adiendis & avertendis civium querelis conſumebat: Neque verò hîc ſubſtitit Neronis inſania; ſed pectinem quoque amicæ aureolum, quo capillos explicaret, fecit, & ſi fortè capillus de capite caderet, mox eum Nero auro incluſum Junoni conſecrabat. Cùm autem & capillos ſuccini colore Poppæa haberet, & illorum amore Nero flagraret; cunctæ feminæ Romanæ & Italicæ ſtudium huc omne conferebant, tum ut ſibi comam flavam pararent, tum ut veſtibus ejuſdem coloris uterentur; atque tam viri, quàm feminæ torques, emblemata, anulos & monilia de ſuccino habebant. Semper enim hoc & factum eſt, & fiet, ut ea, ad quæ Principum animi propenſiores ſunt, cariora & pretioſiora vulgò habeantur. Priusquam eò levitatis Nero prolaberetur, ſuccinum nullum Romæ erat in pretio. At poſtquam is adeò gratum colorem illum habuit, nulla Romæ gemma tanti æſtimata, neque ullum mercis vel aureæ, vel ex ſerico genus æquè lucroſum fuit, neque mercatores è peregrinis regionibus mercimonium ullum pretioſius importârunt, *Anton. Guevar. horol. Princ. proœm. gen. n. 19.* Et mare ſcrutantur Germani, ac ſoli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſum vocant, inter vada, atque in ipſo litore legunt, quæſitum compertúmve diu, quin etiam inter cœtera ejectamenta maris jacebat, donec luxuria noſtra dedit nomen, ipſis in nullo uſu, rude legitur: informe perfertur; pretiúmque mirantes accipiunt, *Tacit. de moribus German. ad finem.* De eodem Nerone idem *annal. 13.* ait: Otium foris, fœda domi laſcivia, qua Nero itinera urbis & lupanaria, & diverticula, veſte ſervili, in diſſimulationem ſui compoſitus perſeverabat,

 comi-

Digitized by Google

comitantibus, qui raperent, ad venditionem expoſita, & obviis vulnera inferrent. adverſus ignaros adeò, ut ipſe quoq; acciperet ictus, & ore præferret. Deinde, ubi Cæſarem eſſe, qui graſſaretur pernotuit, augebantur injuriæ adverſus viros ſeminasq; inſignes, & quidam ſimili licentia ſub nomine Neronis, multi cum propriis globis eadem exercebant, & in modum captivitatis nox agebatur, *&c.* Et Vitellius Neronem ipſum admiratione celebrabat, ſectari cantantem ſolitus, non neceſſitate, qua honeſtiſſimus quisq;, ſed luxu & ſaginæ mancipatus emptusq;, *Idem hiſt. 2.* Hic magnificam orationem de ſemetipſo promſit, induſtriam temperantiamq; ſuam laudibus attollens: conſciis flagitiorum ipſis, qui aderant omniq; Italiæ, per quam ſomno & luxu pudendus inceſſerat, *eod.* Otho ſpem adoptionis ſtatim conceptam, acriùs indies rapiebat: faventibus pleriſq; militum prona in eum aula Neronis ut ſimilem, *Idem hiſt. 1.* Ita Piſo de Othone refert: ſtupra nunc & commeſſationes, & feminarum cœtus volvit animo. hæc principatus præmia putat, quorum libido ac voluptas penes ipſum ſit, rubor ac dedecus, penes omnes, *eod.* Ut ſunt ingenia regum, pronus ad formidinem; ubi ſecuritas rediit voluptatum quam religionum appetens, negligere paulatim, aliasq; ad curas animum vertere, *Idem hiſt. 4. in fine.* Cæterùm abolitos paulatim patrios mores, funditus everti per accitam laſciviam: ut, quod usq; corrumpi & corrumpere queat, in urbe viſatur, degeneretq; ſtudiis externis juventus, gymnaſia, & otia, & turpes amores exercendo, Principe & Senatu auctoribus, qui non modò licentiam vitiis permiſerint, ſed vim adhibeant, *Idem annal. 14.* Wenn der Abt Würffel trägt/ haben die Brüder gut ſpielen/ *Proverb.* Principem de Sodoma facilè comitantur aulici de Gomortha. Eſt vulgus cupiens voluptatum, & ſi eodem Princeps trahat, lætum. Et evulgatus pudor non ſatietatem, ſed incitamentum affert, *Ibid.* Laudata olim & militari fama celebrata ſeveritas Galbæ, angebat coaſpernantes veterem diſciplinam, atq; ita 14. annis à Nerone aſſuefactos, ut haud minùs vitia principum amarent, quàm olim virtutes verebantur, *Idem. hiſt. 1. princ.* Carolus V. Imperator dicere ſolitus eſt: ſicut pleraſq; ſolis eclipſes magnæ rerum mutationes & ſeditiones ſequuntur; ita & principum vitiis etiam non maximis, multa & maxima incommoda ad ſubditos redundant. Non erat Othonis mollis & corpori ſimilis animus. Et intimi libertorum ſervorumq; corruptiùs, quàm in privata domo habiti aulam Neronis & luxus, adulteria, matrimonia cæteraſq; regnorum libidines avido talium, ſi auderet, ut ſua oſtentantes;

quie-

quieſcenti ut aliena exprobrabant, *Idem hiſt. 1.* Vitellius lætus ultro, & tam propinquæ ſortis ignarus inſtaurabat ſacrum diis loci. Exin Bononiæ à Fabio Valente gladiatorum ſpectaculum editur advecto ex urbe cultu. Quantóq; propinquabat, tantò corruptiùs iter immixtis hiſtrionibus, & ſpadonum gregibus, & cœtero Neronianæ aulæ ingenio, *Idem hiſt. 2.* Tandem de Vitellii moribus ita concludit: Ita formatis principis auribus, ut aſpera, quæ utilia, ne quidquam niſi jucundum & læſurum acciperet, *Et paulò inferiùs*: Tanta torpedo invaſerat animum, ut ſi principem eum fuiſſe cœteri non meminiſſent, ipſe oblivisceretur, *Idem hiſt. 3.* Vides, quæſo, quàm pauci ſint principes boni, ut bene dictum ſit à quodam mimico ſcurra Claudii hujus temporibus, in anulo uno bonos principes poſſe perſcribi atq; depingi. At contrà, quæ ſeries malorum? ut enim omittamus Vitellios, Caligulas & Nerones; quis ferat Maximinos & Philippos, atque illam inconditæ multitudinis fecem? tametſi Decios excerpere debeam, quorum, & vita, & mors veteribus comparanda eſt. Et quæritur quidem, quæ res malos principes faciat: jam primùm nimia licentia, deinde rerum copia: amici præterea improbi, ſatellites deteſtandi, eunuchi avariſſimi, aulici, vel ſtulti, vel deteſtabiles, &, quod negari non poteſt, Rerumpub. ignorantia. Sed ego à patre meo audivi, Diocletianum jam privatum dixiſſe, nihil eſſe difficilius, quàm bene imperare. Colligunt ſe quatuor vel quinq;, atque unum conſilium ad decipiendum Imperatorem capiunt: dicunt, quid probandum ſit. Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit; cogitur hoc tantùm ſcire, quod illi loquuntur, facit judices, quos fieri non oportet: amovet à Republ., quos debeat obtinere. Quid multa? Ut Diocletianus ipſe dicebat: Bonus, cautus, optimus venditur Imperator, *Flav. Vopiſc. in Div. Aurelian.* Sic eſt quod Claudian. *de 4. Honorij Auguſti conſulatu* ait:

- - - - - - - componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quàm vita Regentis.
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum eſſe probiorem, quàm ipſius fuerit, poſtulet. Nam tu quod damni, & quod feciſti flagitii, populo viritim potuit diſpertirier. Id ne tu miraris, ſi patriſſat filius, *Plaut. in Pſeudol. act. 1. ad finem.* Talis eſt conditio Principum, ut, quicquid faciant, præcipere videantur, ait Tiberius: qui omnia facta dictáq; Auguſti

vice legis obſervem, *annal. 4. in med.* Qualis eſt Principis vel Senatus doctrina, talis eſt Reipubl. diſciplina, *Proverb.* Facilius eſt, ſi dicere fas eſt, errare naturam, quàm diſſimilem ſui, principem poſſe formare Rempubl. Cogitent potiùs Principes, quod Plin. *lib. 4. epiſt. 22.* ait: Ut in corporibus; ſic in imperio graviſſimus eſt morbus, qui à capite in membra diffunditur. Mutatus princeps licentiam turbarum, & ex civili bello ſpem præmiorum oſtendebat, *Tacit. annal. 1.*

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò, qui peccat, major habetur.

Et quando Græci à capite piſcem primò computreſcere dicunt, ſignificari volunt: Principem vitiis inſigniter turpem maximam in Remp. labem dare. Tibi non magis, quàm Soli latere contingit. multa contra te lux eſt, omnium in te converſi oculi ſunt, *Senec. de clement. lib. 1. cap. 8. Et Claudian. d. loco.*

Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Ut te totius medio telluris in orbe
Vivere cognoſcas: cunctis tua gentibus eſſe
Facta palàm: nec poſſe dari Regalibus usquam
Secretum vitiis: nam lux altiſſima fati
Occultum nihil eſſe ſinit. latebrasq; per omnes
Intrat & abſtruſos implorat fama receſſus.

Caveant ſibi & maximè ſibi caveant Principes, ne minimo quodam vitio ſibi labem aſpergant: nam minima vitiorum macula, maximum virtutum lumen obſcurat, ſi non exſtinguit, quod Tacitus innuit, quando ait: Veſpaſianus acer militiæ, anteire agmen, locum caſtris capere, noctu diuq; conſilio, ac ſi res poſceret, manu hoſtibus obniti, cibo fortuito, veſte, habituq; vix à gregario milite diſcrepans; prorſus, ſi avaritia abeſſet, antiquis ducibus par. Mucianum magnificentia & opes, & cuncta privatum modum ſupergreſſa extollebant, aptior ſermone, diſpoſitu proviſuq; civilium rerum peritus, egregium principatus temperamentum, ſi demptis utriusq; vitiis, ſolæ virtutes miſcerentur, *hiſt. 2. princ.* Nec præſenti potentia credant exſtingui poſſe etiam ſequentis ævi memoriam, *Idem annal. 4. in medio ferè.* Pravis dictis factisq; ex poſteritate & infamia metus
§ 4. eſt, *Idem annal. 3. ad fin.* Laudantur Principes: Veſpaſianus, de quo ita Tacit. refert: Sed præcipuus adſtricti moris auctor Veſpaſianus fuit, antiquo ipſe cultu vultúq; obſequium inde in Principem, & æmulandi amor,

vali-

Digitized by Google

validior, quàm pœna ex legibus & metus, *annal. 3.* Cæſar Titus comitate & alloquiis officia provocans, *Idem hiſt. 5. princ.* Et Principis loco commendatiſſimus Jul. Agricola, qui à ſe ſuisq; ita orſus: Primam domum ſuam coërcuit, quod pleriſq; haud minùs arduum eſt, quàm provinciam regere; nihil per libertos ſervósq; publicæ rei: non ſtudiis privatis, nec ex commendatione aut precibus, *&c. Tacit. in eod.* Cogitent non eadem decora principibus viris, & Imperatori populóq;, modicis domibus, aut civitatibus, *Idem annal. 3. princ.* Et Arruntius: Non eadem omnibus decora reſpondit, *Idem annal. 6. in fine.* Tiberius bene diſſeruit: Cæteris mortalibus in eo ſtare conſilia, quid ſibi coducere putent, principium diverſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, *Idem annal. 4. in med.* Aliquando etiam literas ad Senatum compoſuit, quarum ſententia in hunc modum fuit: Mihi neq; honeſtum ſilere, neque proloqui expeditum, quid non ædilis aut prætoris, aut conſulis partes ſuſtineo: majus aliquid & excelſius à principe poſtulatur; & cum rectè factorum ſibi quisq; gratiam trahant; *&c. idem annal. 3.* & Alexand. M. Et ego, inquit, pecuniam, quàm gloriam mallem, ſi Parmenio eſſem. Nunc Alexander de paupertate ſecurus ſum, & me non mercatorem memini, ſed Regem, *Q. Curt. lib. 4.* Non enim qui remp. gerunt, iis tantum de publicè dictis factisq; ratio eſt reddenda: Sed & in cœnam eorum inquiritur, & cubile, & matrimonium, & quicquid ſerii jocíve agunt. Et Pompejo magno inimici vitio verterint, quòd caput uno digito ſcaberet. Sicut enim in facie lens & verruca moleſtiores ſunt, quàm reliquæ corporis maculæ, mutilationes & cicatrices; ſic exigua peccata, ubi in principis cernuntur vita, pro magnis habentur, propter opinionem eam, quam vulgo de principatu & Republ. geſſerunt, rem eam eſſe magnam & quæ vacare debeat omni errore atq; vitio.

Mores movent dicentis, haud oratio.

Etenim & mores perſuadent, & oratio: niſi quis ita intelligat, ſicut navim agit non clavus, ſed gubernator, equésq; equum verſat, non frœnum; ita à civili virtute urbem duci, non oratione, ſed moribus loco frœni aut gubernaculi adhibitis, eamq; veluti à prora dirigere urbem, animal (ut Plato ait) maximè verſatile, *Plutarch. Reip. gerend. præcept. n. 8. 11.*

Non ſe quibusvis reddant nimis familiares. Nam fieri non poteſt, ut in nimia Principum familiaritate fidem præſtet fortuna diurnam, *Anton. Guevarr. horol. Princ. lib. 1. cap. 14.* Ex converſatione enim æquali contemptio dignitatis naſcitur, *l. 19. ff. de offic. Præſid.* Auguſtin. Ne apud eos, quos oportet eſſe ſubjectos, dum nimia ſervatur humilitas, 65.

 litas,

Digitized by Google

litas, regendi frangatur auctoritas, *diſtinct. 86. cap. 4.* Etenim ea vis eſt conſuetudinis cum amicis atque convictus, uti omnem Majeſtatem deprimere valeat: & in familiaritatibus retineri gravitas, quæ ad gloriam requiritur, vix poteſt, *Plutarch. in Pericl. n. 12.* Quantò rarior apud Tiberium popularitas, tantò lætior animis accepta, *Tacit. annal. 3. ad fin.* Parit converſatio contemptum, raritas conciliat ipſa rebus admirationem, Caſimirus erat dux Sendomirienſium, potens Princeps, idemq; poſtea Rex Polonorum: viſum illi aliquando fuit tempus ludo fallere, & domeſticum quendam ſuum Johannem Conarium equitem ad aleam vocat: Ille paret, ludunt, alternat fortuna, & tandem, cùm multa nox eſſet, atq; incaluiſſent, placuit uno jactu de tota ſumma decidere. Is felix Caſimiro fuit, & pecuniam totam ad ſe attraxit: Indignatus Johannes & ſorti ſuæ iratus, per calorem Principem invadit, & fortiter os ejus depalmat, clamor & ira omnium, famulus dominum, eques hunc Principem? capitale erat, ſed beneficio noctis elabitur, & manè tamen captus reducitur, & Caſimiro ſiſtitur puniendus. Ille re bene conſiderata, in prudentem hunc ſermonem erupit: Amici, iſte minùs, quàm ego, peccavit, imò quicquid peccatum eſt, eſt meum, calor & ſubita ira (cui neq; ſapientes ſemper pares ſunt) transverſum eum egit, & mentem ac manum movit, ego cauſam ei præbui? cur oblitus conditionis & dignitatis meæ, quaſi cum pari luſi? tu Johannes non veniam à me ſolùm, ſed gratiam accipe, utili caſtigatione me docuiſti, ne quid in poſterum, indignum principe, committam, & intra decori & gravitatis metas me ſiſtam, *Matth. Tymp. ſpecul. boni magiſtr. ſign. 32.* Scitum eſt illud oratoris Domitii: cur ego te habeam ut principem, cùm tu me non habeas, ut Senatorem, *diſt. 95. cap. 7.* vel ut L. Craſſ. ad Conſulem Romanum: Ego te Conſulem putem, cùm tu me non putes Senatorem? *Matth. Tymp. ibid. n. 27.* præſtat autem officiis & adminiſtrationibus potiùs non peccaturos habere, quàm damnare, cùm peccaſſent, *Tacit. in Jul. Agric. vita.* Et facilius eſt excludere perniciosa, quàm regere, & non admittere, quàm admiſſa moderari, *Senec. lib. 1. de Ira, cap. 6.* Tres bonæ matres ſolent parere tres filias peſſimas: Veritas odium, Felicitas ſuperbiam, Familiaritas contemptum.

66. Authoritatem & nominis magnitudinem, tanquam ſummum rei faſtigium, & eminentis fortunæ ſuſtentaculum cuſtodiant, & ſarta tecta conſervent.

Sic conſueverunt Turcæ, ut Annibal Scotus *ad Tacit. hiſt. 4. verb. ſed coràm adire,* inquit, quo plus venerationis inſit, non ſolùm arcere aſpectu illos, quibus cum loquuntur; ſed etiam, cùm in publicum prodeunt, omnes occurrentes humi defigere oculos, quousq; ipſe tranſierit, jubere. Quod enim rarum, charum; vileſcit quotidianum, *Proverb.* Exemplum authoritatis conſervatæ ex raritate conſpectus continui & econtra perditæ & deſtructæ ex aſſiduitate continui aſpectus in propatulo eſt, apud Liv. *lib. 35. princ. ferè.* Omnium oculi in Quintium Corneliumq; conjecti. nam & in unum locum petebant ambo patricii, & rei militaris gloria recens utrumq; commendabat. Cæterùm ante omnia certamen accendebant fratres Candidatorum duo clariſſimi ætatis ſuæ imperatores, major gloria Scipionis, & quò major, eò propior invidiæ. Quintii recentior, ut qui eo anno triumphaſſet. Accedebat, quòd alter decimum jam propè annũ aſſiduus in oculis hominum fuerat, quæ res minùs verendos, magnos homines ipſa ſatietate facit: in Quintio nova & recentia omnia ad gratiam erant. Piſo indicio ſagittæ, vel inſita modeſtia, non in publicum egreſſus eſt, neq; ſe ſtudiis vulgi permiſit, *Tacit. hiſt. 4. in med. ferè.* Quærenda eſt authoritas, non ſolùm vitando & arcendo aſpectum, ſed etiam interdum longinqua adeundo & ex longinquo imperando. Majeſtatis ſalvæ major ex longinquo reverentia, *Idem annal. 1.* De Tiberio dicitur: Dubium, uxoríſne tædio, quam neq; criminari aut dimittere auderet, neq; ultra perferre poſſet; an, ut vitato aſſiduitatis faſtidio, auctoritatem abſentiâ tueretur, atq; etiam augeret, ſi quando indiguiſſet ſui Respubl. *Sueton. in Tiber. n. 10.* Inter diſcordes, Vitellio nihil auctoritatis, munia imperii Cæcina ac Valens obibant, dum ambitu, comitatu, & immenſis ſalutantium agminibus contendunt, comparanturq; variis in hunc aut illum Vitellii inclinationibus. Simul ipſum Vitellium, ſubitis offenſis, aut intempeſtivis blanditiis mutabilem, contemnebant metuebantq;, *Tacit. hiſt. 2. ad fin.* Exempla etiam in ſexu ſequiori adſunt, ubi mulieres, quæ fortè pudicitiam in propatulo habuerunt, authoritatem tamen ſuam cuſtodiverunt. Lenitis Tenceteris Legati ad Civilem & Velledam miſſi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinenſium perpetravere. Sed coràm adire alloquiq; Velledam negatum. Arcebantur aſpectu, quo venerationis plus ineſſet, ipſa, edita in turre delectus è propinquis conſulta reſponſaq; ut internuntius numinis portabat, *Idem hiſt. 4.* Sabinæ Poppææ cuncta alia fuere præter honeſtum animum, opes claritudini generis ſufficiebant. Sermo comis, nec abſur-

abſurdum ingenium. modeſtiam proferre. rarus in publicum egreſſus idq; velata parte oris, ne ſatiaret aſpectum, vel quia ſic decebat, *Idem annal. 13.* Ideo Principibus adeunda ſæpius longinqua imperii, *Idem annal. 3. in med.* ut quaſi ignoti fiant. Nam omne ignotum pro magnifico eſt, *Idem in Jul. Agric. vita.* majore fama, uti mos eſt, de ignotis, *ibid. paulò præced.*

Et quoties proficiſcendum eſt, literatos potiús á latere, quám lixas, calones, ſpadones, pondus inutile terræ, & fruges conſumere natos habeat. Tiberii aliquando profectio arte comitatu fuit, unus Senator conſulatu functus, Cocceius Nerva, cui legum peritia: eques Romanus, præter Sejanum ex illuſtribus Curtius Atticus, cœteri liberalibus ſtudiis præditi, fermè Græci, quorum ſermonibus levaretur, *Idem annal. 4.* His & ſimilibus ſtudiis conſervatur imperii majeſtas, quæ ſalutis eſt tutela, *Q. Curt. lib. 8.* ubi Auguſtus ſcil. Alexander Severus agere cœpit imperium, primùm removit judices omnes à Republ. & à miniſteriis atq; muneribus, quos impurus ille Heliogabalus ex genere hominum turpiſſimo provexerat: deinde Senatum & equeſtrem ordinem purgavit. Ipſas deinde tribus, & eos, qui militaribus nituntur prærogativis, purgavit & palatium ſuum comitatúmq; omnem, adjectis ex aulico miniſterio cunctis obſcœnis & infamibus: nec quenquam paſſus eſt eſſe in palatinis, niſi neceſſarium hominem. Jurejurando, deinde ſe conſtrinxit, ne quem adſcriptum, id eſt, vacantium haberet: ne annonis Rempubl. gravaret dicens: malum pupillum eſſe Imperatorem, qui ex viſceribus provincialium homines non neceſſarios, nec Reip. utiles paſceret, *& paulò poſt.* Aulicum miniſterium in id contraxit, ut eſſent tot homines in ſingulis officiis, quot neceſſitas poſtularet, *ſic paulò inferiùs.* Tacebantur ſecreta bellorum, itinerum autem dies publicè proponebantur, ita ut penderet edictum ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet; illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, & ſi dii voluerint, in prima manſione manſurus: deinde per ordinem manſionis, deinde ſtativæ, deinde ubi annona eſſet accipienda, & id quidem eouſq;, quamdiu ad fines barbaricos veniretur, tunc enim inde tacebatur, & omnes ambulabant ita, ne & diſpoſitionem Romanam barbari ſcirent: certum eſt autem, cùm nunquam id, quod propoſuerat, fefelliſſe, cùm diceret; nolle ab aulicis ſuas vendi diſpoſitiones, quod factum fuerat ſub Heliogabalo, cùm ab Eunuchis venderentur, quod genus hominum idcirco ſecreta omnia in aula noſce cupiunt, ut ſoli quid ſcire

ſcire videantur, & habeant, unde vel gratiam, vel pecuniam requirat. *Et in fine.* Notum eſt illud pietati tuæ, quod in Mario maximo legiſti: meliorem eſſe Remp. & propè tutiorem, in qua Princeps malus, eâ, in qua ſunt amici (miniſtri) principis mali. Siquidem unus malus poteſt, à plurimis bonis corrigi, multi autem mali non poſſunt ab uno, quamvis bono, ulla ratione ſuperari. Alexander optimus fuit; & amicos, miniſtros ſanctos & venerabiles habuit, non malitioſos, non furaces, non factioſos, non callidos, non ad malum conſentientes, non bonorum inimicos, non libidinoſos, non crudeles, nec circumventores ſui, non irriſores, non qui illum, quaſi fatuum circumducerent, ſed ſanctos, venerabiles, continentes, religioſos, amantes Principis ſui, & qui de illo nec ipſo riderent, nec riſui eſſe vellent, qui nihil venderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent, exiſtimationem Principis ſui, ſed amarent. Huc accedit, quod Eunuchos nec in conſiliis, nec in miniſtris habuit, qui ſoli Principes perdunt, dum eos more gentium aut Regum Perſarum volunt vivere: qui à populo & amicis Principem ſuum, & agentes ante omnia, ne quid ſciant, qui cùm empti ſunt & parvi fuerint, quid tandem poſſunt boni ſapere? *Ælius Lamprid. in Alexand. Severo.* Licinius Imperator ſpa- 68
donum & aulicorum omnium vehemens domitor erat. tineas ſoriceſque palatii eos appellans, *Sext. Aurel. Vict. Epit.* vel mures palatii, *Pompon. Læt. in M. Jul. Licin. Licinian. in fine.* Tacitus vocat ejusmodi aulicos dehoneſtamenta amicitiarum. Aggregabantur è plebe, flagitioſa per obſequia Vitellio cogniti, ſcurræ, hiſtriones, aurigæ, quibus Vitellius amicitiarum dehoneſtamentis mirè gaudebat, *hiſt. 2.* Darius eos purpuratos appellavit, *Q. Curt. lib. 3. in med.* & apud Liv. paſſim purpurati nominantur. Sopatrum ex purpuratis & propinquis regis eſſe; eum cum quatuor millibus Macedonum & pecunia miſſum, nuper in Africam eſſe Annibali Carthaginenſibus auxilio, *lib. 33. in fine.* Philippus Rex pari numero equitum cum duce Athenagora uno ex purpuratis, ad laceſcendos hoſtium equites miſit, *lib. 30.* Regi præter Achæorum & unus ex purpuratis latus cingebat, *lib. 32. in fin.* Eò mittit Antigonum ex purpuratis unum, qui juberet multitudinem Gallorum ad Bylazota, caſtra movere, *lib. 44. an. ab U.C. 589.* C. Cæſar aulicum quendam auream pecudem appellavit, *Tac. an. 13. pr.* Einen poſementirten Eſel. Videmus enim quotidie plurimos aulæ miniſtros ſegmentis aureis & argenteis velut auratos corruſcare atq; ita incedere, &

cœlatorum ſeu pictorum inſtar maxima crimina coloribus obſuſcare, ſpecieq; quadam & apparentia, ſua vitia virtutum nomine celare & obumbrare, eaq; loco & tempore inter incautos ſeminare. Ne terreat vanus aſpectus, & auri fulgor atq; argenti, quod neq; tegit, neq; vulnerat, *Idem in Jul. Agric. vita.* Poſamenten wärmen nicht/ machen auch kein Hertz nicht *Proverb.* rari illorum dicunt: in ipſa hoſtium acie, inveniemus noſtras manus, *Ibid. verb. ſeq.* Optimè tradit Jul. Capitolin. *in vita Alexandr. Severi*, quando ait: Princeps bonus fit, ſi bonis utatur amicis, (conſiliariis) & quando ita Princeps bonus, bonis utitur amicis & conſiliariis, facere rectè cives ſuos, ut princeps optimus faciendo, docet, cumq; ſit imperio maximus, exemplo major eſt, *Vellej. Patercul. lib. 2. in fine.* Exemplo Trajani qui cuidam Principi, quum præficeret eum prætorianis cohortibus, atque ipſum ob eam cauſam gladium accingere oporteat, dixitq;: accipe gladium, quem pro me, ſi bene atq; ratione imperavero, diſtringes, ſin minùs, eo ad interitum meum utere, *Dio Caſſ. lib. 68.*

69. De fortuna Aulicorum. Perbeati fuiſſe illi videri ſolent, qui in optima Republ. cùm, & honoribus, & rerum gloria florerent, cùm vitæ curſum tenere potuerunt, ut vel in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate eſſe poſſent, *Cic. de orator. lib. 1. princ.* At magna pars hominum eſt (præſertim aulicorum) quæ navigatura de tempeſtate non cogitat, *Senec. de Tranquill. anim. cap. 11.* Sed ſe in ſecuritatis portu, in fortunæ poſſeſſione, in felicitatis dominio & ſecundarum rerum arbitrio vitam perpetuò tranquillam acturos confidunt, cùm Principis ſui vitam, mores, ſecreta & cogitationes intimas ſibi cognita diſſerunt, ad nutum & voluntatem ſuam ardua quævis conſueviſſe exſequi, amorem longo tempore uſcaptum, gratiam poſſeſſione diutina conſtantem, benevolentiam adquiſitam, honores immortales ſomniant, hinc ſe in fortunæ theatro conſtitutos felices beatosq; prædicant. At omnium iſtorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas eſt, *Senec. epiſt. 115.* maximæ cuiq; fortunæ minimè credendum eſt, *Liv. lib. 30. orat. Annib. ad Scip.* Nemo enim eſt, cui felicitas ſua, etiamſi curſu venit, ſatisfaciat, *ibid.* Verum quidem eſt, quod Horat. *epiſt. lib. 1. epiſt. 17.* ait: Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt. Sed ſtatim verſu ſequenti ita ſubjicit:

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Pauci ſunt, qui hoc ſibi cordi eſſe volunt, quod Terent. *in Heaut. act. 1. ſc. 2.* monet: Hoc ſcitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet.

Inte-

Intelligere debemus homines in arbitrio fortuitorum, non fortuita in arbitriis hominum eſſe. Ex ſummo retrovolvi fortuna conſuevit, *Liv. lib. 45. circa fin.*

- - - - - heu fortuna quis eſt crudelior in nos
Te Deus? ut ſemper gaudes illudere rebus
Humanis - - - *Horat. Satyr. lib. 2. Satyr. ult.*

Puncto ſæpe temporis maximarum rerum momenta vertuntur, *Liv. l. 3. anno ab U. C. 296.* Ita quoq; comparatum eſt in ætate hominum, ita Dis placitum, voluptati, ut mœror comes conſequatur: quin incommodi plus maliq; illico aſſit, boni ſi obtigit quid, *Plaut. in Amphit. act. 2.* Mihi, inquit Tacitus, quantò plura recentium ſeu veterum revolvo, tantò magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obverſahtur, *annal. 3.* Rebus cunctis ineſt quidam velut orbis, *ibid.* Cuncta mortalium incerta, quantoq; plus adeptus foret, tantò ſe magis in ludibrio dictabat Tiberius, *Idem annal. 1. circa fin.* Funus cenſorium Flavio Sabino ductum: magna documenta inſtabilis fortunæ, ſummaq; & ima miſcentis, *Idem hiſt. 4.* O fallacem aulicorum ſpem fragilemq; fortunam, & inanes contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur & corruunt, & antè in ipſo curſu obruuntur, quàm portum conſpicere potuerunt, *Cic. lib. 3. de orator. princ. ferè.* Alii dignitate decidunt & præter fortunas nihil amittunt: alii ita cadunt, ut merâ triſtitiâ tum bona, tum vitam ipſam amittant; alii ita prolabuntur, ut cum facultatibus ac vita exiſtimationem quoq; perdant: adeò infeſtam & crudelem experti fortunam, ut, ſi plura inveniſſet, plura erepturа fuerit, *Anton. de Guevar. horol. princ. lib. 1. cap. 17. n. 61.* Achæus vitam finiens exemplum poſteris duplice nomine haud inutile factus. Primum ad hoc, ne quis temere cuilibet fidem habeat: deinde, ne quis propter rerum ſucceſſum inſoleſcat, ſed cuncta exſpectet, quæ hominibus accidere poſſunt, *Polyb. lib. 8. n. 8. in fine.* fortuna humana fingit artatq;, ut lubet. me, qui liber fueram, ſervum fecit, è ſummo infimum, qui imperare inſueveram, nunc alterius imperio obſequor, *Plaut. in Captiv. act. 2.* Lubricum eſſe primum, apud Reges, locum; inquit Platina, *in vita Pii Pontific.* omnium rerum viciſſitudo eſt, *Terent. in Eunuch. act. 2. ſc. 2.* Et, quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuere. Inveteraſcet hoc quoq;, & quod exemplis tuemur, inter exempla erit, *Tacit. annal. 11.* Erat Apelles, qui ſolus omnia adminiſtrabat, hic regiæ intentionis ignarus putansq;, quàm primùm ante Regis conſpectum veniret, omnia ſe ex ſententia conſecuturum,

rum, ex Chalcide Corinthum venit. Cùm urbi appropinquâſſet, Leontius & Ptolomæus & Megaleus, qui ſcutatus & cæteris gravioris armaturæ militibus præerant, magno ſtudio eum accipere, hortari juventutem, ut redeunti obviam procederet. Magna igitur ſtipantium ducum & militum pompa comitatus, recto itinere in regiam venit. Cum autem ingredi ſtatim, ut conſuerat, vellet, janitor quidam eum exſpectare juſſit, occupatum eſſe in præſentia regem, dicens. Apelles novitatem rei admiratus, hæſitabundus aliquandiu conſtitit. Mox mœſtus atq; inops conſilii, inde profectus eſt. Reliqui omnes repente ab eo diſſeſſerunt, ut tandem ſolus cum propriis pueris domum ſit reverſurus. Quam parva temporis intervalla homines in excelſo faſtigio collocant? eosdem rurſus ad extremam miſeriam ac calamitatem redigunt; atque eos maximè, qui in aulis Principum vitam agunt? Hi enim ſimiles ſunt ſuffragiis, quæ in publicis conſiliis dari ſolent. Nam, ut illis pro eorum, qui conſulunt voluntate, quæ modo ænea fuerunt, mox aurea dantur; ita qui regias principum ſequuntur, pro regis voluntate nunc beati, mox miſeri fiunt. *Polyb. lib. 5. n.6.*

Neſcia mens hominum, (aulicorum) fati, ſortiſque futuræ,
Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis.

Virgil. 10. Æneid. verſ. 501.

Unde Archidamus Philippo Regi Maced. poſt victoriam in Cheronæâ inſoleſcenti reſcripſit: Si umbram tuam metiri volueris; haudquaquam nunc majorem deprehendes, quàm fuit ante victoriam, *refert Nicol. Vernul. obſ. polit. ex Tacit. lib. 1. obſ. 69.* Orontes Regis Artaxerxis gener ignominiâ à Rege irato affectus ac damnatus, dixit: Quemadmodum digiti

70. rationes ſupputantium modo ccıↃↃ modo unitatem repreſentant: ita Regum amicos aliquando ſummo, mox infimo haberi loco, *Plut. in Apoph. n. 11.* Ita vita eſt aulicorum, quaſi cum ludas teſſeris; ſi illud, quod maxumè opus eſt jactu non cadit, illud, quod cecidit fortè, id arte ut corrigas, *Terent. in Adelph. act. 4. ſc. ult.*

Multa cadunt inter calicem ſupremáque labra.

Velut apud A. Gellium *lib. 13. c. 16.* refertur: inter os atque offam multa intervenire poſſe. Multi qui conflictari adverſis videntur, beati: ac plerique quanquam magnas per opes, miſerrimi: ſi illi gravem fortunam conſtanter tolerent, hi proſperâ inconſultè utantur, *Tacit. annal 6.* Mihi in incerto judicium eſt, inquit Tacit. fatóne res mortalium & neceſſitate immuta-

mutabili, an ſorte volvantur. quippe ſapientiſſimos veterum, diverſos reperies, ac multis inſitam opinionem, non initia noſtri, non finem, non deniq; homines diis curæ, ideo creberrima & triſtia in bonos, læta apud deteriores eſſe. Contra alii, fatum quidem congruere rebus putant, ſed non è vagis ſtellis, verùm apud principia & nexus naturalium cauſarum: ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt; quam ubi elegeris, certum imminentium ordinem, neq; mala vel bona, quæ vulgus putet; multos, qui conflictari adverſis videantur, beatos, ac pleroſq; quanquam magnas per opes, miſerrimos: ſi illi gravem fortunam conſtanter tolerent, hi proſperà inconſultè utantur. Cæterùm plurimis mortalium non eximitur, quin primo cujusq; ortu ventura deſtinentur: ſed quædam ſecus, quàm dicta ſint, cadere, fallaciis ignara decentium, *annal. 6.* Æquiori tamen animo ferre poſſunt, qui non culpâ, ſed fortunâ, quodcunq; acciderit, tolerant. Verginium & Rufum claritudo nominis expulit. Nam Verginius ſtudia juvenum eloqnentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fovebat, *Tacit. annal. 15. in fine.* Sic non adeò infelix eſt ea fortunæ mutatio. C. Caſſio & Silano nullum ob crimen, nullam ob culpam facta. Prohibetur C. Caſſius officio exſequiarum Poppeæ. - Sed Silanus additur nollo crimine; niſi quòd Caſſius opibus vetuſtis, & gravitate morum, Silanus claritudine generis, & modeſtâ juventâ præcellebant. Igitur miſſa ad Senatum oratione, removendos à Republica utroq; &c. *Idem annal. 16. princ.* Junius Blæſus, Lugdunenſis Galliæ Rector, genere illuſtri, largus animo, & par opibus, circumdabat Principi miniſteria, comitabatur liberaliter, & ipſo ingratus, quamvis odium Vitellius humilibus blanditiis velaret, *Id. hiſt. 2.* Nihil rerum mortalium tam inſtabile ac fluxum eſt, quàm fama potentiæ, non ſua vi nixæ. ſtatim relictum Agrippinæ limen. Nemo ſolari, nemo adire præter paucas feminas, amore, an odio incertum, *Idem an. 13.* Ideo, quò major fortuna, eò majus periculum, ut Tacitus de C. Gracchi infante exſilii ſui comite poſtea adulto ait: nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula. Econtra ex mediocritate minora ſunt timenda, *ut idem annal. 14. ait.* Inde crebri queſtus, nec occulti per vulgum, cui minor ſapientia, & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula ſunt. Imitandus eſt Corbulo, hic, quamvis ſecundis rebus ſuis, moderandum tamen fortunæ ratus, *Idem annal. 13. princ.* Informationem vitæ aulicæ bene inſtituendæ & ad mediocritatem atq; æquabilitatem in utraq; fortuna conſervandam, moralem inſtitutionem & doctrinam tradit Horatius, *lib. 2. carmin. od. 10.* 71.

Rectiùs vives, Licini, neq; altum
Semper urgendo: neq; dum procellas
Cautus horreſcis, nimiùm premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret invidendâ
Sobrius aulâ.
Sæpiùs ventis agitatur ingens
Pinus: & celſæ graviore caſu
Decidunt turres: feriuntq; ſummos
Fulmina montes.
Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus, informe is hiemes reducit
Jupiter: idem.
Summovet, non, ſi male nunc: & olim
Sic erit - - - - - - - - - -

Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præſcribit, ut nihil in vita nobis præſtandum, præter culpam putemus: eaq; cùm careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus, *Cic. epiſt. lib. 6. ad A. Torquat. epiſt. 1. & epiſt. 4. ſeq.* Quando præſtitimus, quod debuimus, moderatè, quod evenit feramus. Notiſſima vox eſt ejus, qui in cultu Regum conſenuerat, cùm illum quidam interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet ſenectutem? injurias, inquit, accipiendo & gratias agendo, *Senec. de ira. cap. 33. lib. 2.* Finis omnium cum dominante ſermonum gratiarum actio, *Tacit annal. 14.* Periculoſiſſima res eſt Regum familiaritas, quorum conſuetudinem ſpectatiſſimus quisque flammarum naturæ: bene comparat, quæ ſicut paulum à ſe remota, illuminant; ita ſatis admota incendunt.

Aula ſuis rapidos imitatur moribus ignes:
Errat, ad hanc facilem qui putat eſſe viam.
Ureris, propius ſi paulò acceſſeris: at mox
Horridus algebis, ſi procul abſueris.
Si medium teneas calidi, ſplendoris & aulæ:
Quæ ſatis eſt, nunquam copia deſtituet.

Erga

Ergo frequens aulæ, cave, ne ſis hoſpes: eandem
Ne fugias: felix ſi cupis eſſe diu.
Georg. Richter. in axiomat. polit. cap. 161.

Optimè ſanè omnes aulici, quotquot eorum ſunt, qui prudentes ſapeſe, aut ſapientes prudenter agere volunt, illud, quod Cicero dicit, mente colligant, animo revolvant, pectore ſervent, quando ita ait: Nihil eſt, quod minùs ferendum ſit, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere aulicum, qui non poſſit ſuæ reddere, *in Q. Cæcil. div. n. 27.* nam qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet, *Plaut. in Trucul. princ. ſerè.* quæ ſanè non poſtrema vitæ aulicæ informatio eſt habenda. Læta non- 72. nullis eſſe ſolet aula & proſpera, quibus paucis momentis poſtea infauſta, quibusdam verò initio adverſa, poſtea ſecunda, paucis ſemper fortunata & conſtans, plurimis ſemper ingrata & adverſa. Sic ſegetem nimia ſternit ubertas, ſic rami onere franguntur, ſic ad maturitatem non pervenit nimia fœcunditas. Idem animis quoq; evenit, quos immoderata felicitas rumpit, *Senec. epiſt. 39.* Itaq; omnes aulicos, cùm ſecundæ res ſunt maxumæ, tum maxumè meditari oportet, quo pacto adverſam ærumnam ferant, *Terent. in Phorm. act. 2. ſc. 1.* Ariſtoteli exprobravit aliquando Diogenes vitam aulicam, dicens: Tu qui relicta Academia aulis addixiſti, cœnas, quando Alexandro libet, at ego, quando Diogeni. Poſtremò, canibus venaticis ſimiles ſunt aulici, qui primis annis ſagaces & celeres venationibus aptiſſimi, multis autem annis in venationibus conſumptis pedum dolorem oſtentantes, ut inutiles & alimento indigni, facilè è medio tolli jubentur. Themiſtocles oſtendit alicui in littore triremes veteres, jam abjectas & contemptas: tales adminiſtratores Reip. eſſe dicens, cùm non ultra ex iis fructus, *Plutarch. in Themiſtocl. n. 4.*

Kyrie, qui ſonuere, canunt Eleiſon in aula.
Ut, re, mi, fa, ſol, la, dum tollitur aulicus, inquit.
La, ſol, fa, mi, re, ut, dum cadit, alter ait.
Johan. Owen. epigr. lib. 1. in fine.

Nolite itaq; confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus, *Pſalm. 146. v. 3.* præſertim, qui etiamſi ætate provectâ, ſpeciem magis in amicitia Principis, quàm vim tenent, *Tacit. annal. 3.* Non ut Cotta Meſſalinus, cùm de potentia M. Lepidi ac L. Arruntii, cum quibus ob rem pecuniariam diſceptabat, quereretur, addidit, illos quidem Senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus, *Tacit. annal. 6. princ.* Procul à Jove, procul à fulmine, *Proverb.*

Digitized by Google

Uſibus edocto ſi quicquam credis amico
Vive tibi, & longè nomina magna fuge.
Vive tibi quantúmq; potes, prælustria vita:
Sævum prælustri fulmen ab arce venit.
Ovid. Eleg. 4. triſt. lib. 3.

73. Apollo Gygi Lydorum Regi reſpondit: magis ſe probare ſecuritate ridens trigurium, quàm triſtem curis & ſolicitudinibus aulam: paucasque glebas, pavoris expertes, quàm pinguiſſima Lydiæ arva metu referta: & unum aut alterum jugum boum, facilis tutelæ, quàm exercitus & arma, & equitatum voracibus impenſis onerosum, & uſus neceſſarii horreolum nulli nimis appetendum, quàm theſauros omnium inſidiis & cupiditatibus expoſitos, *Valer. Max. lib. 7. cap. 1. in fine.* Temporibus Hadriani Imperatoris ſummi erant viri Turbo & Similis, quorum ille rei militaris peritiſſimus: hic præfectus prætorio, qui deinde præfecturam prætorianorum invitus obiit, qua poſtea ſe ipſe abdicavit, ac vix tandem dimiſſus, ruri reliquos ſeptem vitæ annos conquievit, ſuoq; ſepulchro moriens inſcribi juſſit hæc verba: Hic jacet Similis, cujus ætas multorum annorum fuit: ipſe ſeptem duntaxat annos tantum vixit, *Dio Caſſ. lib. 69. in fine.* De paucis hoc aulicorum, quod L. Voluſio evenit, dici poteſt: Egregia fama conceſſit, cui tres & nonaginta anni ſpatium vivendi, præcipuæq; opes bonis artibus inoffenſa tot Imperatorum malitia fuit, *Tac. annal. 13. in med. ferè.* Quid tu? inquit Scytharum legatus, ignoras, arbores magnas diu creſcere, unâ horâ exſtirpari? ſtultus eſt, qui fructus earum ſpectat, altitudinem non metitur. Vide, ne dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipſis ramis, quos comprehenderis, decidas. Leo quoq; aliquando minimarum avium pabulum fit, & ferrum rubigo conſumit. Nihil tam firmum eſt, cui periculum non ſit, etiam ab invalido. *Et paulò pòſt inferiùs:* Proinde fortunam tuam preſſis manibus tene, lubrica eſt, nec invita teneri poteſt. Impone felicitati tuæ frenos, faciliùs illam reges. Sine pedibus dicunt eſſe fortunam, quæ manus & pinnas tantùm habet: cùm manus porrigit, pinnas quoq; comprehendere non ſinit, *Q. Curt. lib. 7.* Moneant vos utriusq; fortunæ documenta, ne contumaciam cum pernicie, quàm obſequium cum ſecuritate malitis, *Tacit. hiſt. 4.* nam unde gloria egregiis viris, inde & pericula diſcunt, *Idem annal. 15.*

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut priſca gens mortalium

Paterna

Paterna rura, bobus exercet ſuis.
Solutus omni fœnore.
Neq; excitatur claſſico miles truci,
Neq; horret iratum mare,
Forum vitat, & ſuperba civium
Potentiorum limina.
Horat. epod. lib. 1. od. 2.
Stet, quicunq; volet potens
Aulæ culmine lubrico,
Me dulcis ſaturet quies,
Obſcuro poſitus loco
Leni perfruar otio, *&c. Senec. Thyeſt.*

Et de iis hæc qui vel omnino aulam frequentare detrectant, vel illam, ut variam, inconſtantem, infelicem & ſæpe periculoſam feſſi & contemnentes deſerunt, vitamq; ſuam in tranquillo & otio magis obſcuro quaſi poſito loco, quàm in ſtrepitu & frequentatione negotioſa tranſigere ſibi proponunt, potiſſimum ſunt intelligenda. Qui verò Principis gratiam conſervare, favorem clementiæ retinere, odium declinare, & criminationes præcavere in animo habent; aulam colere, quotidie ferè in oculis principis verſari & ſtudiis aulicis inſervire, tam neceſſarium, quàm utile ſibi eſſe ſtatuant, *ut Joh. Bœcler. ait.* Qui in aula multum poſſunt, illi fortuna ſua certius ac ſtabilius frui nequeunt, quàm ſi præſentes, & in omnia intenti, opibus ſemel paratis incubant; abſentium obliviſcitur fortuna, quæ longinquo cultu vix propitiari conſuevit. Adſunt æmuli, & ſingula momenta captant, quibus ſuum faciant, quod abſenti debebatur, *Et ex Grammond. 2. refert.* Qui ſummam tenet in aula, niſi præſens pugnaverit, vincitur, rara eſt per fugam victoria, *in lib. 1. hiſt. Tacit. annot. polit. cap. 19.*

De exitu aulicorum. Sic ſcilicet res ſecundæ valent commu- 74.
tare naturam, & rarò quiſquam erga bona ſua ſatis cautus eſt, *Q. Curt. l. 10. princ. ferè.* & inter obſequia fortunæ non ſatis cauta mortalitas eſt, *Idem lib. 8.* Humanus enim animus inſatiabilis eſt, eo quòd fortuna ſpondet, ad altiora & non conceſſa tendit, *Liv. lib. 4. anno ab U.C. 315.* hinc: alta amant præcipitia. Intacta invidia media ſunt, ad ſumma fermè tendit, *Idem lib. 45.*

Ima tenent pacem, perflant altiſſima venti.
- - - - - - - tolluntur in altum
Ut lapſu graviore ruant - - - - *Claudian. lib. 1. in Rufin.*

C. Geminius Regulus Sejanum æde eductum comitantibus Magiſtratibus reliquis, & Lacone, in carcerem traxit. Is caſus humanam imbecillitatem egregiè ob oculos ponit, monetque nuſquam inflatè ſe gerere. Quem enim manè, ut præſtantiorem ſe univerſi ad curiam comitati fuere, tunc quaſi nequaquam ſe meliorem in carcerem rapuerunt; quem coronis antea dignati fuerant, ei tum vincula induxerunt; quem tanquam dominum ſtipaverant, eum fugitivi inſtar cuſtodierunt, tegimenq; obvelanti eſſe detraxerunt, alapis ingeſtis, quem antè prætexta purpura veſte decoraverant, cui genua flexerant, ac ut Deo ſacrificaverant, eum tum ad mortem duxerunt. Itaq; capite multatus in Gemonias projectus eſt, eumq; totum triduum populus ludibrio habitum in Tiberim miſit, *Dio Caſſ. lib. 58. Senec. de Tranquill. anim. cap. 11.* Quemadmodum de ipſo Principe, ejus fortuna & præcipitio. Scipio in oratione ad Antiochi legatum inter alia reſpondit: Regum majeſtatem difficilius à ſummo faſtigio ad medium detrahi, quàm à medio ad ima præcipitari, *Liv. lib. 37.* Ita de aulicorum apud Principes potentia & authoritate dicendum: Aulicorum poteſtatem & authoritatem difficiliùs à ſummo faſtigio ad medium detrahi, quàm à mediis ad ima præcipitari. Ut quemadmodum Reges & Principes difficiliùs quidem cadunt, quàm privati, at ſi labi incipiant, penitus ruunt, ne reſurgere queant; ita aulicorum eſt conditio, & ſi tardiùs & difficiliùs, quàm mediocris fortunæ, & minorum gentium aliqui cadant, ſimul ac autem cadere incipiant, ipſum præcipitium adeſt. Caveat igitur aulicus cadere, cavebit præciptari. Nominati ſunt Reges Macedonum amici purpurati duces exercituum, præfecti navium aut præſidiorum, ſervire Regi humiliter, aliis ſuperbè imperare aſſueti; prædivites alii: alii quos fortuna non æquaret, his ſumptibus pares: regius omnibus victus veſtitusque, nulli civilis animus, neq; legum, neq; libertatis æquè patiens: omnes igitur qui in aliquibus miniſteriis regiis, etiam qui in minimis legationibus fuerant, juſſi Macedonià excedere, atq; in Italiam ire: qui non paruiſſet imperiò, mors denunciata, *Liv. lib. 45.* ſuos cuiq; mores plerumq; conciliare fortunam, *inquit Cic. de Tit. Attic. vita per Cornel Nepot. ad finem.* Falleris Sejane, inquit Tiberius, ſi te manſurum in eodem ordine putas, *Tacit. annal. 4.* Inviſo ſemel aulico ſeu bene ſeu malefacta premunt, *Idem hiſt. 1.*
75. Multi ſe bene ſaginant, ut porci, qui in cibum Domini mactantur. Multis pro ſpongiis utuntur Principes. Domi ne ſis, ſecure Domine Placentine, de rebus tuis ſollicitam gere curam, non eorum ſequere mores, quorum

natura,

natura, aliena eſt melius videre & dijudicare, quàm ſua? an eo fit, quia in re ſua aut gaudio ſunt præpediti aut ægritudine, *Terent. in Heaut. act. 3. ſc. 1.* Caractacus ad Claudium Cæſarem: ſi quanta nobilitas & fortuna mihi fuit, tanta rerum proſperarum moderatio fuiſſet, amicus potiùs in hanc urbem, quàm captus veniſſem, *Tacit. annal. 12. in med.* Alexander M. cùm Hermalvum, Attalum, Philotam, Parmenionem, Lyncellen, Alexandrum & Clitum, quem temerariâ linguâ, probra in ſe dixiſſe, arguit ut parricidas perſequebatur, tandem dixit: Regum ducumq; clementia, non in ipſorum modo, ſed etiam in illorum, qui parent, ingeniis ſita eſt. Ubi verò reverentia exceſſit animis, & ſumma imis confundimus, vi opus eſt, ut vim repellamus, *Q. Curt. lib. 8.* Latiaris præcipuus olim circumveniendi Titii Sabini, & tunc luendæ pœnæ primus fuit, *Tacit. annal. 6. princ.* P. Sicilium vidit ſequens ætas præpotentem venalem, & Claudii principis amicitiâ diu proſperè, nunquam bene uſum, *Idem annal. 4.* Ælius Sejanus mox Tiberium variis artibus devinxit adeò, ut obſcurum adverſum alios, ſibi uni incautum intectumq; efficeret, *Ibid. princ.* Plantina nupta olim Gn. Piſoni, & palàm læta morte Germanici, cùm Piſo caderet, precibus Auguſtæ, nec minùs inimicitiis Agrippinæ defenſa erat, ut odium & gratia deſiere; jus valuit, petitaq; criminibus haud ignotis ſua manu, ſera magis, quàm immerita ſupplicia perſolvit, *Idem annal. 6. in med.* Romanus Hiſpo egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis ſævitiæ Principis adrepit, mox clariſſimo cuique periculum faceſſit, potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus, dedit exemplum, quod ſecuti ex pauperibus divites, ex contemptis metuendi, perniciem aliis ac poſtremum ſibi invenere, *Idem annal. 1. ad fin.* Triſtis & tragicus erat ſomnii lætioris eventus piſtoris Pharaonis, *Geneſ. 40. v. 29.* Juſtinianus cùm triumphum Belliſario decreviſſet, ſpargi in vulgus pecuniam juſſit, cum inſcriptione hac: Belliſarius decus Romanorum. Tandem Belliſarius ex Italia Conſtantinopolin revocatus, premente invidia excœcatus, in Sophiæ templo panem mendicare quotidie coactus eſt, frequenter hac voce uſus: Date panem Belliſario, quem virtus extulit, invidia depreſſit. Nulli regiæ aulæ ſplendore fulgentes ſunt tuti: arridet, ut ſæviat; blanditur, ut fallat; illicit, ut occidat; extollit, ut deprimat fortuna. Maxima quæq; bona ſolicita ſunt, nec ulli fortunæ minùs bene, quàm optimæ creditur. Alia felicitate ad tuendam felicitatem opus eſt: & pro ipſis quæ ſucceſſerunt, votis, vota ferenda ſunt, *Senec. de brevit. vita cap. 17.* Conſul Romanus Æmilius

Paulus

Paulus cùm Perſeum captivum duceret ad ſuos converſus: Exemplum inſigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum, vobis hoc dico juvenes: ideo in ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè ac violente conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cùm, quod veſper ferat, incertum ſit, *Liv. lib. 45. princ. ferè.* Et Philippus Theſſalis: Nondum omnium dierum ſol occidit, *Idem lib. 39. anno ab U. C. 569. Proverb. Sal. 27.* Eſt enim ſapientis, quicquid homini accidere poſſit, id præmeditari ferendum modicè, ſi advenerit eſſe. majoris omnino eſt conſilii, providere, ne quid tale accidat: ſed animi non minoris, fortiter ferre, ſi evenerit, *Cic. Philipp. 11. n. 7.* Modum itaque imponere ſecundis rebus, nec nimis credere ſerenitati præſentis fortunæ, prudentis hominis & meritò felicis eſt, *Idem Liv. lib. 42. in fine.* Tandem quod omnium rerum ultimum, utinam pia mente non ſolùm omnes aulici, verum etiam omnes homines colligerent & affirmarent.

Riſi, ploro: fui, non ſum, ſtudui, requieſco,
Luſi, non ludo: cecini, nunc mutio: pavi
Corpus, alo vermes: vigilavi, dormio, dixi
Salve, dico vale: rapui, rapior: ſuperavi,
Vincor, certavi, pace utor, jure ego vixi.
Jure igitur morior: non obſto, obſtare nequirem:
Terra ſui quondam, rurſum ſum terra, nihil ſum;
Terra caduca vale, vermes, ſalvete, recumbo.

Philipp. Cametar. oper. ſubciſ. cent. 2. cap. 38.

LIBER

LIBER SECUNDUS.

DE
FIDE PRIVATA.

NOn tantum publicè, ſed etiam ſingulis hominibus privatim expedit potiùs concordare cum aliis, quàm contendere, omniaq; facere, ut ſint inter ſe amici, *l. 33. ff. de uſu & uſufr.* Quæ concordia & amicitia fide & præſtatione ejus, quod in ſingulis contractibus, pactis & conventionibus privatis convenit, alitur & ſuſtentatur. Sunt quidem privata nulla naturâ, ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut bello, aut qui victoriis potiti ſunt, aut lege, aut pactione, conditione, ſorte, *Cic. offic. 1. n. 21.* Poſtquam enim Deus æternus univerſam mundi machinam & ſingula, quæ in ea habentur, ipſumq; hominem ad imaginem ſuam creaviſſet, univerſalem dominationem etiam ſine ulla dominii aut proprietatis diſtinctione ipſi homini conceſſit, ut ei omnia naturali jure eſſent ſubjecta, *Geneſ. 1. v. 26. 28.* Cùm autem genus hominum in multitudinem innumerabilem excreſceret & naturaliter ad diſſentiendum inclinati eſſent, *l. 17. §. 6. ff. de Recept. qui arbitr. recep.* propter materiam communionis, quæ diſcordias excitari ſolet, *l. 77. §. 20. ff. de legat. 2.* ceſſavit quodammodo jus naturale, & jus gentium prodiit, ex quo introducta bella: diſcretæ gentes: regna condita: dominia diſtincta: agris termini poſiti: ædificia collocata; commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes inſtitutæ, *&c. l. 5. ff. de Juſt. & Jure.* ut Bojocalus ait: Sicut cœlum diis; ita terras generi mortalium datas: quæcunq, ſint vacuæ, eas publicas eſſe, *Tacit. annal. 13. in fine.* at naturali ratione, neq; publicæ manent, ſed ut privatæ occupanti conceduntur, *l. 3. l. 7. §. 3. ff. de Adquir. rer. dom. §. 22. Inſt. eod.* quæ naturalis ratio, Jus Gentium dicitur, *§. 12. & §. 11. 41. ibid.* Nam ſi per naturalem rationem jus naturale & non jus Gentium intelligeretur, nulla foret proprietatis aut dominiorum diſtinctio, ſiquidem jure naturali ſunt & manent omnia communia.

Aaaa CAPUT

CAPUT PRIMUM
De Permutatione.

1. OMnium contractuum antiquiſſimus eſt permutatio, quæ ſim[illegible] citate partim, partim neceſſitate olim conſtabat. Simplici[illegible] ideo, quòd homines primævi non erant tanti ingenii, [illegible] tiæ aut verſutiæ: in magna rerum copia & hominum pau[illegible] ut rem à re qualitate naturali, aut quantitate juſtæ æſtimationi[illegible] exactè diſcernere poſſent, ut nunc: cùm ſæpe res quædam non ex q[illegible] aut bonitate ſua naturali, ſed potiùs malitia, avaritia, libidine, [illegible] (ut in ſuccino luxuriæ exemplum habemus: ut Tacit ait: Sed & [illegible] tantur, ac ſoli omnium ſuccinum, quod ipſi Glesum vocant, inter [illegible] que in ipſo litore legunt. Nec quæ natura, quæve ratio gignat, ut B[illegible] quæſitum compertúmve diu, quin etiam inter cætera ejectamenta [illegible] jacebat, donec luxuria noſtra dedit nomen, ipſis in nullo uſu, rud[illegible] informe perfertur; pretiumq; mirantes accipiunt, *&c. de morib G[illegible]* Sæpe etiam rei penuria, quæ hac hora ſimplo vendebatur, altera [illegible] etiam triplo carius venditur, ſed, licèt utra eorum quãtitate parum [illegible] ret, tamen per mutationem inſtituebant, quemadmodum & hodie [illegible] cis orientalibus ejusmodi permutationes à peregrinantibus Batavis [illegible] cum hebetioribus iſtis hominibus exercentur. In prima ſocietat[illegible] Ariſtotel. id eſt, in domo manifeſtum nihil opus eſſe pecuniaria, [illegible] majori exſiſtente ſocietate. Alii enim illorum communiter [illegible] omnia, alii ſeparatim multa, rurſus & alia, quorum ſecundùm indi[illegible] neceſſe erat, permutationem facere, quemadmodùm adhuc faciunt [illegible] rorum nationes multæ, alia pro aliis dantes, recipientesq;, utili[illegible] utilibus tradunt, ultra verò nihil; ceu vinum pro tritico, & certis [illegible] Hujusmodi ergo permutatio neq; præter naturam eſt, neq; ad ampl[illegible] nem patrimonii pertinet, cùm ſit in ſupplimentum indigentiæ ſec[illegible] naturam, *lib. 1. polit. cap. 9.* Neceſſitate verò ideo, quod aliter co[illegible] propter defectùm nummorum non poterant. Sed hodie, cùm non ſimpli[illegible] citate quidem tali, neq; neceſſitate: homines conveniunt & permuta[illegible] alter alterum conſultò decipere poſſit, &, ut fides tutior habeatur, re[illegible] res quodammodo ad æqualem proportionem: Neq; enim ulla eſſ[illegible] tas poteſt, inquit idem Ariſt. niſi ſit permutatio; neque permutatio [illegible]

æq-

æqualitas: neq; æqualitas, niſi etiam commmenſuratio ſit, ac re quidem vera fieri non poteſt, ut quæ adeò inter ſe diſtant, commenſurabilia efficiantur: ſed pro indigentiæ tamen ratione, ſatis commodè fit, *lib. 5. de morib. cap. 8. in fine.* Utrinq; fidem præſtent, dolum & culpam, fraudemq; decipiendi avertant, & quæ in emptione, eadem etiam in permutatione veniunt præſtanda, *argt. l. ult. ff. de rerum permut. Rittershuſ. ad l. 23. ff. de Reg. Jur. cap. 7.* quia eſt contractus bonæ fidei, & vicem emptionis obtinet, *l. 2. C. de Permut §. 28. Inſt. de actionib.* Et ſi præter contractus naturam ultra medietatem alteruter læſus fuerit; beneficium reſcindendæ permutationis, *ex l. 2. 8. C. de Reſcind. vendit.* habet. Johann. Schneidew. *ad §. 5. Inſt. de empt. & vendit. n. 8.*

CAPUT SECUNDUM
De emptione & venditione.

ORigo emendi vendendiq; à permutationibus cœpit, olim enim non ita erat nummus, neq; aliud merx, aliud pretium vocabatur, ſed unusquisq; ſecundùm neceſſitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilia permutabat, quando plerumq; evenit, ut, quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Sed quia non ſemper, nec facilè concurrebat, ut, cùm tu haberes, quod ego deſiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia eſt, cujus publica ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubveniret, eaq; materia formâ publicâ percuſſa: uſum dominumq; non tam ex ſubſtantia præbet, quàm ex quantitate, nec ultra merx utrumq;, ſed alterum pretium vocatur, *l. 1. ff. de Contrah. empt.* Et Ariſt. *Polit. c. 9.* inquit: Ex permutatione, quæ ſecundùm naturam, hæc proceſſit ſecundùm rationem. Nam cùm à remotioribus quæreretur auxilium importando illa, quibus indigebant, & ex portando illa, quibus abundabat, neceſſariò nummi introductus eſt uſus, non enim faciliter deferri poſſunt ſingula ad vitã neceſſaria. Quare ad permutationes faciendas tale aliquid compoſuerunt inter ſe dare & accipere, quod utilium quippiam exſiſtens, haberet uſum commutandi facilem ad vitam: ceu ferrum & argentum & ſi quid aliud tale, primò ſimpliciter definitum quantitate, & pondere, poſtmodũ verò etiam ſigno impreſſum, quò à menſura liberi eſſent, nam ſignum poſitum eſt, ad quantitatem demonſtrandam. 1.

Digitized by Google

Cujus ſit æternalis vultus, *l. ult. C. de veter. numism. poteſt.* Et de [illegible] *lib. 5. cap. 8. in fine* ait idem Ariſt.; Unum igitur quoddam eſſe oportet, [illegible] que id ex conſtitutione, unde etiam numiſma, id eſt, nummus [illegible] hic enim eſt, quod commenſurabilia reddit omnia, nummo enim om[illegible] menſurantur. Lucri causâ quilibet contrahit, *l. 25. §. 1. ff. de obl. & act[illegible]nib.* & non ſolùm ſibi, ſed etiam liberis aut proximis ſucceſſoribus [illegible] tur, *l. 9. ff. de probationib.* nec ſolùm illis, verùm etiam Reip. Neq; [illegible] ſolùm nobis divites eſſe volumus, ſed liberis, propinquis, amicis [illegible] meq; Reip. ſingulorum enim facultates & copiæ divitiæ ſunt civita[illegible] *offic. 3. Novell. 8. præfat. §. 1.* Sed adquirantur cum fide & abſque [illegible] alterius.

2. Sunt quædam fidei officia, tam emptoris, quàm [illegible]ditoris communia: quædam venditoris: quæd[illegible] emptoris tantùm.

Emptoris & venditoris fidei officia commun[illegible] Generaliter in omnibus contractibus bona fides requiritur, *l. 4. C. [illegible] & Act. l. 59. §. 1. ff. Mandati. l. 31. ff. Depoſ. l. 13. ff. commun præd.* nec [illegible]trahentes decipi debent, *l. 11. §. 5. ff. de Inſtit. act.* cùm nihil bonæ fi[illegible] congruat, quàm id præſtare, quod inter contrahentes actum ſit, qu[illegible] nihil convenit, tunc ea præſtentur, quæ naturaliter inſunt, *l. 11. §. 1 [illegible] Act. emp. & vendit.* tenentur regulariter præſtare dolum & culpam, *l. 5 [illegible] vers. ſed ubi ff. commod. l. 23. ff. de Reg. Jur.* malæ fidei enim emptio [illegible] eſt, *l. 1. C. de Reſcind. vendit.* Et omnia, quæ contra bonam fidem [illegible] veniunt in empti actionem, *l. 1. §. 1. d. l. 11. §. 1. ff. d. tit. de act. empti [illegible]nit. l. 57. §. ult. ff. de Contrah. empt.*

3. Fidei officia venditoris tantùm. Quemadmodum, [illegible] ex conſenſu oritur fides utrumq;, *l. 35. §. 2. ff. de Verb. obl.* ita quæ [illegible] circa rem vendendam eſt, venditorem tantùm ſtringit, & imprimis i[illegible] rem præſtare venditorem oportet, id eſt, tradere, quæ res, ſi quidem do[illegible]nus fuit venditor, facit & emptorem dominum; ſi non fuit, tantum [illegible]ctionis nomine, venditorem obligat, *&c. d. l. 11. §. 2.* nec enim emp[illegible] nec venditio ſine re, quæ veneat, poteſt intelligi, *l. 8. ff. de Contrah.* [illegible] quæ in bonitate ſua naturali eſt relinquenda, nec miſcendo, confunde[illegible] deteriorando, neq; alia pro alia ſubſtituenda, neq; minuenda, *&c.* ani[illegible]

ſium quoq; venditor cavere debet ea ſana præſtare, & qui jumenta vendidit, ſolet ita promittere, eſſe, bibere, ut oportet, *d. l. 11. §. 4. vide l. 38. & ſeq. ff. de Ædil. Edict.* quod autem ſine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt, *§. 3. Inſt. de empt. & vendit.* ſi verò res vendita non tradatur, in id, quod intereſt, agitur, hoc eſt, quod rem habere intereſt emptoris, hoc autem interdum pretium egreditur, ſi pluris intereſt, quàm res valet, vel empta eſt, *l. 1. l. 11. §. 9. ff. de act. empti & vendit. l. 4. §. C. eod.* Interdum etiam mora vel venditoris, vel emptoris contra fidem, vel dolum tantùm, vel etiam culpam in ſe continet. Regula juris eſt: Unicuiq; ſua mora nocet, *l. 137. §. pen. ff. de Regul. Jur.* Aliquando tamen venditor dolum duntaxat præſtat, non etiam culpam levem, nempe ſi emptor ſit in mora accipiendi rem, id eſt, ſi venditore parato rem tradere, emptor recuſaverit accipere, atq; ita per emptorem ſteterit, quò minùs rem habeat, *l. 5. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* Cùm moram emptor adhibere cœpit, jam non culpam, ſed dolum malum tantùm præſtandum à venditore, quò ſi per venditorem & emptorem fuerit mora, Labeo quidem ſcribit, emptori potiùs nocere, quàm venditori moram adhibitam *l. 17. d. tit.* Clarius idem Labeo explicat: ſi & per emptorem & venditorem mora fuiſſet, quò minùs vinum præberetur & traderetur, perinde eſſe ait, quaſi per emptorem ſolùm ſtetiſſet, non enim poteſt videri mora per venditorem emptori facta eſſe, ipſo moram faciente emptore, *l. 51. ff. de act. empt. & vendit.* & hoc intelligendum, ſi uterq; moram adhibuerint: ſi verò alteruter eorum, poſterior mora nocebit, *d. l. 17. in fine l. 3. §. 3. 4. ff. ibid.* interdum etiam leviſſimam culpam præſtet, ut: ſi res vendita ſit in diem, vel ſub conditione, non poteſt emptor eſſe in mora, ſed & venditoris culpa, adeò ut etiam leviſſimam culpam præſtare teneatur, & tantùm ſit excuſatus à fatali damno, *l. 2. §. 1. l. 3. ff. de pericul. & commod. rei vend.* præſtet etiam venditor culpam leviſſimam, quando nondum eſt perfectio: puta, cùm vinum ea lege venditum eſt, ut metiretur, & ſi quid ante diem admetiendi factum ſit, ſibi imputet, quia ita vendidit, *l. 35. §. 5. 7. ff. de Contrah. empt.* potuiſſet enim aliter vendere, cùm ante menſuram liberetur periculo, & ſi non ad menſuram vendidit, *l. 1. §. 1. ff. d. t. de pericul. & commod. rei vend.* Sicut & obſcuritas pacti nocere debet potiùs venditori, in cujus fuit poteſtate apertiùs dicere, *l. 21. ff. de Contrah. empt. l. 39. ff. de Pactis.* Valer. Maxim. ait: Bonæ fidei venditorem, nec commodorum 4
ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportere, *lib. 8.*

Digitized by Google

cap. 2. n. 3 Ejus generis quæſtiones quasdam proponit Cic. [illegible] *ſeq.* Si, exempli gratiâ, vir bonus Alexandriâ Rhodum magnum [illegible] numerum advexerit in Rhodiorum inopia & fame, ſummaq; [illegible] ritate; ſi idem ſciat, complures mercatores ab Alexandria ſolv[illegible] in curſu frumento onuſtas petentes Rhodum viderit: dicturusne [illegible] diis: an ſilentio ſuum quam plurimo venditurus? In hujusmodi cauſ[illegible] Diogeni Babylonio videri ſolet, magno & gravi ſtoico: aliud An[illegible] diſcipulo ejus, homini acutiſſimo. Antipatro omnia pateſacienda, u[illegible] quid omnino, quod venditor novit, emptor ignoret: Diogeni, vend[illegible] quatenus jure civili conſtitutum ſit, dicere vitia oportere, cœtera ſine [illegible] diis agere, & quoniam vendat, velle quàm optimè vendere. Ad[illegible] ſui, vendo meum non pluris, quàm cœteri: fortaſſe etiam minor[illegible] jor eſt copia: cui fit injuria? Exoritur ex altera parte Antipatri ratio [illegible] agis? tute cum hominibus conſulere debeas, & ſervire humanæ ſoc[illegible] eaq; lege natus ſis, ut ea habeas principia naturæ, quibus parere, & [illegible] qui debeas, ut utilitas tua communis utilitas ſit; viciſſim commu[illegible] tas tua ſit; celabis homines; quid iis adſit commoditatis & copiæ. Re[illegible] debit Diogenes fortaſſe ſic: aliud eſt celare, aliud tacere; neq; ego nun[illegible] lo, ſi tibi non dico, quæ natura deorum ſit, quis ſit finis bonorum [illegible] plus prodeſſent cognita, quàm tritici vilitas; ſed non quicquid au[illegible] utile eſt, id mihi dicere neceſſe eſt, *&c. & paulò inferius alterum ex*[illegible] Vendat ædes vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipſe novit, cœter[illegible] rent; peſtilentes ſunt, & habeantur ſalubres: ignoretur omnibus in cu[illegible] apparere ſerpentes; malæ materiatæ, ruinoſæ: ſed hoc præter dominum [illegible] nemo, quæro, ſi hæc emptoribus venditor non dixerit, ædesq; vendi[illegible] pluris multò, quàm ſe venditurum putârit, num id injuſtè aut improb[illegible] rit? ille verò, inquit Antipater, quid eſt enim aliud erranti viam non [illegible] ſtrare (quod Athenis execrationibus publicis ſactum eſt) ſi hoc non e[illegible] ptorem pati ruere & per errorem in maximam fraudem incurrere [illegible] eſt, quàm viam non monſtrare, nam eſt ſcientem, in errorem alterum [illegible] cere. Diogenes contrà: num te emere coëgit, qui ne hortatus qui[illegible] ille, quod non placebat, proſcripſit; tu, quod placebat, emiſti, quo[illegible] proſcribunt villam bonam, beneq, ædificatam, non exiſtima[illegible] etiamſi illa nec bona eſt, nec ædificata ratione, multò minùs qu[illegible] non laudârunt, ubi enim judicium emptoris eſt, ibi fraus venditoris [illegible] teſt eſſe? Quid verò eſt ſtultius, quàm venditorem ejus rei, quam ven[illegible] ſia narrare? quid tam abſurdum, quàm ſi domini juſſu ita præco præ[illegible]

domum

domum peſtilentem vendo, *&c. n. 54. 55. Addidit ibidem etiam tertium exemplum.* Quod ſi vituperandi ſunt, qui reticuerunt, quid de iis exiſtimandū eſt, qui orationis vanitatem adhibuerunt? C. Cannius Eques Roman. homo nec infacetus & ſatis literatus, cùm ſe Syracuſas otiandi, (ut ipſe dicere ſolebat) non negotiandi causâ contuliſſet, dictitabat, ſe hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet, quod cùm percrebuiſſet, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracuſis, dixit, venales quidem ſe hortos non habere, ſed licere uti Cannio, ſi vellet, ut ſuis: & ſimul ad cœnam hominem in hortos invitavit in poſterum diem. cùm ille promiſiſſet, tum Pythius, ut Argentarius, qui eſſet apud omnes ordines gratioſus, piſcatores ad ſe convocavit, & ab iis petivit, ut ante ſuos hortulos poſtridie piſcarentur, dixitq; quid eos facere vellet, ad cœnam tempore venit Cannius: opiparè à Pythio apparatum erat convivium, cymbarum ante oculos multitudo, pro ſe quiſq; quod ceperat, afferebat: ante pedes Pythii piſces abjiciebantur. Tum Cannius, quæſo, inquit, quid eſt hoc Pythi? tantúmne piſcium? tantúmne cymbarum? Et ille, quid mirum, inquit, hoc loco eſt, Syracuſis quicquid eſt piſcium: hic aquatio: hac villa iſti carere non poſſunt. Incenſus Cannius cupiditate, contendit à Pythio, ut venderet, gravatè ille primò, quid multa? impetrat, emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit; & emit inſtructos: nomina facit, negotium conficit: invitat Cannius poſtridie familiares ſuos: venit ipſe maturè: ſcalmum nullum videt; quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piſcatorum eſſent, quòd eos nullos videret. Nullos, quod ſciam, inquit ille; ſed hic piſcari nulli ſolent. Itaq; heri mirabar, quid accidiſſet. Stomachari Cannius, ſed quid faceret? nondum enim Aquilius collega & familiaris meus protulerat, de dolo malo formulas, in quibus ipſis, cùm ex eo quæreretur, quid eſſet dolus malus, reſpondebat: cùm eſſet aliud ſimulatum, aliud actum, hoc quid ſanè luculenter ut ab homine perito definiendi. *Tandem ita concludit.* Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud ſimulantes perfidi, improbi, malitioſi ſunt, nullum igitur factum eorum poteſt utile eſſe, cùm ſit tot vitiis inquinatum. Quod ſi Aquiliana definitio vera eſt, ex omni vita ſimulatio diſſimulatioq; tollenda eſt, ita nec, ut emat melius, nec ut vendat, quiſquam ſimulabit, aut diſſimulabit vir bonus, *n. 58. 59. 60.* Dolum malum à ſe abeſſe præſtare venditor debet, qui non tantum in eo eſt, qui fallendi causâ obſcurè loquitur, ſed etiam, qui inſidioſè obſcurè diſſimulat, *l. 43. §. ult. ff. de Contrab. empt.* Sed tamen laudare merces venales conceſſum eſt, ut Poëta canit:

Laudat venales, qui vult obtrudere merces.

Quod

Quod venditor, ut commendet, dicit; ſic habendum [illegible] dictum, neq; promiſſum eſt, ſi verò decipiendi emptoris cauſâ di[illegible] æquè ſic habendum eſt, ut non naſcatur adverſus dictum, promi[illegible] actio, ſed de dolo actio, *l. 37. ff. de dolo malo.* Dictum autem à promi[illegible] ſic diſcernitur, dictum accipimus, quod verbotenus pronunciatum eſt, [illegible] doq; ſermone finitur, promiſſum autem poteſt referri & ad nudam [illegible] ſionem, ſive pollicitationem, vel ad ſponſum, ſecundum quod [illegible] qui de hujusmodi cauſa ſtipulandi ſpopondit, & ex ſtipulatu po[illegible] niri, & redhibitoriis actionibus: non novum, *l. 19. §. 2. ff. de Ædil.* [illegible] In mancipio vendendo, dicendáne vitia: non ea, quæ niſi dixeris, [illegible] beatur mancipium jure civili, ſcilicet hæc, mendacem eſſe, alea[illegible] racem, ebrioſum, alteri dicenda videntur, alteri non videntur. [illegible] *n. 91.* Ea ſola dicta, ſive promiſſa admittenda ſunt, quæcunq; [illegible] tur, ut præſtentur; non ut jactentur, *d. l. 19. §. 3.* Si verò quid de man[illegible] pio venditor affirmaverit, idq; non ita eſſe, emptor queratur aut re[illegible] torio, aut æſtimatorio, id eſt, quantò minoris, judicio agere po[illegible] bi gratiâ, ſi conſtantem aut laborioſum, aut curracem, vigilacem [illegible] ex frugalitate ſua peculium adquirentem adfirmaverit, non exa[illegible] & conſtantia, quaſi â Philoſopho deſideretur, & ſi laborioſum & [illegible] adfirmaverit eſſe, non continuus labor per dies noctesq; ab eo exigatur, [illegible] hæc omnia ex bono & æquo modicè deſiderentur, *l. 18. ff. d. tit.* [illegible] de mancipio ſimilitudinis & æquiparationis temperamento etiam aliis [illegible] bus vendibilibus applicari poteſt.

6. **Fidei officia emptoris tantùm.** Quemadmodum [illegible] venditor, ita in pretio emptor, & vice verſa: quemadmodum in [illegible] emptor, ita in re venditor fidem præſtet. Sine pretio nulla emptio [illegible] poteſt, *princ. Inſtit. de empt. & vendit. l. 2. §. 1. l. 72. ff. l. 9. C. eod.* [illegible] tium in numerata pecunia conſiſtere debet, *§. 2. Inſt. ibid.* aliàs p[illegible] eſſet, *l. 1. §. 1. ff. d. tit.* & illud non ex præterita emptione, ſed ex p[illegible] debet conſtitui, *l. 3. §. 5. ff. de Jure fiſci.* Solvat itaque venditori [illegible] emit. Emptor nummos venditoris facere cogitur, inquit Ulp. [illegible] *§. 2.* Venditæ res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, [illegible] venditori pretium ſolverit, vel alio modo ei ſatisfecerit: veluti ex pro[illegible] ſore, aut pignore dato, *&c. §. 41. Inſt. de rer. diviſ. l. 19. ff. de Contr.* [illegible] Et pretio non ſoluto in uſuras condemnatur emptor, *l. ult. ff. de peric. &* *commod. rei vendit. l. 13. §. 20. ff. de actionib. empt. & vendit. l. 32. §. 2.* [illegible]

C. de Uſur. l. 24. in fine l. 25. ff. l. 2. C. Depoſit. l. 54. ff. locati. Uſuræ enim non propter lucrum petentium, ſed propter moram ſolventium infligun-tur, l. 17. §. 3. ff. d. t. de Uſur. Nec contra naturam contractus fieri dici-tur, quando Pompon. ait: in pretio emptionis & venditionis naturaliter licet contrahentibus ſe circumvenire, l. 16. §. 4. ff. de Minorib. 25. ann. hanc legem Paulus JCtus clariùs exprimit: in emendo & vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere, quod minoris ſit, pluris vendere, & ita invicem ſe circumſcribere, l. 22. §. 3. ff. locati. hæc enim eſt emptionis & venditionis ſubſtantia, quod emptor viliori comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes, paulatim venditore de eo, quod petierat, detrahente: emptore autem huic, quod obtulerat, adden-te ad certum conſentiunt pretium, l. 8. C. de Reſcind. vendit. permitti-tur circumventio, quæ ex ipſa re oritur, non etiam ex propoſito Eliſſa filia Regis Tyriorum delata in Africæ ſinum; incolas loci ejus, adventu pere-grinorum gaudentes in amicitiam ſollicitat, deinde empto loco, qui co-rio bovis tegi poſſet, in quo feſſos longa navigatione ſocios, quod profi-tebatur reficere poſſet, corium in tenuiſſimas partes ſecari jubet, atque ita majus loci ſpatium, quam petierat, occupat; unde poſtea ei loco By-rſæ nomen fuit, Juſtin. lib. 18. Liv. lib 34. in fine. Et ſi alter contrahen-tium ultra dimidium deceptus fuerit, vitiatur contractus, l. 2. 8. C. d. t. non tamen licet propterea, quod magno pretio fundus fuerit comparatus & poſtea minori diſtractus à contractu reſilire, l. 4. C. eod. Sic quod ſal-tem paulò minore pretio res vendita eſt ad reſcindendam venditionem in-validum eſt, d. l. 8. princ. In emptione & venditione debet, quoad fieri poteſt, proportio inter pretium & mercem conſtitui; ut res juſto pretio, neque cariùs, neqbe viliùs vel vendatur, vel ematur. quemadmodum operæ pretium artis velamentum dicitur, l. 52. §. 2. ff. pro Socio. quod in manufacturis artifices & opifices obſervent: quorum pretium non tam in ſubſtantia, quàm in arte poſitum eſt, l. 14. ff. de Verbor. ſigſ. quoniam ple-rumque plus eſt in manus pretio, quàm in re, l. 13. §. 1. præced. ibid. ne artem ſuam ſupra modum æſtiment. Cato mores civitatis accuſans, diſ-ficulter inquit, poſſe ſalvam eſſe urbem, in qua majoris piſcis, quàm bos veneat, Plutarch. in Cat. Maj. n. 14.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.
De Locatione & Conductione.

Locatio & conductio proxima eſt emptioni & venditioni, iiſdem Juris regulis conſiſtit, *princ. Inſt. de locat. l. 2. ff. eod.* Nam [illegible] emptione ad perfectionem tria requiruntur ; Conſenſus, [illegible] *l. 2. C. de Contrah. empt.* Pretium, *princ. Inſt. l. 2. § 1.* [illegible] *eod.* & Merx, *l. 8. ff. eod.* Vel ut Paulus ait: Quid, quale, quantum [illegible] & pretium, & purè, *l. 8. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* Ita & [illegible] catione & conductione tria requiruntur ; Conſenſus, merces & [illegible] enim in emptione pretium pro ipſa re ; ita in locatione pro re [illegible] & ſi prædia locata fuerint : penſio, reditus vel redactus propriè [illegible] cuntur, *l. 15. §. 4. ff. locati cond* Sed hæc promiſcuè ſumuntur. [illegible] *ult. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 10. in fine. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* [illegible] *ult. l. 15. §. 7. l. 19. §. 6. l. 24. §. 2. ff. locati conduct.* Non levis in[illegible] controverſia eſt ; utrum merces in pecunia numerata conſiſtere [illegible] utrum etiam in aliis rebus fungibilibus. In pecunia numerata [illegible] multis videtur, quod etiam putat Paulus, cùm ait : ſi, ut tabulam [illegible] pecunia data, locatio erit: ſi res, non erit locatio, *l. 3. §. 2. ff.* [illegible] *verb. l. 1. §. 9. ff. Depoſit.* Præterea ajunt ſi pecunia datur, oritur [illegible] cati conducti, ſi res, oritur actio præſcriptis verbis, *dd. ll.* Alii [illegible] dum ſentiunt, inter locationem operæ ſeu faciendi, & locationem [illegible] fruendi. in illa requiritur merces, conſiſtens in nummis; in [illegible] quævis res alia fungibilis. Alii verò ſentiunt, mercedem poſſe in qui[illegible] vis rebus fungibilibus eſſe, quæ pondere, numero & menſura [illegible] *l. 21. C. locati.* Optimè Weſembec. diſtinguit, locationem [illegible] conſtitui poſſe vel in nummis, vel pecunia, vel partibus. Nummis [illegible] plerumq;: pecunia, ut ſi quis certum frumenti aut olei numerum [illegible] tur loco mercedis, *d. l. 21. C. locati. l. 19. §. 3. l. 35. in fine ff. eodem.* [illegible] niæ enim appellatio latiſſima eſt, & omnia corpora in ſe compl[illegible] *158. 222. 5. ff. de verb. ſigſ. l. pen. §. 1. in fine. C. de conſtit. pecun.* [illegible] ſibile eſt, omnes res in pecuniam converti, *l. 2. §. 1 d. l pen. §.* [illegible] bus: Cùm colonus in vicem mercedis, partem fructuum tertiam, aut [illegible] midiam fortè promittit, qui colonus partiarius vocatur, *Paratitl.* [illegible] *n. 7. Johann. Schneidew. Inſt. hic. §. præterea 2. n. 4.* In locatione [illegible]

prædiorum diſtingui ſolet inter colonos. Alii ſunt, qui ad pecuniam numeratam conduxerunt, ſive qui nummis colunt; alii pro parte fructuum domino fundi, danda, unde & Partiarii coloni appellantur, *l. 25. §. 6. ff. locati cond. l. 26. §. 1. ff. de Furt.*

2. Sunt quædam fidei officia tam locatoris, quám conductoris communia: quædam locatoris tantúm: quædam conductoris tantúm.

Locatoris & Conductoris fidei officia communia. Cum locationes atq; conductiones maximè fides contractus & lex conductionis ſervanda eſt, *l. 16. l. 19. C. locati cond. & alter alteri dolum,* latam & levem culpam præſtare debet; *l. 5. §. 2. vers. ſed ubi. ff. commod. l. 9. §. 3. ... § 7. ff. h. tit. l. 3. §. 1. vers. ſi. ff. nautæ, caupon. ſtabul. l. 23. ff. de Reg. Jur.* quia in contractu hoc verſatur utriusq; tam locatoris, quàm conductoris utilitas. Conductoris eſt commoditas utendi & fruendi, vel operarum; locatoris verò eſt merces, quæ pro uſu vel fructu, vel opera numeratur & ſolvitur. Hinc talis comprobata eſt regula: In quo contractu verſatur utriusq; contrahentis utilitas, in eo dolus, lata & levis culpa veniunt præſtanda, *d. l. 5. §. 2. ff. Commod. l. 31, in fine. ff. h. tit. l. 108. §. 12. ff. de legat. 1.* Cuſtodia tamen & leviſſima culpa non ex natura hujus contractus, ſed ratione circumſtantiarum, aut pactorum aliquando veniunt præſtanda, ab iis nimirum, qui pro cuſtodia alicujus rei mercedem accipiunt, *l. 40. ff. h. tit.* Contractus enim legem ex conventione accipiunt, *l. 1. §. 6. ff. Depoſit. l. 23. ff. de Reg. Jur.* Etiamſi fides utrinq; præſtetur, licèt tamen naturaliter etiam, ut in emendo & vendendo, ita & in hoc contractu invicem ſe circumſcribere, *l. 22. §. 3. ff. h. tit.*

3. Fidei officia locatoris tantúm. Sicut venditor rem venditam emptori; ita locator rem locatam conductori præſtare tenetur, & intra locationis tempus conductorem, ſi penſionem domino in ſolidum ſolverit, expellere nequit, poteſt enim cum eo agere ex conducto, pœnámque a locatore, quam præſtari rupta conventionis fide placuit, exigere aut retinere, *l. 3. 15. C. l. 54. §. 1. ff. eod.* niſi propriis uſibus dominus vel ſui, eam neceſſariam eſſe probaverint, aut corrigere domum maluerint, aut

conductor malè in re locata verſatus, *d. l. 3.* aut fundus diſtru[illegible] *l. 9. C. eod.* Et ſi conductor ante conventionis terminum vel [illegible] exitum, ex his caſibus ædes conductas locatori vel emptori cedere [illegible] tur, non ante ſemeſtrem tamen, denunciatione legitimè facta, [illegible] ſuetudine, quàm ex ratione cedere tenetur, quia nemo ſub dio [illegible] nec cum familia ſua in cœlum tendere poteſt, cùm ædes [illegible] habitatæ, ut nemo alteri ægrè cedere poſſet. Locationis te[illegible] ſi conductor in eadem locatione permanſerit, videtur tacito conſ[illegible] tor cum conductore eundem contractum unà cum vinculo pign[illegible] vare, quaſi ab initio iterum contraxiſſent, nec conductorem exp[illegible] teſt, *l. 16. C. l. 13. §. ult. l. ſeq. ff. eod.* Nec antequam ſumptus [illegible] conductam factos receperit, cedere cogitur, *l. 5[illegible]. §. 1. l. penult.* [illegible] verò inquilinus oſtium vel quædam alia ædificio adjecerit, c[illegible] conducto actio, ut ei tollere liceat, ſic tamen, ut damni infecti [illegible] in aliquo dum aufert, deteriorem cauſam ædium faciat, ſed u[illegible] faciem ædibus reddat, *l. 19. §. 4. ff. ibid.* Locator non poteſt [illegible] rem conductam alii fruendam locari, niſi aliud convenit, *l. 6.* [illegible]

4 Fidei officia Conductoris tantùm. Con[illegible] ſecundùm legem conductionis facere debet, *§. pen. Inſt. de loc.* [illegible] *l. 25. §. 3. ff. eod.* Bona fides enim exigit, ut, quod convenit, fia[t], [illegible] item proſpicere debet conductor, ne in aliquo vel jus rei vel [illegible] rius faciat, vel fieri patiatur, *l. 11. §. 2. ff. eod.* Et locatori e[illegible] catione debentur, ſine mora ſolvat, non ignarus ex locato & [illegible] actionem, cùm ſit bonæ fidei, poſt moram uſuras legitimas ad[illegible] *C. l. 54. ff. ibid.* Et ſi penſionem debitam locatori non ſolverit, e[illegible] cta & illata in rem locatam tacitè ſunt obligata, ſed hoc non ind[illegible] procedit. Eſt enim res locata vel domus ſeu prædium urbanum, vel [illegible] cum. Res invectæ & illatæ à colono in fundum domini, non [illegible] no ſunt obligatæ, quam ſi ipſius ſcientia & voluntate (quod ita vo[illegible] lig[illegible] ut per ſcientiam & voluntatem conſenſus expreſſus accipia[tur]) [illegible] illatæ, *l. 5. C. locati.* quando autem domus locatur, non eſt neceſſ[illegible] bus inductis vel illatis ſcientia domini, nam ea quoq; pignoris [illegible] tur, *d. l. 5. l. 3. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. l. 4. ff. de Pactis.* E[illegible] ait: Eo jure utimur, ut quæ in prædia urbana inducta, illata ſunt pignori [illegible] credantur, quaſi id tacitè convenerit, in ruſticis prædiis contra [illegible] *l. 4. ff. d. tit. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. §. 3. Inſt. de Interdict.* In p[illegible]

[illegible]

rustici tamen fructus, qui ibi naſcuntur, tacitè intelliguntur, pignori eſſe domino fundi locati, etiamſi id nominatim non convenerit, *l. 7. ff. d. t.* Conductor etiam culpam leviſſimam præſtet, ſi res natura ſua exactiſſimam diligentiam requirat, *l. 25. §. pen. ff. locati.* Item ſarcinator, & fullo, & reliqui, qui tanquam artifices locant operas, & rebus recipiendis, cuſtodiendis, [illegible] quæſtum faciunt, *l. 13. §. 6. d. l. 25. § pen. & ult ff. locati* [illegible] *Weſemb. Parat. ibid. n. 15. §. pen. Inſt. l. 28. C. eod.* Debet enim quisq; artifex peritus eſſe ejus, quam profitetur, *l. 9. §. pen. ff. eod.* nec affectare artem, quam non callet, *l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil.* quanquam multi [illegible] *in d. §. pen.* (ut conſervetur illa regula. In quibus contractibus verſatur utriusq; contrahentis utilitas, in iis dolus & lata non etiam leviſſima culpa veniunt præſtanda) ſuperlativum loco poſitivi poſitum eſſe volunt, quemadmodum & poſitivum loco ſuperlativi poſitum inveniunt. & probant exemplis: *in l. 21. C. Mandati.* ponitur exactum officium pro exactiſſimo præſtet enim Mandatarius dolum & omnem culpam, *l. 13. ibid.* [illegible] leviſſima culpa opponitur non exacto, ſed exactiſſimo officio. & *in l.* [illegible] *16. ff famil. herciſc. l. 5. §. 5. ff. Commod.* diligens pro diligentiſſimo ponitur. Item comparativus pro poſitivo, ut latior culpa pro lata, *l. 32. C. Depoſiti l. 54. §. 2. ff. de adquir. rerum dom.* Et ſuperlativus pro comparativo, *ut in §. 1. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex Contr.* in verbo exactiſſimam [illegible] exactiorem, quæ explicatur ibidem, verbo: ſi modò alius diligentior, [illegible] *plura infra de Mandat.* Res enim in his legibus magis quam verbis attendenda ſunt, *l. 41. ff. de Jure dot. l. 1. C. plus valere quod agitur.* Et melius eſt ſenſum magis, quàm verba amplecti, *l. 3. §. 9. ff. de adimend. legat.* [illegible] *§. 1. C. de Conſtit. pecun.* atq; potiùs ad ipſam rationem juris, quam ad figuram verborum reſpiciendum, *argt. l. pen. ff. Ne quis eum, qui in jus vocat. l. 1. §. 2. ff. quod quisq; jur.* quoniam non verbis, ſed ipſis rebus leges imponuntur, *l. 2. in fin. C. commun. delegat. l. 28. C. de Uſur.*

CAPUT QUARTUM
De Societate.

Multa cumulatim bona mortalium vitæ confert prudenter & cum ratione inſtituta rerum communio, inquit Leo Imper. *in Novell. 120.* Cùm itaq; magna ſit hominum differentia, *l. 37. ff. de Ædil. Edict.* non ſaltem natura & ingenio, *l. 31. ff. de ſolutionib. & liber.*

ſed etiam ætate, viribus & facto, *l. 12. ff. de legat. 3.* quanquam [illegible] lis omnium hominum natura, non tamen facta omnes vel plus [illegible] adimplere poſſunt, *l. 13. C. de Contrahend. & committ. ſtipul.* nam plerum[illegible] que robur hominis, ætas temporis opportunitasq; naturalis m[illegible] operarum, *l. 26. §. 13. ff. de condict. indeb.* Ex his & ſim[illegible]bus ca[illegible] tur intr alia contrahendi genera etiam ſocietas, quâ vel uterque [illegible] partibus pecuniam, vel alter operam, alter pecuniam confert, [illegible] *Socio.* Sæpe enim opera alicujus pro pecunia valet, *§. 2. [illegible]* *l. 29. l. 52. §. 2. ff. eod.* vel ex inæqualibus partibus, ubi alter vel plus [illegible] niæ, vel plus operæ, vel cujuscunq; alterius rei confert, *d. l. 29.* A[illegible] latur uterq; Socius, *l. 72. ff. eod.* non ut in aliis contractibus alter [illegible] alter venditor; alter locator, alter conductor; alter deponens, alter depo ſitarius, *&c.* uterque enim æquali intentione & paritate lucri [illegible] venit, & ſive duo, ſive tres vel etiam plures fuerint, quaſi una perſona [illegible] quirant, atq; natura & tempore ſunt ſimul, non ut in emptione & [illegible] tione; locatione & conductione, hi enim non eadem inten[illegible] niunt; alter enim rem, alter pretium, alter rem, alter mercem [illegible] nem conferunt, nec ut una perſona adquirunt, & quanquam [illegible] ſimul, non tamen naturâ, ab emptore enim incipit contractus, [illegible] *Contrah. empt. & vendit.* Similiter à conductore, *&c.* haben[illegible]

2\. munes præſtationes, non unius vel alterius ſocii proprias. Fid[illegible] præſtare tenentur ſocii, *l. 52. §. 1. ff. l. 3. C. pro Socio,* quæ eſt co[illegible] di & dolo, *l. 2. §. ult. ff. d. t.* habet enim jus quodammodo fra[illegible] ſe, *l. 63. ff. eod.* qui frater non eſt, ſi fraterna charitate diligi[illegible] nomine ſub appellatione fratris continetur, *l. 58. §. 1. ff. de h[illegible]* ait Cicero *pro S. Roſc. Amer. 116.* In rebus minoribus ſocium fallere [illegible] piſſimum eſt: propterea quòd auxilium ſibi ſe putat adjunxiſſe, qui [illegible] tero rem communicavit, ad cujus rem confugiet, cum per ejus [illegible] ditur, cui ſe commiſerit? Socium verò cavere quî poſſumus? q[illegible] ſi metuimus, jus officii lædimus. Rectè igitur Majores eum, qui ſocium fefelliſſet, in virorum bonorum numero non putârunt habere o[illegible] *orat. ſeq. pro Q. Roſ Com. n. 16.* Si qua ſunt privata judicia ſu[illegible] mationis, & penè dicam capitis, tria hæc ſunt: fiduc[illegible], t[illegible] æquè enim perfidioſum & nefarium eſt, fidem frangere, quæ c[illegible] tam: & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit: & ſocium [illegible] ſe in negotio conjunxit. Conſiſtit fides potiſſimùm in æq[illegible]

[illegible]

[illegible] lucri cum damno; æquum enim eſt,cui participat lucrum,participet & damnum, *l. 55. l. 52. §. 4. ff. h. tit. l. 10. ff. de Reg. Jur.* nec alter lucrum tantum, alter damnum ſentiat, iniquiſſimum genus ſocietatis eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum ſpectet, & leonina ſocietas appellatur, *d. l. 29. § ult.* intelligitur lucrum damno deducto, & damnum lucro deducto, *l ſeq. l. 39. §. 1. ff. de verb. ſigf. l. 11. de jure fiſci.* Deinde non in [illegible], privati commodi aucupio. Semper enim non id,quod privatim [illegible], unius ex ſociis ſervari ſolet, ſed qmod ſocietati expedit, *l. 65. §. 1. ff. eod.* Tertiò in præſtatione doli & latæ culpæ, *l. 52. §. 2. ff. d. t. l. 5. §. 2.* [illegible] *ſed ubi. ff. commod. l. 23. ff. de Reg. Jur.* Culpa autem non ad exactiſſi[illegible]igenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus [illegible] ſocium, qualem ſuis rebus adhibere ſolet. Nam qui parùm diligentem ſocium ſibi adſumit: de ſe queri ſibiq; hoc imputare debet, *§. ult. Inſt. de ſocietate l. 72. ff. eod.* nec ſuam negligentiam in alienam injuriam [illegible], *l. 3. ff. de Tranſact.* quòd quis enim ex ſua culpa damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire, *l. 203. ff. de Reg. Jur.* Et quare exactiſ[illegible] diligentiam præſtet? cùm rem adminiſtrat tanquam ſuam & pro[illegible], meum enim eſt,quod cum alio commune habeo,ſive quod pro par[illegible] meum eſt. bona enim communicantur, *l. 1. §. 1. & l. 2. ff. pro ſocio.* quamvis non propriè, quia nemo ſocietatem contrahendo rei ſuæ dominus deſinit eſſe, *l. 13. §. 1. ff. præſcript. verb.* Callidè etiam ſocietati renunciare doli ſpeciem in ſe continet, veluti ſi quis in hoc renunciaverit ſocietati, ut obveniens aliquod lucrum ſolus habeat,veluti ſi totorum bonorum [illegible] cum aliquo heres eſſet relictus, in hoc renunciaverit ſocietati, ut hereditatem ſolus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare, *§. 4. Inſt.* [illegible] *l. 65. §. 3. & ſeq. it. l. 17. §. 1. ff. eod.*

CAPUT QUINTUM
De Mandato.

PRæcipuum fidei munus, Mandatum in ſe continet, ut quod ex officio & amicitia originem ſuam trahit, *l. 1. §. ult. ff. Mandati.* officia enim amicitiæ & fidei gratis ſunt præſtanda. Et hoc gratuitum eſſe debet, *§. ult. Inſt. d. tit. d. l. 1. §. ult. l. 36. ff. h. tit. l. 13. princ. ff. de præſcript.*

præſcript. verb. Cùm enim, & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, itemq; aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, ... nus rem ſuam ipſi exſequi poſſint, *princ. Inſt. de iis per quos agere poſſ.* aliorum operam, induſtriam & fidem quærere eos oportet. Præſidii adjumentiq; cauſâ, non benevolentiæ, neq; caritatis amicitias eſſe expetendas, dixerunt alii, ſed inhumanius, *Cic. de Amicit. n. 46.* Firmamentum autem ſtabilitatis, conſtantiæq; ejus, quam in amicitia quærimus, fides eſt. Nihil enim ſtabile eſt, quod infidum eſt, *ibid. n. 65.* Differunt Mandatarius & Procurator: quòd Mandatarius ſit negotiorum, Procurator verò judiciorum, promiſcuè tamen uſurpantur, hodie ferè nemo, ... ciſſimi Procuratores nominari volunt, cùm Mandatarii nomen ... corum, quàm Procuratoris à multis haberi videtur.

2. Sunt quædam fidei officia utriusq; tam Mandantis quám Mandatarii communia. Quædam Mandantis tantúm, quædam Mandatarii tantúm. Mandantis & Mandatarii fidei officia communia.

Fides utriusq; in eo maximè conſiſtit, cùm neuter, præſertim in mandato utriusq; cauſa, in quo potiſſimùm occaſio offertur: ſui ... & utilitatem cum proximi ſui damno & injuria ſub prætextu ... benevolentiæ, & officii, ſpectet, ſed ubi Mandatarius vel conſilio, ... vel viribus celeritate aut velocitate corporis, mandantis ſui commodum & utilitatem procurare, promovere aut præcavere valet; commodum ... privatæ utilitati anteponat. Sæpe quidem clandeſtinis fraudibus ... quidvis pro negotii opportunitate confingi poteſt: vel id, quod ... ſtum eſt, aboleri, *l. 27. C. de Donationib.* Sed quæ contra ... fructum callidi tatis obtinere non poſſunt, *l. 3. C. de Repud & ... rib. l. 31. ff. de Recept. qui arbitr. recep.* Porrò, uterq; ... quàm ſuſcipiendo honeſtatem reſpiciant. Rei enim turpis nullum mandatum eſt, *§. 7. Inſt. Mandati. l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. ff. eod. l. 26. ff. de ... oblig.*

3. Fidei officia Mandantis tantúm. Mandans impenſas ... næ fidei factas, cum uſuris mandatario ſuo reſtituat, *l. 26. §. 4 ... C. Mandati.* Ita Severus & Antonin. Adverſus eum, cujus negotia ... ta ſunt, de pecunia, quàm de propriis opibus, vel ab aliis mutuò accepe...

...geſti, mandati actione pro ſorte & uſuris potes experiri, *l. 1. C. eod.* & Labeo reputationes quoq; hoc judicium admittit, & ſicut fructus cogitur reſtituere is, qui procurat, ita ſumptum, quem in fructus percipiendos fecit, deducere eum oportet, *l. 10. §. 9. ff. ibid.* Uſuras autem non ex mora eſſe admittendas, verum judicem æſtimare debere, ſi exegit à debitore ſuo quis & ſolvit, cùm uberrimas uſuras conſequeretur (æquiſſimum enim erit, rationem ejus rei habere) aut ſi ipſe mutuatus gravibus uſuris ſolvit, *l. 12. §. 9. ff. ibid.* etſi negotio finem adhibere procurator non potuit, *l. 56. §. ult. ff.* ... *C. eod.* nemini enim officium ſuum debet eſſe damnoſum, *l. 61. §. 5. ff.* ... *l. 7. ff. Teſtament. quemadm. aper.* honorarium etiam vel ſalarium, ſi quod promiſit, mandatario præſtare tenetur, *l. 1. 17. C. Mandati. l. 6. l.* ... *§. 3. ff. eod.*

Fidei officia Mandatarii tantùm. Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi, nam qui exceſſit, aliud quid facere videtur, *l. 5. ff. Mandati. l. 12. C. eod.* nihil amplius, quàm bonam fidem præſtare eum oportet, qui procurat, *l. 10. ff. ibid.* Inſtructiùs deliberatiusq; fore arbitramur theorematicum hoc de mandatis hujuscemodi obſequendis; ſi exemplum quoq; P. Craſſi Mutiani clari ac incluti viri appoſuerimus. Is Craſſus à Sempronio Aſellione & pleriſq; hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus traditur quinq; habuiſſe rerum bonarum maxima & præcipua, quòd eſſet ditiſſimus, quòd nobiliſſimus, quòd eloquentiſſimus, quòd JurisConſultus, quòd Pontifex M. Is cùm in Senatu obtineret Aſiam Provinciam & circumſidere oppugnareq; Leucas oppidum pararet, opusq; eſſet firma ac procera trabe, qua arietem faceret, quo muros ejus oppidi quateret: ſcripſit ad magiſtrum ἀρχιτέκτονα molis Athenienſium ſociorum, amicorumq; populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos vidiſſet, uter major eſſet, eum mittendum curaret, tum magiſter ἀρχιτέκτων comperto, quamobrem malum deſideraret, non uti juſſus erat, majorem, ſed quem eſſe magis idoneum, aptioremq; faciendo arieti, facilioremq; partatu æſtimabat, minorem miſit. Craſſus eum vocari juſſit, & cùm interrogaſſet, cur non, quem juſſerat, miſiſſet, cauſis rationibusq;, quas dictitabat, ſpretis, veſtimenta detrahi imperavit, virgisq; multum cecidit: corrumpi atque diſſolvi officium omne imperantis ratus: ſi quis ad id, quod facere juſſus eſt, non obſequio debito: ſed conſilio non conſiderato reſpondeat, *Aul. Gell. lib. 1. cap. 13. vide l. 3. §. 15. ff. de re militari.* Voluntatis eſt ſuſcipere mandatum, neceſſitatis conſummare, *l. 17. §. 3. ff. Commod. l. 5. C. de obl. & act. l. 46. ff.*

Mandat: niſi fuerit renunciatum, renunciari autem poteſt [illegible] mandatori reſervetur, vel per ſe, vel per alium, eandem rem com[illegible] plicandi, *§.11. Inſt. Mandati. l.22. §.11. l.27. §.2. ff. eod.* re, inquam, [illegible] *§.9. Inſt. ibid.* Intelligitur autem res integra, cùm intereſt ejus, qu[illegible] *l.8. §.6. ff. eod.* qui mandatum ſuſcepit, fide rupta, quanti intereſt ma[illegible]
5. ris, tenetur, *l.16. C. eod. l.41. ff. eod.* Præſtare tenetur dolum & om[illegible] pam, *l.13. C. Mandati.* ex pacto etiam periculum, *l.39. ff. eod.* Co[illegible] Impr. *in l.21. C. h. tit.* ait: ſuæ quidem quisq; rei moderator atq; ar[illegible] omnia negotia, ſed pleraq; ex proprio animo facit, aliena verò ne[illegible] acto officio geruntur. (ponitur hic, *ut cap. 3. dictum,* poſitivus g[illegible] ſuperlativo) quia additur: nec quicquam in eorum adminiſtratione [illegible] ctum aut declinatum culpâ vacuum eſt. qui verò dicit omne vel [illegible] quam neglectum aut declinatum, nihil excludit. Et *d. l. 1* ; ex ver[illegible] etiam improviſum caſum. Concluditur Regula: Unius excluſio, re[illegible] eſt incluſio, & exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, in[illegible] ergo omnia, *in d. l. 13.* uſq; ad caſum improviſum præſtanda. Mov[illegible] men multi in contrarium ex comprobata regula: In quo contra[illegible] unius tantúm verſatur utilitas, in eo dolus & lata culpa tantúm præſtanda, *l.5. §.2. ff. Commod. l.108. §.12. ff.* [illegible] ſed regula illa ut plurimum quidem valet in caſibus non except[illegible] modatum unius ſcilicet commodatarii utilitatem continet, d[illegible] commodatum eſſe gratuitum, *§.2. in fine Inſt. quib. mod re cont*[illegible] ſtet tamen etiam culpam leviſſimam, *l.18. l.5. §.2. in verb. d*[illegible] *commod.* Vox diligentia leviſſimæ culpæ opponitur, *l.47. §.5. ff. d*[illegible] *1. l.2. §.1. l.3. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* nam ſi diligent[illegible] quod levis culpa, cur Ulp. *in d. l. 47. §.5.* bis idem otioſè repeteret [illegible] ciſſe non præſumitur, *& d. l.5. §.5. ff. commod. in verb. cuſtodiam* [illegible] Ubi iterum gradus poſitivus pro ſuperlativo, ut dictum eſt, ponitur [illegible] poſitivus intelligeretur, præſtanda eſſent tantùm dolus & lata culpa [illegible] opponitur poſitivus regulariter poſitivo, comparativus comparativo, [illegible] nec obſtat, *d. §.2. Inſt. quib. mod. re contrahit. obl. in verbo ſi modò* [illegible] *gentior.* ibi etiam comparativus pro ſuperlativo ponitur, excludit [illegible] præſtanda, majorem vim, majoresve caſus: ergo includit ea, quæ ſunt [illegible] dolus, lata, levis & leviſſima culpa, præſtanda. Porrò quanta in[illegible] damnoſum eſſet officium commodantis, ſi commodatarius [illegible]

tam levi vel etiam leviſſima culpa amiſſum, reſtituere non teneretur. Præterea, non valet regula in quaſi contractu. Tutela ſcil. ubi etiam nulla verſatur, vel ſpectatur utilitas tutoris, ſed tantùm pupilli, *l. 7. §. 3. ff. pro empt. l. 23. ff. de furt.* & tamen præter latam etiam levem culpam præſtare cogitur, *l. 1 ff. de Tutelæ & rationib. diſtrah. l. 4. 7. C. arbitr. tutelæ l. 23. ff. de Reg. Jur.* In negotiis geſtis etiam unius verſatur utilitas, tamen & levis culpa venit præſtanda, *l. 20. C. de Negot. geſt. § 1. Inſt. de obligat. quæ quaſi ex contract.* Alii diſtinguunt inter procuratorem forenſem ad lites datum & procuratorem reliquorum negotiorum; quaſi videlicet major in illo diligentia requireretur, quam in eo, qui extra, judicialia adminiſtrat, & cum qui ſalarium accipit, *Rittersbuſ. ad d. l. 23. ff. de Reg. Jur. Joh. Schneider. ad §. 11. Inſt. Mandati n. 4.* Forenſis & qui ſalarium accipit, præſtet omnem culpam, Mynſing. *ad d. §. 11.* Et quia procurator vel Mandatarius recipiendo mandatum videtur polliceri de induſtria ſua rei gerendæ convenienti. ideo non mirum eſt, ſi, quamvis in mandato nulla ejus utilitas verſetur, omnem culpam præſtare cogatur, *Petr. Heigius etiam ad d. §. 11. n. 8.* Exactiſſimum officium requirit Cicero, *pro S. Roſcio Amerino*, dum ita ait: In privatis rebus, ſi qui rem mandatam non modò malitioſius geſſiſſet, ſui quæſtus, aut commodi causâ, verùm etiam negligentiùs? eum majores ſummum admiſiſſe dedecus, exiſtimabant. Itaq; mandati conſtitutum eſt judicium, non minùs turpe, quàm furti, credo propterea, quod, quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria, fides amicorum ſupponitur, quam qui lædit, oppugnat omnium commune præſidium: & quantum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem. Non enim poſſumus omnia per nos agere, alius in alia re eſt magis utilis. Idcirco amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum converſurus es? cur mihi te offers? ac meis commodis, officio ſimulato, officiis & obſtas? recede de medio: per alium tranſigam. ſuſcipis onus officii, quod te putas ſuſtinere poſſe: quod minimè videtur grave iis, qui minimè ipſi leves ſunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt, quòd duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam & fidem, nam neq; mandat quiſquam ferè, niſi amico, neq; credit, niſi ei, quem fidelem putat. Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet, *n. 111. 112.* 6.

Digitized by Google

CAPUT SEXTUM
De Depoſito.

1. Quæ in terris gignuntur ad uſum hominum, omnia creari, homines autem hominum causâ eſſe generatos, ut ipſi inter ſe aliis alii prodeſſe poſſent : placuit Stoicis, in hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes utilitates in medium afferre mutatione officiorum, dando, accipiendo: tum artibus, tum opera, tum facultatibus devincere hominum inter homines ſocietatem, *Cic. offic. 1.* Nulla enim vitæ pars, neq; publicis, neq; privatis, neq; forenſibus, neq; domeſticis in rebus. neq; ſi tecum agas quid, neq; ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt, in eoq; & colendo ſita vitæ honeſtas omnis & negligendo turpitudo, *ibid. n. 4.* In hoc præcipuè cùm vel propter peregrinationem, vel tumultus bellicos, vel incendium & alia pericula plurima, *l. 1. §. 1. ff. Depoſit.* quo res majori ſecuritati tradantur, alterius cujusdam hominis officium, fidem & curam quærere coguntur.

2. Sunt etiam in Depoſito officia quædam fidei tam Deponentis, quàm Depoſitarii communia: quædam Deponentis tantùm: quædam Depoſitarii tantùm.

Fidei officia tam Deponentis, quàm Depoſitarii communia.

Non eſt propoſitum ſingulas contractuum ſpecies pertexere, ſed quædam, quæ in vita majorem præ cæteris præſtant uſum, & ſocietatem humanam conſervant, quæq; reliquis quaſi norma ſunt, & in quibus fides, ſocietatis humanæ maximum vinculum, præ cæteris colenda exſiſtit, quæ & juſtitiæ fundamentum ab utraq; contrahentium in omnibus conventionibus, ita & hic præſtanda. Ut quicquam ferè vel geſtum, vel factum culpa [illegible] Res furtivas, vi captas, vel quoquo modo vitioſas, nec deponere [illegible] cipere ſcientes, æquum eſt : Receptator potiùs rerum furtivarum [illegible] depoſitarius tàlis appellatur, *l. 14. C. de furt. l. 3. §. 3. ff. de incen.* [illegible]

3. Fidei officia deponentis tantùm. Eſt quidem [illegible] hic ſuâ naturà gratuitus, & ſi merces interveniat, migrare eum [illegible] [illegible]em & conductionem, vetum eſt, *l. 1. §. 8. 9. ff. h. tit.* dicitur tamen [illegible]

[illegible]

merces intervenire, *l. 5. §. 2. ff. Commod.* at non propriè, ſed abuſivè, videlicet pro honorario aliquo ad comparandam ſive remunerandam amici operam, qui rem ſervandam ſuſcipit: quomodo & in mandato poteſt intervenire pecunia remunerandi causâ, non tanquam merces, ſed tanquam honorarium, honor, ſive ſalarium, ut appellatur, *in l. 1. 17. C. Mandati. l. 6. § 9. l. 56. §. 1. ff. eod. l. 13 ff. de præſcript. verb.* quæ deponens præſtando, fidem ſuam ſalvabit. Deponens tenetur depoſitario præſtare, non tantum dolum, ſed etiam usq; leviſſimam, quando deponens non monuit ſervum depoſitum eſſe furem, fit enim ex hoc caſu, depoſitarii officium damnoſum, quod non ferendum, *l. 61. §. 1. ff. de furt. l. 31. ff. de pignorat. act. l penult. ff. Commodati.*

Fidei officia depoſitarii tantúm. Depoſitarius præſtet regulariter dolum & latam culpam, *l. 32. ff. l. 1. C. h. tit. l. 1. §. 5. ff. de oblig. & act.* magna enim negligentia, quæ eſt lata culpa, in doli crimen cadit, *d. l. 1. paragr. 5. l. 226. ff. de verb. ſigſ.* licet *in l. 23. ff. de Regul. Jur.* & alibi dicatur dolum tantùm: culpam enim addere Ulpian. non potuit: quia culpa abſque epitheto poſita ſemper intelligitur non lata, ſed levis culpa, quæ regulariter non eſt præſtanda, *Rittershus. ad d. l. 23. protheor. cap. 5. de levi culpa,* totum fidei ejus commiſſum eſt, quod ad cuſtodiam rei pertinet, *l. 1. ff. Depoſit.* Ex pacto etiam culpam levem, *d. l. 1. parag. 6.* & periculum, *d. l. 5. paragr. 2. vers. aut ſi ff. Commod. l. 7. paragr. 15. ff. de pact.* non autem ex pacto, ſed regulariter periculum præſtet, quando ad utilitatem depoſitarii res deponitur, quia hoc depoſitum induit quodammodo naturam mutui, *l. 4. ff. de reb. credit.* Et ſi depoſitarius paſſus eſt, ſe tum ſecum conteſtari, nec ſtatim reddit depoſitum, cùm poſſet reddere, tunc res depoſita incipit etiam eſſe periculo depoſitarii, *l. 12. ff. Depoſiti.* Sed & ſi ſe quis depoſito obtulerit, Julianus ſcribit periculo ſe depoſiti alligaſſe, ita tamen, ut non ſolùm dolum, ſed etiam culpam & cuſtodiam præſtet; non tamen caſus fortuitos, *d. l. 1. paragr. 35. ff. ibid.* Cuſtodia alia eſt ſimplex, alia eſt plena, quia ſimplicem cuſtodiam in ſe recepit, is tantùm de levi culpa tenetur, qui plenam debet, is etiam leviſſimam culpam præſtare tenetur. Qui operam ſuam alteri offert, in re ſuſcipienda, is non ſolùm ipſo facto plus alteri de ſe polliceri videtur, quàm cujus fidem deponens elegit, ſed etiam offerendo ſe, obſtat deponenti, quò minùs arbitratu ſuo alium quenquam eligat, cui rem ſuam committat ſervandam, *argt. l. 17. paragr. 3. ff. Commod.* Quoniam deponens rei depoſitæ proprie- 5

tatem & poſſeſſionem retinet, (niſi apud ſequeſtrem res depoſita fuerit, apud quem tantum res litigioſæ deponuntur, *l.17. princ. §.1. ff.* [illegible] tum ſequeſter poſſidet, ſed animus ſequeſtrantium inſpiciendus eſt: [illegible] res apud ſequeſtrem deponatur, ut neuter eorum poſſideat, tunc poſſidet tunc ſequeſter poſſidere intelligitur, ne alter eorum, qui poſſidere [illegible] eam rem uſucapere poſſet. Si autem cuſtodiæ causâ res fuerit depoſita, poſſeſſio victori procedit, *l. 39. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. ff.* [illegible] queſtris poſſidere, quod eſt facti eſt detinere, *l. 9. ff. de Rei vendit*) [illegible] tur eandem in individuo reſtituere, vel in ſpecie, quia ſpecies [illegible] individuo ſumitur, *d. l. 1. §. 5. ff. de obl. & act. §. 3. Inſt. Quib. mod. re contrahit. obl.* atq; hoc in depoſito regulari, in iis rebus nimirum, quæ [illegible] ctionem non recipiunt, aliud enim pro alio invitò creditori ſolvi non [illegible] teſt, *l. 1. §.1. ff. de reb. credit.* valet. non verò in depoſito irregulari, [illegible] fungibilibus, quo res reſtituitur in genere, ſcilicet alia ejuſdem quantitatis & bonitatis, *l. 2. ff. d. tit. l. 24. l.25. §. 1. l. 26. §. 1. ff. Depoſit.* & ſi [illegible] reddita fuerit, quaſi non reddita, agi Depoſiti poteſt, *l. 13. § 1 ff. de [illegible] bor. ſigſ. l. 3. §. 2. ff. Commod.* Si fortè depoſitarius rem apud ſe [illegible] porrò alteri dederit cuſtodiendam: & depoſitarius poſterior [illegible] etiam prior dolo aliquid fecerit circa rem depoſitam, aut latam culpam [illegible] miſerit, *l. 16. ff. Depoſit.* Videbatur, qui primus rem depoſuit, [illegible] actionem adverſus eum, cui ſecundò res commodata eſt, â priore depoſitario habere, nihil enim cum eo contraxit. Videbatur etiam [illegible] poſſe contra priorem depoſitarium, cui ipſe rem ſecundam dedit, [illegible] apud alium porrò deponendo nullum dolum vel latam culpam [illegible] Veruntamen, quia iniquum eſſet, eum, qui primus rem depoſuit, [illegible] bere actionem ad rei reſtiturionem, hoc enim agitur potiſſimum Depoſiti judicio, ut res reſtituatur, inventum eſt hoc remedium, ut agat ille quidem Depoſiti, adverſus priorem Depoſitarium, cum quo ipſe contraxit, ſed tamen liberetur ipſe præſtanda actione ſua depoſiti, quam habet contra poſteriorem, quomodo etiam aliàs præſtita actione ſeu ceſſione [illegible] beratur. exemplum videre licet *in l. 1. §. 11. ff. eod.* Utilem etiam actio-
6. nem deponens ſtatim adverſus ſecundum depoſitarium habere poteſt. [illegible] rò, licet Deponens non habet perſonalem actionem, quæ ex contractu venit, adverſum ſecundum Depoſitarium, habet tamen realem, [illegible] rei vindicationem, ſi res exſtet, *l. 8. C. Depoſiti.* Et latroni, prædoni, furi & reo capitalis judicii res eſt depoſita reſtituenda, *l. 1. §. [illegible]*

l. 31. §. 1. *ff. eod. l.* 64. *ff de* Judic. *l.* 16. *ff. Commod.* Diſtinguit autem Tryphon. *in d. l.* 31. *princ.* inter conſiderationem juris gentium & cum præceptis civilibus & prætoriis. Si tantùm naturale & Gentium jus eſſet intuendum; deportato & cujus bona ſunt publicata, res depoſita reſtituenda. Si verò civile jus & legum ordo, magis in publicum deferenda; nam malè meritus publicè, ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet, *&c.* §. 1. *ibid.* eleganter diſtinguit: ſi latro ſpolia, quæ mihi abſtulit, poſuit apud Sejum inſcium de malitia deponentis, utrum latroni, an mihi reſtituere Sejus debeat? ſi per ſe dantem accipientemque intuemur, hæc eſt bona fides, ut commiſſam rem accipiat is, qui dedit, ſi totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis, quæ negotio iſto continguntur, impletur; mihi reddenda ſunt, & probo hanc eſſe juſtitiam, quæ ſuum cuiq; ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione. Placuit enim in omnibus rebus præcipuam eſſe juſtitiæ æquitatiſque, quàm ſtricti juris rationem, *l.* 8. *C. de Judiciis.* Melius quòd juſtitiæ æquitatiſque ratione vero domino, quam quòd ſtricto jure latroni res commendata ſeu depoſita reddatur & reſtituatur. Non tamen cuilibet & ſemper depoſita ſunt reſtituenda, ait Cicero *offic.* 1. *n.* 31. Sed incidunt ſæpe tempora, cùm ea, quæ maximè videntur digna eſſe juſto homine, eoque quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria: ut non reddere depoſitum furioſo, nec facere promiſſum: quæq; pertinent ad veritatem & ad fidem, ea migrare interdum, & non ſervare fit injuſtum. *Et lib.* 3. *n.* 95. Ergo & promiſſa non facienda nonnunquam, neq; ſemper depoſita reddenda ſunt. Si gladium quis apud te ſanæ mentis depoſuerit, repetat inſaniens; reddere peccatum ſit: non reddere officium. Quid? ſi is, qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum inferat patriæ? reddáſne depoſitum? non, credo: facias enim contra Rempubl. quæ debet eſſe cariſſima. Sic multa, quæ natura honeſta videntur eſſe, temporibus fiunt non honeſta. Facere promiſſa, ſtare conventis, reddere depoſita, commutata utilitate fiunt non honeſta. Si depoſitarius dolo fecerit, quò minùs depoſitum redderetur, ex dolo defuncti datur actio in ſolidum adverſum heredem, quāquam aliàs ex delicto ſeu dolo defuncti nemo tenetur, niſi pro ea parte, qua locupletatus eſt ex iſto delicto, quia verò hic dolus contractu reiq; perſecutione dependit, ideoq; unus heres in ſolidum, vel ſi plures heredes fuerint, pro patre,

qua quiſq; heres exſiſtit, tenetur, *l. 7. §. 1. l. 18. ff. Depoſit. l. 26.* [illegible]
malo l. 12. 49. ff. de oblig. & Act. l. 152. §. ult. l. 157. §. ult. ff. de R[illegible]
Non autem adverſus coheredes, qui dolo carent, *l. 10. ff. Depoſit.* [illegible]
ræ in depoſiti actione, ſicut in cæteris bonæ fidei judiciis, ex mora v[illegible]
ſolent, *l. 2. 3. 4. C. l. 25. §. 1. l. 28. ff. d. tit. l. 32. §. 2. ff de Uſur.*

CAPUT SEPTIMUM
De Pactis.

DEfinit Ulpian. *in l. 1. §. 2. ff. de Pactis,* quòd ſit duorum pl[illegible]
1. in idem placitum conſenſus. Formam cujuscunque c[illegible]
generalem, conſenſum nimirum etiam in pactionibus add[illegible]
tunc perfectè ſtare pactum innuit, nec quenquam re ampl[illegible]
integra, vel altero inviro recedere poſſe, indubitati juris eſt, cu[illegible]
ſus, ut fidei cauſa, intercellit, *l. 58. ff. l. 29. C. de pactis, l. 5. C.* [illegible]
actionib. nihil enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ [illegible]
placuerunt, ſervare, *d. l. 1.* & pactum inter ipſos contrahentes [illegible]
dicitur, *l. 10. C. eod.* Sin autem uterq; ſponte à priori ſeceſſerit, & p[illegible]
aliter pactus fuerit, pacta noviſſima ſervari, tam juris, quam ipſius rei æ[illegible]
tas poſtulat, *l. 12. C. eod.* Sed non omnia pacta ſunt ſervanda, & [illegible]
ligemus, quæ non ſunt ſervanda, facilè à contrario ſenſu, ea quæ ſ[illegible]
fuerint, cognoſcentur, *argt. princ. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alter.* I. [illegible]
vi atq; metu ſunt extorta, ſervari non debent, *l. 7. §. 7. ff de pact.* [illegible]
C. quod vi metusve cauſa auth. ſacram. C. ſi adverſ. vendit. Pacta [illegible]
ſa ſempérne ſervanda ſint, quæ nec vi nec dolo (ut Prætores edicere [illegible]
facta ſint. Si qui medicamentum cuipiam dederit ad aquam interc[illegible]
pepigeritq́; ; ne eo medicamento unquam poſtea uteretur, ſi eo [illegible]
mento ſanus factus fuerit, & annis pòſt aliquot inciderit in eunde[illegible]
bum, nec ab eo, qui cum pepigerat, impetret, ut item eo u[illegible] liceat, [illegible]
faciendum ſit, cùm ſit is inhumanus, qui non concedat uti, nec [illegible]
quam fiat injuriæ? vitæ & ſaluti conſulendum, *Cic. offic. 3. n. 92.* [illegible]
men quilibet metus ad reſcindendum ea, quæ conſenſu termi[illegible]
ficit. Sed talem metum comprobari oportet, qui ſalutis peric[illegible] vel
corporis cruciatum contineat, *l. 1. l. 3. C. de Tranſact. l. 6. ff. quod* [illegible]
al-

II. Quæ vergunt in Reipublicæ detrimentum: In omnibus enim, quæ non ad publicam læſionem, ſed ad rem familiarem reſpiciunt, paciſci licet, *d. l. 7. §. 14. l. 42. ff. de Pactis.* Utilitas enim publica præferenda eſt privatorum contractibus, *l. 3. C. de Primipil. l. 45. §. 1. ff. de Reg. Jur. l. 38. ff. de Pact.* III. Quæ contra leges conſtitutionesq; vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati juris eſt, *l. 6. 29. C. l. 27. §. 3. l. 21. ff. eod. l. 5. C. de legibus.* Quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt: nec facere nos poſſe, credendum eſt, *l. 15. ff. de Condit. inſtitut.* nec jusjurandum de hoc adactum ſervandum, *inquit Ulpian. in d. l. 7. §. 16.* Siquidem juramenta de rebus turpibus & in contemptum divinum facta, minimè ſunt ſervanda, *Novell. 11. præf. auth. quod eis C. de nupt. l. 58. de Regul. Jur. in 6. Hugo Grotius de jure belli ac pacis, lib. 2. cap. 13. n. 6. cauſ. 22. qu. 4. cap. 3. & ſeq.* & tália pacta vel invitant interdum ad delinquendum, vel afferunt contemptum legum, *l. 5. §. 1. ff. de pact. dotalib.* IV. Et alia fraudandi pacta adjecta non ſunt ſervanda, *d. l. 7. §. 10. ff. de Pactis.* V. Nec pactum præſtationis vel ſolutionis dupli pro ſimplo valet, *l. 17. ff. eod.* VI. Nec valet pactum legis commiſſoriæ, *l. ult. C. de pact. pignor. & de lege commiſſ. in pignorib. reſcind. Johann. Schneidew. ad §. 1. Inſt. Quib. alienare licet vel non.* etiamſi juramento fuerit comprobatum, *cap. 7. x. de pignorib. & aliis cautionibus.* Preuß. Landr. *lib. 4. tit. 5. art. 4. §. ult.* Poteſt tamen ita fieri pignoris datio hypothecæve, ut ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, jure emptoris poſſideat rem juſto pretio tunc æſtimandam. hoc enim caſu quodammodo videtur eſſe conditionalis venditio, *l. 16. §. ult. ff. de pignorib. & hypoth.* VII. Et in diviſione communis hereditatis, qua inſtrumentis diviſionis interpoſitis diviſiſſe hereditatem dixerunt fratres, nihilq; commune remanſiſſe caverunt, poſtea autem quidam abſentes cognoverunt pecuniam auream à fratre ſubtractam, cujus nulla mentio in inſtrumento continebatur, an poſt pactum diviſionis de ſubrepta pecunia fratribus adverſus fratrem competat actio? Reſpondet Modeſtinus, quanquam ob portionem ſubreptam generalis pacti conventi exceptio his, qui fraudem à fratre commiſſam tranſegerunt, objiciatur, de dolo utiliter replicari poſſe, *l. 35. ff. de Pactis.*

CAPUT OCTAVUM
De Tranſactionibus.

1\. NE lites ſint immortales & vitæ hominum modum non excedant, *l. 13. C. de Judic, §. 12. Inſt. de inutilib. ſtipul.* etiam utiliſsimum tranſactionis remedium eſt inventum, quæ eſt rei dubiæ, incertæ, neque finitæ deciſio, *Weſemb. Parat. de Tranſact. l. 1. ff. eod.* Vocabulum Tranſactio bifariam accipitur: uno modo latè, pro cujuscunque negotii definitione, compoſitione quæ litem tollit, vel per rem judicatam, *l. 229. 230. ff. de Verb. ſigſ.* vel per jusjurandum, *l. 2. ff. de Jurejur.* vel per pactum, *l. 35. ff. de Pactis,* in qua lege etiam tranſigere pro paciſci ponitur. Altero modo propriè pro compoſitione rei incertæ, dubiæ, neq; finitæ, aut propter timorem litis interpoſitæ, *l. 2. C. de Tranſact.* quæ remiſſione litis, & pro remiſſione facta, rei alicujus præſtatione, utplurimum fieri ſolet *l. 38. C. eod.* Cui non minor auctoritas, quàm rerum judicatarum eſſe debet, ſiquidè nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerunt, cuſtodiri, *l. 20. C. eod.* Et qui fidem licitæ tranſactionis rupit, non exceptione tantum ſubmovebitur; ſed & pœnam, quam, ſi contra placitum fecerit, rato manente pacto, ſtipulanti rectè promiſerat, præſtare cogetur, *l. pen. ff. eod.* Et
2\. quemadmodum inſtaurare litem deciſam jura prohibent, *l. 6. l. 33. C. eod. l. 5. C. de re judic. l. 8. C. commun. utriusq; jud.* ita nullus erit litium finis, ſi à tranſactionibus bona fide interpoſitis corporis facilè diſcedi, *l. 10. C. de Tranſact.* & neq; reſcripto imperiali interveniente, *l. 16. C. eod.* neq; pœnitentià alterutrius revocari poſſunt, *l. 30. C. ibid.* neq; ſub prætextu novorum inſtrumentorum repertorum, *l. 19. C. eod. l. 4. C. de re judic.* niſi vel per ſe, per aliumve ſubſtratis inſtrumentis, quibus veritas argui potuit, deciſionem litis extorſiſſe probetur, ſi quidem actio ſupereſt; replicationis auxilio doli mali, pacti exceptio removetur: ſi jam verò perempta eſt, intra conſtitutum tempus, tantùm actionem de dolo potes exercere, *d. l. ...* vel ſi ex falſis inſtrumentis tranſactiones vel pactiones initæ fuerint, ... quamvis jusjurandum de his interpoſitum ſit; etiam civiliter falſo revelato, eas retractari præcipimus, *Impprs. Leo & Anthem. in l. pen C. de Tranſactionib.* Poteſt & tranſactioni, & pacto convento Aquiliana ſtipulatio ſubjici, *l. 2. ff. eod.* Cujus natura eſt, quòd omnes præcedentes obligationes novat & perimit, *l. 4. ff. d. t.* Vel ut Juſtinianus ait: per quam contingit,

tingit, ut omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur: ſtipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes, *§. 2. Inſt. Quib. mod. tollitur obl. vide l. 18. §. 1. ff. de Acceptil.* Quis ille Gallus Aquilius fuerit, *vide Mynſing. ad d. §. 2. Inſt. d. t.* Paulus JCtus: Pacto convento Aquiliana ſtipulatio ſubjici ſolet, ſed conſultius eſt, huic pœnalem quoq; ſtipulationem ſubjungere; quia reſciſſo fortè pacto, pœna ex ſtipulatu peti poteſt, *l. 15. ff. de Transact. de qua pœna vide l. ſeq.*

CAPUT NONUM
De Promiſſis, Pollicitationibus & Votis.

DE Promiſſis. Quemadmodum à fide & pudore alienum eſt, non præſtare id, de quo quis rogatur, *§. 1. Inſt. de fidei commiſſ. heredit.* ita quilibet, quod promiſit in memoria ſua ſervare, nec ab aliis ſibi manifeſtari debeat poſcere, *l. 12. C. de contrab. & commit. ſtipul.* Et unusquiſq; quod ſpopondit ſuo impendio dare debet, quamdiu id, quod debet, in rerum natura eſt, *l. 20. ff. de oper. libert.* Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti, apud extraneum manum tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus. *Proverb. Salomon. 6. princ.* grave enim eſt, fidem fallere, *l. 1. l. 25. ff. de Conſtit. pecun. l. 1. §. 4. ff. Depoſiti.* Lectorius Tribunus collega Volleronis: Quandoquidem non tam facilè loquor, inquit, Quirites, quàm quòd locutus ſum præſtò, *Liv. lib. 2. anno ab U. C. 283.* Vult ſibi quiſq; credi, & habita fides, ipſam plerumq; obligat fidem, *Idem lib. 22. anno ab U. C. 537.* Atq; etiam ſi quid ſinguli, temporibus adducti, hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides ſervanda, ut primo bello Punico Regulus captus à Pœnis, cum de captivis commutandis Romam miſſus eſſet, juraſſetq; ſe rediturum primum; ut venit, captivos reddendos in Senatu non cenſuit, deinde, cùm retineretur à propinquis & ab amicis, ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere, *Cicero offic. 1. n. 39. & verb. ſeq.* Secundo Punico bello, poſt Cannenſem pugnam, quos decem Annibal Romam miſit adſtrictos jurejurando, ſe rediturosesſe, niſi de redimendis iis, qui capti erant, impetraſſent, eos omnes cenſores, quoad quiſq; eorum vixit, quod pejeraſſent, in ærariis reliquerunt: nec minùs illum, qui jurisjurandi fraude

 culpam

culpam invenerat. Cùm enim Annibalis permiſſu exiſſet de caſtris, rediit paulò pòſt, quòd ſe oblitum, neſcio, quid diceret: deinde egreſſus jurejurando, ſe ſolutum putabat, & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum, *Liv. lib. 22. ad fin.* Fraus adſtringit, non diſſolvit perjurium. Fuit igitur ſtulta calliditas, perverſè imitata prudentiam, itaq; decrevit Senatus, ut ille veterator & callidus vinctus ad Annibalem duceretur, *ibid. offic. 3. n. 113.* Eſt jus etiam bellicum fidesq; jurisjurandi ſæpe cum hoſte ſervanda, *ibid. n. 107.*

2. Et ita pergit Cicero, *n. 111.* Nullum vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt, indicant id leges 12 tabularum, indicant ſacratæ, indicant fœdera, quibus etiam cum hoſte devincitur fides: indicant notationes, animadverſionesq; cenſorum, qui nulla de re diligentiùs, quàm de jurejurando judicabant. L. Manlio. A. F. cùm Dictator fuiſſet M. Pomponius tribunus plebis diem dixit, quòd is paucos ſibi dies, ad dictaturam gerendam addixiſſet. Criminabatur etiam, quòd Titum filium, qui poſtea Torquatus appellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare juſſiſſet, quod cùm audiviſſet adoleſcens filius, negotium exhiberi patri accurriſſe Romam & prima luce Pomponii domum veniſſe dicitur, cui cùm eſſet nunciatum, qui illum iratum allaturum ad ſe aliquid contra patrem arbitraretur, ſurrexit è lectulo, remotisq; arbitris ad ſe adoleſcentem juſſit venire, at ille, ut ingreſſus eſſet, confeſtim gladium diſtrinxit, juravitq; ſe illum ſtatim interfecturum, niſi jusjurandum ſibi dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum, juravit hoc terrore coactus Pomponius rem ad populum detulit: docuitque, cur ſibi causâ deſiſtere neceſſe eſſet. Manlium miſſum fecit. Tantum temporibus illis jusjurandum valebat. Sed ſervanda non eſt promiſſio, ſi turpem cauſam aut nullam utilitatem contineat, ſed magis contra bonos mores, honeſtatem, vel etiam in contemptum divinum aut proximi perniciem facta ſit, inquit Cicero, *offic. 1. n. 32.* Poteſt accidere promiſſum aliquod, & conventum, ut id effici ſit inutile, vel ei, cui promiſſum ſit, vel ei, qui promiſerit, nam ſi ut in fabulis eſt, Neptunus, quod Theſeo promiſerat, non feciſſet. Theſeus filio Hippolyto non eſſet orbatus, ex tribus enim optatis, ut ſcribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit: quo impetrato, in maximos luctus incidit, nec promiſſa igitur ſervanda ſunt ea, quæ ſint iis, quibus promiſeris, inutilia; nec ſi plus tibi noceant, quàm illi proſint, cui promiſeris, contra officium eſt, majus damnum anteponi

mino:

minori: ut ſi conſtitueris, te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum, atque interim graviter ægrotare filius cœperit, non ſi contra officium, non facere, quod dixeris, magisque ille, cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur, jam illis promiſſis non ſtandum eſſe, quis non videt, quæ coactus quis metu aut deceptus dolo promiſerit? quæ quidem pleraque jure prætorio liberantur, nonnulla legibus. Tunc fidem fallam, inquit Seneca, tunc inconſtantiæ crimen audiam, ſi, cùm omnia eadem ſint, quæ erant promittente me non præſtitero promiſſum, alioquin, quicquid mutatur, libertatem facit de integro conſulendi, & meam fidem liberat. Promiſi advocationem: poſtea apparuit per illam cauſam præjudicium in patrem meum quæri, promiſi me peregre unà exiturum. Sed iter inveſtari latrociniis nunciatur: in rem præſentem venturus fui: ſed æger filius, ſed puerpera uxor tenet, omnia debent eſſe eadem, quæ fuerunt cùm promitterem, ut promittentis fidem teneas, *de benefic. lib. 4. cap. 35.* Quid? ſi qui ſapiens rogatus ſit ab eo, qui 3. eum heredem faciat, cùm ei ſeſtertium millies relinquatur, ut antequam hereditatem adeat, luce clara in foro ſaltet, idque ſe facturum promiſerit, quod aliter eum heredem ſcripturus ille non eſſet: faciat, quod promiſerit illi, nec ne? promiſiſſe nollem & id arbitror fuiſſe gravitatis, quoniam promiſit, ſi ſaltare in foro turpe ducet, honeſtiùs mentietur, ſi ex hereditate nihil cœperit, quam ſi cœperit: niſi fortè eam pecuniam in Reipubl. magnum aliquod tempus contulerit, ut vel ſaltare eum, cùm patriæ conſulturus ſit, turpe non ſit. Ac ne illa quidem promiſſa ſervanda ſunt, quæ non ſint iis ipſis utilia, quibus promiſeris, Sol Phaëtonti filio (ut redeamus ad fabulas) facturum ſe eſſe dixit, quicquid optaſſet, optavit, ut in currum patris tolleretur: ſublatus eſt; atque is antequam conſtitit; ictu fulminis deflagravit. Quantò meliùs fuerat, in hoc promiſſum patris non ſervatum, *Cicero offic. 3. n. 94.* ubi dictam de Theſeo fabulam in ſequentibus pergere ſuſtinet. *Et inferius paulò n. 107.* ita. Quod ita juratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere, id obſervandum eſt: quod aliter, id ſi non fecerit, nullum perjurium eſt, ut ſi prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus eſt, ne ſi juratus quidem id non feceris, nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus ſed communis hoſtis omnium, cum hoc nec fides eſſe debet, nec jusjurandum commune, non enim falſum jurare, perjurare eſt:

ſed quod ex animi tui ſententia juraveris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, perjurium eſt, ſcitè enim Euripides, juravi linguâ, mentem injuratam gero, quod *in cauſ. 22. qu. 5. cap. 9.* dicitur arte verborum jurare, ſcilicet: reſervatione mentali.

4. **De Pollicitationibus.** Eſt pollicitatio libera & ſpontanea offerentis promiſſio, qua quis vel reip. civitati, collegio, vel univerſitati opus aliquod facturum, vel aliquid daturum pollicetur, *l. 1. ff. de Pollicitationib.* Differt à pacto, quod eſt ad minimum duorum conſenſus atque conventio. pollicitatio verò offerentis ſolius promiſſum, *l. 3. ff. eod.* Interdum autem tenetur ex pollicitatione promiſſor, interdum verò non, ſi Reip. fuerit facta pollicitatio, *d. l. 1.* vel propter incendium, vel terræ motum, vel aliquam ruinam, quæ Reip. contingit, ſi quis promiſerit, *l. 4. ff. ibid.* & ſi non inchoaverit, *l. 7. ibid.* vel propter honorem, vel decretum, vel decernendum, vel ob aliam juſtam cauſam, *d. l. 1. §. 1.* tenetur ex iſta pollicitatione ſive maſculus, ſive femina fuerit, *l. 6. 2. ff. eod.* & ſi ob honorem pollicitatio facta fuerit, quaſi debitum exigatur, *d. l. 3.* nec pœnitentiâ revocari poteſt, æquiſſimum enim eſt, hujuſmodi voluntates in civitates collatas pœnitentiâ non revocari, *d. l. 3. §. 1.* Et tranſit obligatio in heredem ex hac pollicitatione ob honorem facta, *l. 6. l. 9. l. pen. ff. eod.* Si verò promiſerit ob honorem vel ſacerdotium pecuniam, & antequam honorem vel magiſtratum ineat, deceſſerit, non oportebit heredem ejus conveniri, niſi fortè ab eo vel ab ipſa Republ. eo vivo opus fuerit inchoatum, *l. 11. ff. ibid.* Sin verò ſine cauſa promiſerit, non erit obligatus, *d. l. 1. §. 1. l. 5.* cùm nec ſtipulatio ſine cauſa facta valeat, *l. 2. §. 3. ff. de doli mali & met. except.* nec pactum, *l. 7. §. 4. ff. de pactis.* fallit tamen in ſtipulatione conditionali, ubi conditio ſuccedit in locum cauſæ, *Joh. Schneidew. Inſt. de Verb. obl. §. ſub condit. 4.* Si tamen is, qui ſine cauſa promiſerit, cœperit aliquid facere, eſt obligatus, *d. l. 1. §. 2.* Quomodo autem cœpiſſe intelligatur, *vide d. l. 1. §. 3. & ſeq.* nec ſemper quis ex nuda pollicitatione tenetur, verùm ſi promiſerit: ni fecero, pœnam præſtabo, quanti res promiſſa fuerit; Promiſſum non præſtans pœnam committit, *gl. ad l. 5. C. de Contrah. & committ. ſtipul.*

5. **De Votis.** Videtur votum à pollicitatione eo differre, quòd pollicitatio prophanis, votum verò ſacris fiat, ut Alciat. *in l. 233. ff. de Verb. ſigſ.* definit: Eſt votum alicujus faciendi vel non faciendi adverſus Deum decla-

declarata promiſſio. Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio, ſed quodcunq, voveris, redde. Multò melius eſt non vovere, quàm poſt votum promiſſum non reddere, *Eccles.5. vers.3.4.* Marcellus ſummam Reipubl. agi clamitabat: Requirere ſe in Senatu conſularem, in votis ſacerdotem, in jurejurando civem, *Tacit. annal.16. ad finem.* Si quis aliquam rem voverit, voto obligatur, res enim, quæ vovetur, ſoluta quidem liberat vota, ipſa verò ſacra non efficitur, *l.2. ff. de Pollicit.* nec vota temerè poſſunt revocari. Et ſi voverit atque ante ſponſionem deceſſerit, heres obſtrictus eſt, voti enim obligationem ad heredem tranſire conſtat, *d.l.2. in fine.* niſi fuerit votum impium & nefarium. Inquit Iſidorus: In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incautè voviſti, ne facias, impia enim eſt promisſio, quæ ſcelere adimpletur, *cauſ.22. qu.4. cap.5.* Malum, quod facturum ſe ſacramento devoverit, omnino non faciat, quia ſtulta vota frangenda ſunt, *ibid. cap.15. vide cap.8. 10. 12. 13. 16. 18. & ſeq.*

LIBER

Digitized by Google

LIBER TERTIUS
DE
Adjunctis quibusdam & cognatis Fidei Politicæ, tam publicæ, quám privatæ.

VT corpus humanum neque excellentia ſuæ formæ, neq; virium præſtantia & qualitatibus i[...] perfectè ſtare, aut naturam ſuam ſic ſuſtinere poteſt, ut non quibusdam, quamvis exiguis egeat, iisq; ſublevetur; ita Fides vix nomen aut nominis miniſterium, qui ſui uſum? absq; ſuis præſidiariis poteſt cuſtodire; non magis quàm inſtrumentum muſicum mulcere quidem & oblectare, donec ſonat, aures valet, evaneſcente autem ſono, nec ullo amplius ejus gratia, nec oblectatio ſupereſt. Ut ſi majora & ſpecio[...] reticeam, vulgatioraq; referam: quod corpus vel ab tempeſtatis, vel etiam magnī frigoris injuriā ſalvatur? niſi veſtimentorum & reliquorum præneceſſariorum uſibus ſatis muniatur; quod ſuſtentatur? niſi conveniente alimentorum cura, cibi potusq; refectione refocilletur & conſervetur. Ideo libro hoc de cognatis & adjunctis quibusdam tanquam fidei præſidiariis pauca ſubjiciam.

CAPUT PRIMUM
De Honeſto, Decoro, Utili & Natura.

1. QUatuor hæc fidei adjuncta, quaſi fulcra & ſuſtentacula immota, Honeſtum, Decorum, Utile & Natura, cognatione quadam & mutuo reſpectu ita ſibi invicem ſunt juncta & devincta,

vincta, ut non niſi ſola mentis cogitatione queant ſeparari. Omnino enim, inquit Cicero, illud honeſtum, quod ex animi excelſo, magnificoq; quærimus, animi efficitur non corporis viribus. Exercendum tamen corpus, & ita afficiendum eſt, ut obedire conſilio rationíque poſſit in exſequendis negotiis, & in labore tolerando. Honeſtum autem id, quod exquirimus, totum eſt poſitum in animi cura & cogitatione, *offic. 1. n. 79. Et lib. 2. de finibus boni & mali, n. 45.* Honeſtum id intelligimus, quod tale eſt, ut detracta omni utilitate, ſine ullis præmiis fructibúsq; per ſe ipſum poſſit jure laudari. quod quale ſit, non tam definitione, qua ſum uſus intelligi poteſt, (quanquam aliquantum poteſt) quam communi omnium judicio & optimi cujusq; ſtudiis atq; factis: qui permulta ob eam unam cauſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt, & ſi nullum conſecuturum emolumentum vident. Ita de Decoro inquit idem Cicero. Hujus vis eſt ea, ut ab honeſto non queat ſeparari, nam & quod decet, honeſtum eſt: & quod honeſtum eſt, decet. Qualis autem differentia ſit honeſti & decori faciliùs intelligi, quàm explanari poteſt. Quicquid enim eſt, quod deceat, id tum apparet, cùm antegreſſa eſt honeſtas. Quare pertinet quidem ad omnem honeſtatem hoc, quod dico, decorum; & ita pertinet, ut non recondita quadam idq; ratione cernatur, ſed ſit in promptu, eſt enim quiddam, idq; intelligitur in omni virtute, quod deceat: quod cogitatione magis à virtute poteſt, quàm re ſeparari, & ut venuſtas, & pulchritudo corporis ſe cerni non poteſt à valetudine: ſic hoc, de quo loquimur, decorum, totum quidem illud eſt cum virtute confuſum, ſed mente & cogitatione diſtinguitur, *offic. 1. n. 95. Et paulò inferiùs ſubjicit.* Decorum in omnibus factis, dictis, in corporis deniq; motu & ſtatu cernitur, idq; poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto, *offic. 3. n. 26. &c.* Idem ait: Decorum eſſe volunt, quod ita natura conſentaneum ſit, ut in eo moderatio, & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali, *ibid. n. 96. offic. 1.* Eandem cohærentiam & cognationem etiam Honeſtum cum utili habet. quando *offic. 3.* ait: Quicquid honeſtum eſſet, id utile eſſet cenſerent: nec utile quiſquam, quod non honeſtum, negatque Panætius ullam peſtem majorem in vitam hominum invaſiſſe, quàm eorum opinionem, qui iſta diſtraxerint, *n. 34. 11.* Pervertunt homines ea, quæ ſunt fundamenta naturæ, cùm utilitatem ab honeſtate ſejungunt, omnes enim expetimus utilitatem, ad eamq; rapimur: nec facere aliter ullo modo poſſumus. Nam quis eſt, qui utilia fugiat? ut quis

 potiùs

potius, qui eo non ſtudioſiſſimè perſequatur? ſed quia poſſumus nuſquam niſi in laude,decoro, honeſtate, utilia reperire: propterea illa prima & ſumma habemus: utilitatis nomen non tam ſplendidum,quàm neſſarium ducimus, *n. 101.* Id ſolum bonũ, quod honeſtũ, quæ autẽ huic repugnant ſpecie quadã utilitatis,eorum neq; acceſſione meliorem vitã fieri, neq; deceſſione pejorem,*n. 12.* Atq; illud quidẽ honeſtum, quod propriè vereq; dicitur id in ſapientib9 eſt ſolis,neq; à virtute divelli unquam poteſt,in iis autem, in quibus ſapientia perfecta non eſt,ipſum illud quidem honeſtum nullo modo. ſimilitudines honeſti eſſe poſſunt, *n. 13.* Et qui omnia metiuntur emolumen-

2. tis & commodis, neq; ea volunt præponderari honeſtati, hi ſolent in deliberando, honeſtum cum eo, quod utile putant comparáre: boni viri non ſolent, *n. 18.* Cumq; aliqua ſpecies utilitatis objecta eſt, commoveri neceſſe eſt: ſed ſi, cùm animum attenderis, turpitudinem videas adjunctam ei rei, quæ ſpeciem utilitatis attulerit, tunc non utilitati requirenda eſt, ſed intelligendum, ubi turpitudo ſit, ibi utilitatem eſſe non poſſe, *n. 35.* Athenienſes, cùm Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere, ſtatuerunt urbe relictâ, conjugibus & liberis Trœcenæ depoſitis, naves conſcenderent, libertatemque Græciæ claſſe defenderent. Cyrſilium quendam ſuadentem, ut in urbe manerent, Xerxemq; reciperent, lapidibus obruerunt. Atq, ille ſequi utilitatem videbatur. Sed ea nulla erat, repugnante honeſtate. Themiſtocles poſt victoriam ejus belli, quod cum Perſis fuit, dixit in concione, ſe habere conſilium Reip. ſalutare, ſed id ſciri non opus eſſe, poſtulavit, ut aliquem populus daret, qui cum communicaret, datus eſt Ariſtides. Huic ille, claſſem Lacedæmoniorum, quæ ſubducta eſſet ad Gytherum, clam incendi poſſe: quo facto, frangi Lacedæmoniorum opes, neceſſe eſſet, quod Ariſtides, cùm audiviſſet, in concionem magna exſpectatione venit, dixitq; perutile eſſe conſilium,quod Themiſtocles adferret,ſed minimè honeſtum. Itaq; Athenienſes,quod honeſtum non eſſet,id ne utile quidem putaverunt: totamq; eam rem,quam ne audiverant quidem, auctore Ariſtide, repudiaverunt. Manet ergo, quod turpe ſit, id nunquam eſſe utile,ne tum quidem,cùm id,quod utile eſſe putes,adipiſcare, hoc enim ipſum utile putare; quod turpe ſit,calamitoſum eſt, *ib. off. 3. n. 4[illegible].*

3. *49. vide Valer. Max. lib. 6. c. 5. n. 2. ext.* Non omne,quod licet,honeſtum eſt, *l. 144. ff. de Reg. Jur. l. 42. ff. de Ritu nupt.* quanquam aliter de Athenienſibus Plutarch. teſtatur,quando ait: Norunt omnes Græci,quid ſit honeſtum, ſed eo ſoli utuntur Spartani. Spartanus quidam. Per Caſtores, inquit, norunt Athenienſes,quid ſit honeſtum, ſed non agunt, *Lacon. Apophtheg. n. 9.* Vel ut

ut Cicero, *de Senect. n 64.* ait: Athenienſes, quod ſit rectum, ſciunt, ſed id facere nolunt, *vide Val. Max. lib. 5. c. 3. n. ult. ext.* Vectigal urinæ erat quidem utile, ſed non honeſtum. Reprehendenti filio Tito, quod etiam urinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admovit ad nares, ſciſcitans; num odore offenderetur: & illo negante. Atqui, inquit Veſpaſianus, è lotio eſt, *Suet. in Veſpaſ. n. penult.* Non omnis lucri bonus odor eſt. Sic Sp. Melius ex equeſtri ordine præ dives, rem utilem contra honeſtatem peſſimo exemplo, pejore conſilio eſt aggreſſus. frumento namq; ex Etruria privatâ pecuniâ per hoſpitum clientiumq; miniſteria coempto (quæ, credo, ipſa res ad levandam publicâ curâ annonam impedimento fuerat) largitiones frumenti facere inſtituit, plebemq; hoc munere delinitam, quacunq; incederet conſpectus elatúsq; ſupra modum hominis privati, ſecum trahere haud dubium conſulatum, favore ac ſpe deſpondentem. Ipſe ut eſt humanus animus inſatiabilis eo, quod fortuna ſpondet, ad altiora & non conceſſa tendere, & quoniam conſulatus quoq; eripiendus invitis patribus eſſet, de regno agitare, id unum dignum tanto apparatu conſiliorum & certamine, quod ingens excuſandum eſſet, præmium fore, *Liv. lib. 4. anno ab U. C. 315.* In libro de honeſto Chryſippus, ut evinceret id ſolùm, quod honeſtum eſt, eſſe bonum, talibus uſus eſt rationibus: quod bonum, id expetendum eſt: quod expetendum, id placet: quod placet, laudabile eſt, quod laudabile eſt, id eſt honeſtum: Et rurſum: Bonum quod eſt, id adfert gaudium: quod tale eſt, id honorabile: atq; hoc porrò honeſtum eſt, *Plut. de ſtoic. repug. n. 19.* Ita commendatur utilitas ab Horatio *lib. 1. Satyr. 3.*

Atq; ipſa utilitas juſti propè mater & æqui.

Tanta vis eſt honeſti, ut ſpeciē utilitatis obſcuret, *Cic. off. 3. n. 47. & n. 88. ib.* Malè Curio, cùm cauſam Tranſpadanorū æquam eſſe dicebat: ſemper autē addebat, vincat utilitas. Potiùs diceret, non eſſe æquam, quia non eſſet utilis reip. quā cùm æquā eſſe diceret, non eſſe utilē fateretur. Intuta quæ indecora, *Tac. hiſt. 1.* In mentē Ariſtidis contra Themiſtoclis conſiliū paulò præcedentiùs dictū, ferè, & hoc eſt, quod ſequitur: Mari9 & Attili9 Romā quum veniſſent, legationē in Capitolio ita renunciârunt, ut nulla re magis gloriarentur, quàm decepto p inducias & ſpē pacis, rege. Adeò enim apparatibus belli fuiſſe inſtructū, ipſis nulla parata re, ut omnia opportuna loca præoccupari antè ab eo potuerint, quàm exercitus in Græcia trajiceretur; ſpatio autem induciarum ſumpto, venturum illum nihilo paratiorem, Romanos omnibus inſtructiores rebus cepturos bellum, Bæotorū quóq; ſe concilium arte diſtraxiſſe, nec conjungi amplius ullo conſenſu Macedonibus poſſent.

Hæc ut ſumma ratione acta, magna pars Senatus approbabat: veteres & moris antiqui memores negabant, ſe in ea legatione Romanas agnoſcere artes. Non per inſidias & nocturna prælia, ſed ſimulatam fugam improviſosq; ad incautum hoſtem reditus), nec ut aſtu magis quàm vera virtute gloriarentur, bella majores geſſiſſe, indicere priùs quàm gerere ſolitos bella, denunciare etiam, interdum locum finire, in quo domicaturi eſſent. Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum, vitæ ejus inſidiantem: eadem Faliſcis vinctum traditum proditorem liberorum regis. Hæc Romana eſſe, non verſutiarum Punicarum, neq; calliditatis Græcæ: apud quos fallere hoſtem, quàm vi ſuperare glorioſius fuerit. Interdum in præſens tempus profici dolo, quàm virtute: ſed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confeſſio expreſſa ſit, ſe neque arte, neq; caſu, ſed collatis cominus viribus juſto ac pio bello eſſe ſuperatum. Hæc ſeniores, quibus nova hæc minùs placebat ſapientia. Vicit tamen ea pars Senatus, cui potior utilis, quàm honeſti cura erat, *Liv. lib. 42. anno ab U. C. 580.* Hodie autem raro inveniuntur ejusmodi ſeniores & moris antiqui memores; plures cui potior utilis, quàm honeſti cura, ut Tacit. *annal. 4.* ait: Pauci ptudentiâ honeſta ab deterioribus, utilia ab noxiis diſcernunt. Pro honeſtis & præſentibus flagitioſa interdum & incerta exſpectant, *ibid. princ.* Antepoſuere cæteri quoq; tribuni centurionesq; præſentia dubiis & honeſtis, *Idem hiſt. 1.* Ita hoc ſeculo ferè eſt comparatum, ut nemo ferè ſit, qui, ſi non natura, arte tamen compoſitus eſt, nihil, niſi quod ſibi ſit utile, ſollicitis penſitare & trutinare articulis, *ut Ovid. lib. 2. de Ponto eleg. 3. ait:*

> At reditus jam quisq; ſuos amat, & ſibi quid ſit
> Utile, ſollicitis computat articulis.

Pauci ſunt Helvidii Priſci, hic doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona, quæ honeſta, mala tantùm, quæ turpia: potentiam, nobilitatem, cœteraq; extra animum, neq; bonis, neq; malis annumerant, *Idem hiſt. 4. princ. ferè.* Vel ut Agricola, qui vim ſuam ardoremq; compeſcuit, ne increſceret, peritus obſequii, eruditusq; utilia honeſtis miſcere, *Idem in Jul. Agr. vita.* Servetur honeſtas & verecundia caſtis moribus perſeveret, *l. un. C. de Majuma.* Honeſtum itaq; Decorum & Utile non minimum ſolum eſt fidei politicæ munimentum, ſed & illud, quod ipſam alit & ſuſtentat

4. alimentum. Non minus natura quaſi fons & origo fidei politicæ ex puritate & ſimplicitate ſua mutuum cum Honeſto, Decoro atq; Utili reſpectum ſervat & cuſtodit: hæc enim immutabiliter vera & ſincera, alia atq; alia eſſe nequit,

nequit, cùm tamen jura & politicæ præcepta conſtituuntur, mutantur, laxantur, relaxantur arbitrio, partim cauſis, circumſtantiis partim, partim temporibus, *&c.* ut, quod hodie licet, cras minimè liceat. Eſt forma peripateticorum diſciplinæ, ſicut ferè cœterarum, triplex: una pars eſt natura; diſcendi altera: vivendi tertia, *Cic. de finib. boni & mali, lib. 5. n. 9. ubi de his partibus tribus in num. ſequentibus.* Et ſi quis naturæ ſcientiam, doctrinam & explicationem fatius inquirere cupit, ibi per totum librum ſatis ſuperq; inveniet. Jura naturalia, inquit Juſtinian. divina quadam providentia conſtituta ſemper firma atque immutabilia permanent. Ea verò, quæ ipſa ſibi quæq; civitas conſtituit, ſæpe mutari ſolet, vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata, *§. pen. Inſt. de J. N. G. & C. l. 137. §. 6. ff. de Verb. oblig. l. 2. ff. de uſufr. earum rer. quæ uſu conſum.* Natura jus eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit: ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſervantiam, veritatem, *Cic. lib. 2. ad Herenn. n. 13.* Præter hanc naturæ deſcriptionem Cicero naturæ definitionem dedit, qualem, & ſi non omnibus figuris præſenti rei propriam, ſpecie tamen magnam & in multis inſtitutioni noſtræ accommodatam huc afferre volo, quando ait: Sed quid ſit ipſa Natura, explicandum eſt ante breviter, quò faciliùs id, quod docere volumus, intelligi poſſit. Namq; alii naturam cenſent eſſe vim quandam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios: alii autem vim participem rationis atq; ordinis, tanquam via progredientem declarantemq;, quid cujusq; rei cauſa efficiat, quid ſequatur, cujus ſolertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex conſequi poſſit imitando, *lib. 2. de natura Deor. n. 81.* quando puritas & ſimplicitas ejus conſideratur, bene diſcutitur à Cicerone *ad Herenn. lib. 3. n. 44. quando ait:* Imitetur igitur ars naturam; & quod ea deſiderat, inveniat: quod oſtendit, ſequatur. Nihil eſt enim, quod aut natura extremum invenerit, aut doctrina primum: ſed rerum principia ab ingenio profecta ſunt, & exitus diſciplina comparantur. Ad cujus ductum & operationem tam in converſatione morali, quàm qualibet actione humana formam præſcribit, Idem, *offic. 1. n. 128.* Cicero quando ait: Nos autem naturam ſequamur, & ab omni, quod abhorret, ab oculorum, auriumq; approbatione, refugiamus. Status, inceſſus, ſeſſio, accubitio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. quibus in rebus duo ſunt maximè fugienda, ne quid effeminatum aut molle, & ne quid durum aut ruſticum ſit. Officium autem, idem ait Cicero, quod ab eo ducitur, hanc primùm

Digitized by Google

habet viam, quæ deducit ad convenientiam conſervationemque naturæ, quam ſi ſequemur ducem, nunquam aberrabimus: ſequemúrq; & id, quod ad hominum ſocietatem accomodatum: & id, quod vehemens atq; forte. Sed maxima vis decori in hac ineſt parte, de qua diſputamus. neq; enim ſolùm corporis, qui ad naturam apti ſunt, ſed multò etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati ſunt, *ibid. n. 100.* Porrò, puritas & ſimplicitas naturæ etiam exinde poteſt æſtimari, quòd ejus reſpectu inter homines nulla differentia eſt, *l. 32. ff. de Regul. Jur.* Omnes æqualiter tam ſervi, quàm liberi, ut homines ex contractibus naturaliter obligantur, *l. 13. ff. de Condict. indeb. l. 14. ff. de obl. & act.* reſpectu verò juris civilis vel poſitivi, ut cives non obligantur ſervi, quia ejus non ſunt capaces, *d. l. 32.* Cujus diſtinctionis origo non eſt â natura deſumta. Neminem enim natura liberum fecit, neminem ſervum. Impoſuit hæc fortuna poſtea ſingulis nomina, *Senec. excerpt. controv. lib. 7. declam. 6.* Similiter pupilli ex contractu abſq; tutoris authoritate celebrato non obligantur civiliter, *pr. Inſt. de Authorit. tutor.* quia eis ſapientum hominum jura nullo modo conceduntur, *l. ult. C. de Teſtam. milit.* & quicquid vident, ignorant, *l. 1. C. de falſa monet.* obligantur tamen naturaliter, ſcilicet quando ſunt locupletiores facti, *l. 5. ff. de Authorit. tutor. l. 3. ff. de Commod. l. ult. C. de Uſucap. pro empt. l. 3. §. 4. ff. de negot. geſtis.* Et illa naturalis obligatio non ex naturali apprehenſione aut acceptione mutui vel commodati, ſed ex locupletatione æſtimatur, quia hi non accipere aut magis apprehendere intelliguntur, quàm ſi dormienti aliquid in manu ponatur, quia affectio tenendi deeſt, *l. 1. §. 2. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* aliàs etiam furioſus ex iſta manuali apprehenſione obligaretur. Ita videre eſt, quomodo natura ex puritate & ſimplicitate ſua, omnem reſpectum juris poſitivi, ad varias facti circumſtântias, modos, perſonarum conditiones & qualitates, habitum excludit, & ut quoddam dictorum factorúmq; conveniens & veritas ſimplex continuò ipſam fidem politicam comitatur.

CAPUT SECUNDUM
De Probitate.

1\. MAgnam familiaritatem & neceſſitudinem etiam Probitas cum fide politica habet: non enim poteſt eſſe fidelis, niſi qui fuerit probus: neq; probus, niſi fidelis, improbi enim irreligioſi & infideles raro dictis æqualem in factis ſervant fidem. Ac meâ quidem

by Google

dem ſententiâ, inquit Cicero, omnis ratio & inſtitutio vitæ adjumenta hominum deſiderat, imprimíſq; ut habeas, quibus cum poſſis familiares conferre ſermones: quod eſt difficile, niſi ſpeciê præ te viri boni feras, *off. 2. n. 39.*

- - - - - ante oculos rectum pietáſq; pudórq;
Conſtiterant, & victa dabat jam terga cupido.
Ovid. lib. 7. Metamorph. fab. 1.

Nihil eſt, unde faciliùs amorem ſui ad populum concitet magiſtratus, quàm per pietatem. Cæteræ enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas verò etiam amoris plurimum meretur, *Valer. Max. lib. 5. cap. 4. n. 2. ext.* Plus apud bonos pietatis jura, quàm omnes opes valent, *Juſtin. lib. 3.* propitiis præſertim, ſi per mores noſtros liceret, deis, *Tacit. hiſt. 3.* Faciliùs, ſi quis pius eſt, à Dis ſupplicans, quàm qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi. Iccirco moneo vos ego hæc, qui eſtis boni, quiq; ætatem agitis cum pietate & cum fide. Retinete porrò, poſt factum ut lætemini, *Plaut. in Rudent. prolog.* Modeſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt, *Tacit. de morib. German.* Per pietatem ſanguine conjunctis, patriæq; benevolis officium & diligens tribuitur cultus, *Cic. lib. 2. de Invent. n. 36.* Vetellius ſub Claudio hanc in ſtatua ſua habuit inſcriptionem: Pietatis immobilis erga Principem, *Sueton. in Vitell. n. 3.* Pietate & juſtitia Principes Dii fiunt, *Inſcript. tur. quæ eſt Regiom. Pruſſ.* Pietate atq; ſapientia, quotquot unquam imperarunt, ſuperavit Sacratiſſimus Princeps D. Juſtiniani pater, *Novell. 140.* Ait Lycortas Achæorum Imperator ad Appium: Veremur quidem vos Romani: & ſi ita vultis etiam timemus, ſed plus & veremur, & timemus Deos immortales, *Liv. lib. 39. anno ab U.C. 570.* Convenerant aliquando legati & alii proceres: Principes Macedonum, Achæorum exſul vir inſignis Cycliadas cum Imperatore Romano rex Animander & Dionyſodorus Attali legatus, *&c.* Inter hos Romanus ad extremum littus progreſſus, cum rex in proram navis in anchoris ſtantis proceſſiſſet, commodiùs, inquit, ſi in terram egrediaris, ex propinquo dicamus invicem audiamúſq; Quum Rex facturum ſe id negaret: Quem tandem, inquit Quintius, times? Ad hoc ille ſuperbo & regio animo: neminem equidem timeo præter Deos immortales: non omnium autem credo fidei, quos circa te video, atq; omnium minimè Ætolis, *Idem lib. 32. ad finem.* Ut pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum movet oculos & delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt; ſic hoc decorum (probis) quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibus cum

Digitized by Google

cum vivitur ordine, & conſtantia, & moderatione dictorum omnium atque factorum, *Cic. offic. 1. n. 98. & offic. 3. n. 76.* Si qui voluerit animi ſui complicatam notionem evolvere, jam ſe ipſe doceat, eum virum bonum eſſe, qui proſit, quibus poſſit: noceat nemini, niſi laceſſitus injuriâ. Legati Romanorum Aſiam petentes protinus Delphos cùm exſcendiſſent, oraculum adierunt, conſulentes, ad quod negotium domo miſſi eſſent, perficiendæ ejus quam ſibi ſpem populoq; Romano protenderet. Reſponſum eſſe ferunt, per Attalum Regem compotes ejus fore, quod peterent, quum Romam Deam devexiſſent, tum curarent, ut eam, qui vir optimus Romæ eſſet, hoſpitio acciperet. Præmiſſus ab legatis M. Valerius Falco nunciavit, Deam apportari, quærendum virum optimum in civitate eſſe, qui eam rite hoſpitio acciperet. Acceſſit conſultatio de matre Idæa accipienda, quam præterquam quod M. Valerius unus ex legatis prægreſſus actutum in Italia fore nunciaverat, recens nuncius aderat. Tarracinæ jam eſſe. Haud parvæ rei indicium Senatum tenebat, qui vir optimus in civitate eſſet, veram certè victoriam ejus rei ſibi quisq; mallet, quàm ulla imperia, honorésve ſúffragio ſeu patrum ſeu plebis delatos. P. Scipionem, Cn. filium, ejus qui in Hiſpania ceciderat, adoleſcentem nondum quæſtorium judicaverunt in tota civitate virum optimum eſſe, *Liv. lib. 29. anno ab U. C. 549. & 550.* Tantum probitati & pietati tribuendum, ut in æternum valeat, quod Cicero ait: Nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec deniq; hoc ipſo hujus gentis, ac terræ domeſtico nativóq; ſenſu, Italos ipſos, ac Latinos, ſed pietate & religione, atq; hac una ſapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi, gubernaríq; perſpeximus, omnes gentes nationésq; ſuperavimus, *de haruſpic. reſpons. orat. 30. n. 19.* Ita pietatis jura nunquam ſunt violanda, *l. 7.*
3. *C. de Teſtam. manumiſſ.* Sed rebus cunctis ineſt quidam velut orbis: ut quemadmodum temporum vices; ita morum vertuntur, *Tacit. annal. 3* ut Comicus ait: Hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat, *Terent in Andr. act. 1. ſc. 2.* Conqueritur hoc Dionyſ. Halicarnaſſ. Sed quid opus eſt hos accuſare, qui malè nati malè educati, parvam honeſtatis rationem habent: cùm videamus majorum inſtituta, ne in noſtris quidem manere moribus? Gravitas enim â quibusdam ſuperbia vocatur: Juſtitia fatuitas, fortitudo inſania, temperantia & modeſtia ſtoliditas. Contra quæ apud Priſcos illos odioſa erant, hæc efferuntur, & in admiratione ſunt, hoc corrupto ſeculo; Ignavia ſcilicet, ſcurrilitas, malitia, verſutia, animus ad

quæ

quævis temerarius, & mens ad optima quæq; deſerenda flexilis: quæ multas jam Respubl quantumvis potentes funditus evertere, *lib. 9. n. 65.* Otho contra ſpem omnium, delitiis, neq; deſidia torpeſcere. dilatæ voluptates, diſſimulata luxuria & cuncta ad decorem imperii compoſita, eoq; plus formidinis afferebant falſæ virtutes, & vitia reditura, *Tacit. hiſt. 1.* Nihil eſt, quod tam miſeros facit, quàm impietas & ſcelus, *Cicero de finib. boni & mali, lib. 4. n. 66.* Valens equeſtri familia natus, procax moribus, neq; abſurdus ingenio, famam urbanitatis per laſciviam petere. Ludicro Juvenalium ſub Nerone velut ex neceſſitate mox ſponte mimos actitavit, ſcitè magis, quàm probè, *Tacit. hiſt. 3.* Exacto poſt bello Syllano & Mariano biennio, Cenſor annuus Nolam venit, quod oppidum eſt Campaniæ, regionem illam pro more viſitaturus, & quod æſtas eſſet, regioq; ipſa æſtuoſiſſima, in publicum prodiret. hoſpiti apud quem diverterat, Amice, inquit, ego ſum cenſor à Senatu Romano ad regionem hanc viſitandam miſſus. Itaq; feſtinus abito, omnesque è populo bonos huc ad me vocato. Sunt enim nonnulla ſacri Senatus nomine illis dicenda. Hoſpes ut erat forte prudentior, & minùs opulentus Cenſore Romano ad ſepulchra abit mortuorum, qui illic erant humati, & clara voce: Heus, inquit, boni viri, venite mecum! vocat enim vos Cenſor Romanus. Cenſor neminem venire videns; iterum jubet hoſpitem illos accerſere. Is ad ſepulchra denuò reverſus mortuis ait: adeſte, viri boni! Vocat enim vos Cenſor Romanus. In hunc modum & iisdem verbis tertium accerſiti non venirent, (pertæſus &) indignatus Cenſor inquit hoſpiti: Quandoquidem juſſu meo boni viri noluerunt venire, illuc ibo; itaq; mecum progreſſus mihi illos monſtra. Hoſpes pauperculus Cenſorem manu præhenſum ad ſepulchra ducit ad quæ dudum abierat, & mortuos denuò (clara voce) compellans, ecce, inquit, boni viri, adeſt Cenſor Romanus vos allocuturus. Cenſor indignatus (& excandeſcens) quid agis, inquit hoſpes? ego te vivos accitum miſi, tu verò mortuos vocas. Cui hoſpes: ſi prudens es, Cenſor Romane, haud mirum tibi videbitur, quod feci. Omnes quippe boni viri hujus regionis olim ſunt mortui, & in his monumentis ſepulti. Neq; te reſponſo meo commoveri decet, ſed ego petitione tua potiùs offendi poſſum, qui viros requiras bonos, cùm in tot nuſquam non viros incurras improbos. Scire enim te velim, ſi fortè neſcis, ſi cum viro bono loqui velis, te nuſquam terrarum illum inventurum, ut vel in vitam illum ex morte revocari, vel de integro creari à Diis neceſſe ſit, *Anton. de Guev. horol. Princ. lib. 1. c. 2. n. 10.*

Digitized by Google

4\. Jamq; nocens ferrum, ferróq; nocentius aurum,
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat utròq;,
Sanguineáq; manu crepitantia concutit arma,
Vivitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,
Nec ſocer à genero, fratrum quoq; gratia rara eſt,
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti
Lurida terribiles miſcent aconita Novercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos,
Victa jacet probitas - - - - - - - -

Ovid. lib. 1. Metamorph. fab. 5.

Parùm tuta per ſe ipſa probitas eſt, *Salluſt. bell. Jugurth.* Rara temporum felicitas, in qua vel naſci, vel ſi natus unquam fuerit, perdurare contingat probus ac fidelis politicus. Præſertim ubi malos præmia ſequuntur, ibi haud facilè quiſquam gratuitò bonus eſt, *Salluſt. fragm. orat. L. Philipp. contra Lepid. &c.* Nam optimates & ſupremæ alicujus poteſtatis Conſiliarii, qui auro, tanquam nummis gratialibus emercati, auram liberam vendunt, & in dicendo elingues, in loquendo muti, in rebus peragendis ancipites facti, tandem in Republ. perniciem omnia abire permittunt, verè ſunt ii, de quibus modò dictum: malos præmia ſequuntur, quis ergo gratuitò, id eſt, abſq; præmiis bonus eſſe vult. Præclarè Socrates: hanc viam ad gloriam proximam & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis eſſet. Quod ſi qui ſimulatione & inani oſtentatione, ficto non modò ſermone, ſed etiam cultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur, vehementer errant: Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur: ficta omnia celeriter tanquam floſculi, decidunt, nec ſimulatum poteſt eſſe diuturnum, *Cicero offic. 2. n. 43. & off. 3. n. 81. 82.* Cadit ergo in virum bonum mentiri ſui emolumenti cauſâ, criminari, præripere, fallere? nihil profectò minus. Eſt ergo res ulla tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni & nomen & ſplendorem amittas? quid eſt, quod, afferre tantum poſſit utilitas iſta, quæ dicitur, quantum auferre, ſi nomen viri boni erupuerit? fidem juſtitiamq; detraxerit? quid enim intereſt, utrum ex homine ſe convertat quis in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat belluæ, *&c.* Nec eſt impietatis prædicatio, nec impia remuneratio, ſi ſcriptus heres, qui reliquias teſtatoris ad mandatum ejus non in mare abjecit, ſed ſepulturæ tradidit, quod non hereditatem conditione non impleta capere poſſit; ut Modeſtinus reſpondit:

Lex.

Laudandus eſt magis, quàm accuſandus heres, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundùm ipſius voluntatem abjecit: ſed memoriæ humanæ conditionis ſæpulturæ tradidit, *l. 27. ff. de Condit. inſtit.* cùm & aliæ ineptæ voluntates defunctorum circa ſepulturam (veluti veſtes aut ſi qua alia ſupervacua, ut in funus impendantur) non valeant, *l. 113. §. ult. ff. de legat. 1. vide l. 50. ff. de heredit. petit. l. 44. ff. de manumiſſ. teſtam.* Pietatis tituli ſunt omnibus honoribus pulchriores, *Plin. 3. epiſt. 8.* Quæ juſtitia etiam adverſum Deos eſt, *Cic. de natura Deor. lib. 1. n. 116.*

CAPUT TERTIUM
De Amicitia.

Ducit ordo Adjunctorum ad Amicitiam, quæ perfectæ vitæ Dux, ſocietatis anima, tranquillitatis cuſtos & Reipubl. præſidium meritò appellatur. Fides, libertas, amicitia præcipua humani animi bona, *Tacit. hiſt. 1.* de qua etiam Epicurus ita dicit: omnium rerum, quas ad beatè vivendum ſapientia comparaverit: nihil eſſe majus amicitiâ, nihil uberius, nihil jucundius, *Cic. de finib. boni & mali lib. 1. n. 65.* Quæ vi ſua, tanquam nexu indiſſolubili ceu divino, in unanimitate, mutuo affectu atq; amoris complexu pectora hominum ita devincit, ut difficilis ejus, ſæpe acerba diſſolutio animadvertatur. Omnium ſocietatum nulla præſtantior eſt, nulla firmior, quàm cùm viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate conjuncti, *Cicero offic. 1. n. 55. & n. 88.* Vita victusq; communis, conſilia, ſermones, cohortationes, conſolationes, interdum etiam objurgationes in amicis vigent maximè: eſtq; ea jucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum conjugavit, *Et pro A. Cluent. n. 46.* Scitis omnes quantam vim habeat ad conjugendas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo. Tria ad hanc vitam regendam neceſſaria eſſe, veteres dixerunt. Prudentiam, Amicitiam & Patientiam. Oculus vitæ Prudentia: Sal vitæ Amicitia: Baculus vitæ Patientia. Verùm à Terentio Archyta dici ſolitum: ſi quis cœlum aſcendiſſet, naturamq; ſiderum perſpexiſſet, inſuavem illam admirationem ei fore, quæ jucundiſſima fuiſſet, ſi aliquem, cui narraret, habuiſſet. Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliquod tanquam adminiculum annititur: quod in amiciſſimo

quoq; dulciſſimum eſt, ſed cùm tot ſignis eadem natura declaret, quid velit: ac quærat, quid deſideret: obſurdeſcimus, neſcio, quomodo nec ea, quæ ab ea monemur, audimus. Eſt enim varius & multiplex uſus amicitiæ, multæq; cauſæ ſuſpicionum, offenſionumq; dantur; quas tum evitare, tum elevare, tum ferre ſapientis eſt. Una illa ſublevanda offenſio eſt, ut & veritas in amicitia & fides retineatur. nam & monendi amici ſæpe ſunt & objurgandi: & hæc accipienda amicè, cum benevolè fiunt, *Idem de Amicit. n. 88.*

2\. Contemplemur nunc amicitiæ vinculum potens & prævalidum, neq, ulla ex parte ſanguinis viribus inferius. Hoc etiam certiùs & exploratiùs, quod illud naſcendi ſors, fortuitum opus; hoc uniuscujusq; ſolido judicio incoacta voluntas contrahit. Itaq; celerius eſt, ſine reprehenſione propinquum avertere, quàm amicum: quia altera diremptio iniquitatis, altera utiq; levitatis crimini ſubjecta eſt, *&c. Valer. Max. lib. 4. cap. 7. princ.* Amicitias, ſtudia, favores, benevolentiam quærere & captare artibus honeſtis, ut non illicitum, ſic quæſita ſervare, honeſtum. Quorum favorem, inquit Tacit. ut largitione & ambitu malè adquiri, ita per bonas artes haud ſpernendum, *hiſt. 1.* Tiberius neq, hereditatem cujusquam adiit, niſi cùm amicitia meruiſſet, ignotos & aliis infenſos, eoq; Principem nuncupantes, procul arcebat, *Idem annal. 2. in medio ferè.* Sciti hominis atque humani dictum, Soſſi Senecio, in ore habent Romani, quisquis ille fuit: qui, cùm aliquando ſolus cænaſſet, ſe ediſſe iſto die, non cœnaſſe pronunciavit. nimirum cœnam ſemper indigere communitate quadam & amicitia, quæ ei ſuavitatem pararet ſentiens. Evenus quidem ignem condimentorum ſuaviſſimum dixit. Salem Homerus divinum, plerique Gratias appellant, quod plurimis rebus admixtus guſtui eas commodas gratioſasq; & jucundas reddat. Cœnæ autem & menſæ condimentum revera diviniſſimum eſt amicus præſens familiarisve aut notus homo. non quòd unà edit & bibit, ſed propter communicationem colloquii: modò aliquod ſit in ultro citroq; dictis operæ pretium, *Plutarch. Sympoſ. lib. 7. princ.* Ad ſalem & Cuminum amici, qui ita ſunt inter ſe familiares, ut etiam ſale & cumino ſolis propoſitis unà cœnent, *Idem Sympoſ. lib. 5. quæſt. 10.* Qui ita invicem inter ſe loquuntur: Sunt, quos, ſcio, eſſe amicos, ſunt, quos ſuſpicor: quorum ingenia atque animos non poſſum noſcere, ad amici partem, an ad inimici perveniat. Sed tu ex amicis certis mihi es certiſſimus. Si quid ſcis, me feciſſe inſcitè aut improbè, ſi id non accuſas, tu ipſe objurgandus es, ſcio,

ſcio, *Plaut. in Trinum. act. 1.* Tres amicitiarum, communiter proverbio, ſolemus indigitare ſpecies: Sanguinis, animorum & fortunarum. In vernacula: Blut/ Muht- und Guts Freunde. Sanguinis iſti dicuntur, qui ab eodem ſanguine ad- & cognatione deſcendunt; Animorum: qui nullo ſanguine, ſed animorum vinculo tenaci, inter ſe ſunt devincti; Fortunarum: qui contemptis aut neglectis aliis, ſpem & fiduciam in bona fortunæ collocant, & eatenus amicitias tractant. Cujus autem amicitiæ vis major, cujus dexteritas potior, cujus fiducia potentior, & cujus ſpes certior ſit, propter incertitudinem, inconſtantiam, malitiam & omnium rerum perverſitatem, ut ſapienti quidem examinare conceſſum, ita ipſi vix aliis eligere eſt datum. Damonem & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe, ut cùm eorum alteri Dionyſius Tyrannus diem necis deſtinâſſet; & is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum causâ poſtulaviſſet: vas factus ſit alter ejus ſiſtendi, ut, ſi ille non revertiſſet, moriundum eſſet ſibi ipſi, qui cùm ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem Tyrannus, petivit, ut ſe ad amicitiam tertium adſcriberent, *Cicero offic. 3. n. 54.* Idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt, *Salluſt. bell. Catilin.* hanc eſſe veram amicitiam teſtatur hic, qui cum ſpiritu fidem præſtare voluit, qui eam cum fide, nexu indiſſolubili perplexam eſſe credidit. Verè enim Fides ſine amicitia, & amicitia ſine fide eſt corpus ſine ſpiritu. Nec quisquam poteſt dici fidelis, qui non ſit idem amicus. nihil homini amico eſt opportuno amicitiùs, *Plaut. in Epid. act. 3.* Mycipſa ita Atherbalem, Hiempſalem filios & Jugurtham adoptivum alloquitur: non exercitus, neque theſauri, præſidia regni ſunt, verùm amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio & fide pariuntur, *Salluſt. bello Jugurth.* Et Helvidius: Nullum majus boni imperii inſtrumentum, quàm boni amici, *Tacit. hiſt. 4. princ. ferè.* Non eſt aureum hoc ſceptrum, quod regnum ſervat, ſed amici fidi ſceptrum ſunt regibus veriſſimum maximeq; tutum. Verùm, ne putes, homines naſci naturâ fidos (omnib9 enim iidem fidi conſpicerentur, quemadmodum etiam alia, quæ naturâ gignuntur, omnibus conſpiciuntur eadē) ſed fidos oportet ſibi unusquisq; faciat, *&c. Xenoph. de Pad. Cyri. lib. 8.* Ita ait Chærecrates apud Xenophont. Quondam audivi eum 3.

& amicis ea diſputantem, è quibus mihi videbatur quàm maximam quiſq; utilitatem ad amicorum uſum ac comparationem habiturus. A multis enim ajebat ſe hoc audire, omnium poſſeſſionum præſtantiſſimam eſſe verum ac bonum amicum. Videre verò ſe quàm plurimos quidvis potiùs ſectari, quàm ſtudium comparandorum amicorum. Etenim eos ſe videre dicebat, ut haberent domos, agros, & ſervos, & pecora, & vaſa diligenter procurantes, & adhuc ſervare conantes, quæ haberent: de amico vero, (quod maximum bonum eſſe dicunt) nec adquirendo, nec conſervando dixit ſe videre vulgus hominum minimè ſollicitum. Quin etiam ægritudine laborantibus amicis & ſervis, videre ſe quoſdam ajebat pro ſervis quidem & medicis pecuniam ſolvere, & alia quæq; pro ſanitate illorum diligenter parare, amicos verò negligere. Mortuis autem utriſq; propter ſervos quidem dolere & damnum putare, propter amicos verò minimè. Et aliarum quidem poſſeſſionum nihil ſine cura dimittere, amicos verò curâ indigentes deſpicere. Et ad hæc, inquit, ſe vulgus hominum videre aliarum poſſeſſionum ſuarum, quantumvis multæ ſint, totam multitudinem ſcire: amicorum verò numerum, etiamſi pauci ſint, interrogantibus quotnam, qualeſve habeat, ſe ignorare reſpondent: tantam habent amicorum curam. Atqui quare bonus amicus comparatus non multò melior apparet? quis namq; equus, quodve par jumentorum utile eſt, quàm bonus amicus? Aut quis ſervus ita benevolus & conſtans, aut quæ poſſeſſio alia tam utilis erit: Verus namque amicus ſe ipſum paratum exhibet ad omnem amicorum inopiam ſublevandam, ſive in rebus privatis, ſive in publicis, ac, ſi quenquam oportuerit afficere beneficiis, ſuam operam accommodat: ſi quis metus conturbat, ſimul adjuvat illic quidem non parcendo ſumptibus, hic verò opere properans: partim perſuadendo, partim cogendo. Idem ſecundâ fortunâ utentibus multam lætitiam confert: calamitatibus verò gravatos ſublevat. Quæcunq; verò aut manus cuilibet ſuppeditant, aut oculi prævident, aut aures præaudiunt, aut pedes perficiunt, horum omnium nullo beneficus amicus poſterior eſt. Nonnunquam enim quæcunq; quiſquis pro ſe ipſo non feciſſet, aut non vidiſſet, aut non auſcultaſſet, hæc utiq; amicus pro amico perfecerit, *&c. lib. 2. de factis & dictis Socrat.* Ea tempeſtate, qua Sejani amicitiam cœteri falsò exſuerant, auſus eſt eques Romanus M. Terentius ob id reus amplecti, ad hunc modum apud Senatum ordiendo: Fortunæ quidem meæ fortaſſe minus expediat adgnoſcere crimen, quàm abnuere. Sed utcunq; caſura res eſt, fatebor

&

& fuiſſe me Sejano amicum, & ut eſſem expetiſſe; & poſtquam adeptus eram, lætatum, *&c. Tacit, annal. 6. princ.* Tanta eſt amicorum neceſſitas, ut etiam in ſumma fortuna conſtituti amicis carere non poſſint. Ut ſicut gregibus canes; ita opum ſuarum cuſtodes amicos convenit comparare. 4.
Julianus Imperator id aliquoties prædicans, Alexandrum M. ubi haberet theſauros interrogatum, apud amicos, benevolè reſpondiſſe, *Ammian. Marcellin. lib. 25.* Dionyſius Syracuſanus quibusdam monentibus, ut adverſus Heraclidem & Calippum, quorum fidei plurimum credebat, tanquam inſidias ei nectentes cautior eſſet, reſpondit: ſe vitâ malle excedere, quàm metu violentiæ mortis, amicos inimicosq; juxta ponere, *Valer. Max. lib. 3. cap. ult. n. 5. extern.* Tanta enim eſt amicitiæ vis ac poteſtas, ut non ſolùm homines quosdam invicem & inter ſe notos, ſed integram etiam multitudinem imperia & regna, quæ ſumma vi & potentia in unum ſociari non poſſunt, benevolentiâ ſuâ conjungere queat.

Et errat longe meâ quidem ſententiâ,
Qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius,
Vi quod fit, quàm illud, quod amicitiâ adjungitur.
Terent. in Adelph. act. 1. ſc. 1.

Quis omnes nationes, regna, gentes, imperia enumerare poteſt, cum quibus Romani amicitias, ſocietates & fœdera contraxerunt. Præſidii, adjumentiq; causâ, non benevolentiæ, neq; caritatis, amicitias eſſe expetendas, ait Cic. *de amicit. n. 46.* quæ eſt nihil aliud, niſi omnium divinarum humanarumq; rerum cum benevolentia, & caritate ſumma conſenſio, *ibid. n. 20.* quæ non adeò ex ipſa cognatione aut neceſſitudine ſanguinis, quam ductrice natura ex ſtudiorum & morum ſimilitudine deſcendit Amicitias ſimilitudo morum jungit: neſcio, quomodo inter ſe lumina animorum vident & agnoſcunt, nec quicquam in altero amare poteſt, niſi quod tacitè probet, *Quintilian.* Plus in amicitia valet ſimilitudo morum, quàm affinitas, *Cornel. Nepos in T. Pompon. Attic. vita.* Non dubito, ita eſt, ſi quis vitiorum omnium inimicus, rectum iter vitæ capit inſtitere, primum propter morum differentiam odium habet, *T. Petron. Arbit. Satyr.* Nihil enim eſt amabilius, copulatius, quàm bonorum morum ſimilitudo: in quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates, in iis fit, ut æquè quisq; altero oblectetur ac ſe ipſo: efficiturq; id, quod Phythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus, *Cic. offic. 1. n. 56. & de amicitia n. 50.* Quod ſi etiam illud addimus, quod rectè addi poteſt, nihil 5.

eſſe,

Digitized by Google

eſſe, quod ad ſe rem ullam tam alliciat & tam attrahat, quàm ad amicitiam ſimilitudo: concedatur profectò verum eſſe, ut bonos boni diligant, adſciſcantq; ſibi quaſi propinquitate conjunctos, atq; natura. nihil eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quàm natura. Quamobrem hoc quidem, Fauni & Scævolæ, conſtat (ut opinor) bonis inter bonos quaſi neceſſariam benevolentiam eſſe, quæ eſt amicitia, fons à natura conſtitutus, *&c.* Cùm plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præſtat omnibus, quòd bona ſpe prælucet in poſterum, nec debilitari animos, aut cadere patitur: verum etiam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur ſui. Quocirca & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, &, quod difficilius dictu eſt, mortui vivunt: tantus eos honos memoria, deſiderium proſequitur amicorum: ex quo illorum beata mors videtur: horum vita laudabilis: quod ſi exemeris ex natura rerum benevolentiæ conjunctionem: nec domus ulla, nec urbs ſtare poterit; nec agri quidem cultus permanebit, *ibid. n. 23.* Neq; eſt ullum certius amicitiæ vinculum, quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum, *Idem pro Cn. Planc. n. 5.* Polybium Africano præcepiſſe novimus. Soſſi Senecio, nec è foro unquam digrederetur inter negotia verſans civium, niſi prius aliquem ſibi amicum feciſſet. Amicum autem heic exiſtimamus, non præcisè aut ſophiſticè eum intelligendum, qui perpetuus ſit & immutabilis: ſed comiter benevolum, *Plut. Sympoſ. lib. 4. princ.*

6. Non tamen promiſcuè quilibet in amicorum numerum ex foro eſt ſuſcipiendus, neq; cuilibet confeſtim credendum, cùm maxima amicitia ſæpe ſit maxima fallendi copia, multi ſpecie quadam ſingularis amicitiæ, ut interiora expiſcentur & cognoſcant, ambiunt, quò tutiùs ſub amicitiæ nomine maximas fraudes admittere, decipere & fallere queant, ut Salluſt. ait: Per maximam amicitiam maxima copia fallendi, *bello Jugurth.* Montium & vallium nulla cognatio, nulla familiaritas; hominum autem aliquando eſſe poteſt. Sed ut montium & vallium nulla; ſic hominum rara, & ea parùm aperta, vix ſincera, quid dicam ſemper vera! ſolſos in amore odia non fingere, *ait Tacit. annal. 6. ad fin.* Multi ſub amicitiæ præſidio, maximas iniquitates, non ſolùm exercent, verùm etiam nonnulli alios terrent, & à juſtitiæ limine, ſub appellatione magni nominis cujuſdam amici, avertunt & ſeducunt. Judæi clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, *Johann. 19. v. 12* Multi more iſto atq; exemplo vivunt, quos cùm cenſeas eſſe amicos, reperiuntur

falſi falſimoniis. lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide, *Plaut. in Bach.*
act. 3. in fine & in Trucul. act. 1. In melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ atq; ora-
tiones lacteq; corda felle ſunt ſita atq; acerbo aceto. Quæ fictæ & fucatæ
amicitiæ ſpecies amicitiæ paſſim appellantur, quaſi non expreſſam nocen-
di artem habeant, ſed quòd ſpeciem quandam veritatis & figuram amici-
tiæ oſtendant. Sejanus mœrentem (Agrippinam) & inprovidam altiùs
perculit, immiſſis qui per ſpeciem amicitiæ monerent, paratum ei vene-
num, vitandas ſoceri epulas, *Tacit. annal. 4.* Victo Vononi perfugium
Armenia fuit, vacua tunc, interq; Parthorum & Romanas opes inſidia, ob
ſcelus Antonii, qui Artaſuaden regem Armeniorum ſpecie amicitiæ inle-
ctum, dein catenis oneratum, poſtremò interfecerat, *Idem annal. 2. princ.*
Senecio è præcipua familiaritate Neronis ſpeciem amicitiæ etiam tum re-
tinens, eò pluribus periculis conflictabatur, *Idem annal. 15.* Valuit uti-
litas, ut Abdum ſpecie amicitiæ vocatum ad epulas, lento veneno illi-
garet, *Idem annal. 6.* Convictiq; & puniti ſunt, qui ſpecie amicitiæ do-
lum parabant, *Idem annal. 4.* Sed Pompejum imagine pacis, ſed Lepi-
dum ſpecie amicitiæ deceptos, *Idem annal. 1.* Agricola expulſum ſeditio-
ne domeſtica, unum ex regulis gentis exceperat, ac ſpecie amicitiæ in oc-
caſionem retinebat, *Idem in Jul. Agric. vita in med.* Ii ſermones tanquam
vetita miſcuiſſent, ſpeciem artæ amicitiæ facere, *Idem annal. 4.* Mucia-
nus epiſtolis Cæcinam ut captivum ac dediticium increpat, unde paula-
tim levior viliorq; haberi, manente tamen in ſpeciem amicitia, *Idem hiſt.*
4. ad fin. Nullam cœdem Otho majore lætitia excepiſſe, nullum caput 7.
tam inſatiabilibus oculis perluſtrâſſe dicitur: ſeu tum primum levata
omni ſolicitudine mens vacare gaudio cœperat ſeu recordatio majeſta-
tis in Galba, amicitiæ in T. Vinio. quamvis immitem animum ima-
gine triſti confuderat: Piſonis ut inimici & æmuli cœde lætari, jus
faſque credebat, *Idem hiſtor. 1. in medio.* Rex Archelaus quinqua-
geſimnm annum Cappadociâ potiebatur, inviſus Tiberio, quòd eum
Rhodi agentem, nullo officio coluiſſet, nec id Archelaus per ſuper-
biam omiſerat, ſed ab intimis Auguſti monitis; quia florente C.
Cæſare, miſſoque ad res orientis, in tuta Tiberii amicitia credeba-
tur, *Idem annal. 2.* Tiberius Pomponium Flaccum veterem ſtipendiis,
& arta cum rege amicitia, eóque accommodatiorem ad fallendum, ob
id Mœſiæ præfecit, *Idem ibid.* Cliens Sorani P. Egnatius & tunc emptus ad

Digitized by Google

opprimendum amicum auctoritatem Stoicæ ſectæ præferebat, habitu & ore ad exprimendam imaginem honeſti exercitus, cœterùm animo perfidioſus & ſubdolus, avaritiam ac libidinem occultans. quæ poſtquam pecunia recluſa ſunt; dedit exemplum præcavendi, quomodo fraudibus involuti aut flagitiis ſunt cumulati, ſic ſpecie bonarum artium falſi & amicitiæ fallaces, *Idem annal. 16. in fine.* Solent enim ejusmodi amici accendendis offenſionibus callidi, intendere vera, adgerere falſa, variis modis criminari. poſtremò paucis familiarium adhibitis ſermonem capere qualem ira & diſſimilitudo gignit, *Idem annal. 2.* Laconis exercita cum Piſone amicitia, ſed callidè, *Idem hiſt. 1.* Philippus amicitias utilitate, non fide colebat, *Q. Curt. lib. 1. in fine. Juſtin. lib. 9.* Vitellio in voluptates & libidines degenerante, Veſpaſiano econtra imperium affectante, primò Valerius Feſtus legatus, ſtudia provincialium cum fide juvit, mox nutabat, palàm epiſtolis edictisq; Vitellium, occultis nuntiis Veſpaſianum fovens, & hæc illave defenſurus, prout invaluiſſent. Deprehenſi cum literis edictisque Veſpaſiani per Rhætiam & Gallias militum & Centurionum quidam, ad Vitellium miſſi necantur, plures feſelleret, fide amicorum, aut ſuomet aſtu occultati, *Tacit. hiſt. 2. in fine.* Quibus deerat inimicus per amicos oppreſſi, *Idem hiſt. 1. princ.* Nonnulli officioſa amicitiæ ſimulatione decipiunt, credulamq; fidei & amicitiæ ſimplicitatem in periculum convertunt. Dux deerat, abducto Verginio per ſimulationem amicitiæ: quem non remitti, atq; etiam reum eſſe, tanquam ſuum crimen accipiebant, *Ibid. princ. ferè* Vide quàm ſit varia vitæ commutabilisq; ratio, quàm vaga, volubilisq; fortuna; quantæ infidelitates in amicis, quàm ad tempus aptæ ſimulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates, *Cic. pro T. Ann. Milone. n. 69.* ut in amicitiarum uſibus non erroneè quis dicere poſſit: pagano, non Chriſtiano, humano tamen more vita mortalium tranſigitur, quemadmodum Tacitus humanæ vitæ convitium reddit in propatulum, quando ait: Quædam in præſens Tiberius civiliter habuit, ſed in animo revolvente iras, etiamſi impetus offenſionis languerat, memoria valebat, *annal. 4.* Erat Sejanus peritia morum, odia in longum jaciens, quæ reconderet auctaq; promeret, *annal. 1.* quia non tam in noſtra poteſtate eſt oblivіſci quàm tacere, *Idem in Jul. Agr. vita.* unde quanquam manente in ſpeciem (amicitia) concordia, offenſarum operta ſæpe metuuntur, *Idem hiſt. 3.* Sed bellorum egregios fines, quotiens ignoſcendo tranſigatur, *Idem annal. 12.* Ad Themiſtoclem quidam doctus homo atque im-

imprimis eruditus acceſſiſſe dicitur, eiq; artem memoriæ, quæ tum primum
proferebatur, pollicitam ſe eſſe traditurum, cùm ille quæſiſſet, quidnam
illa ars efficere potuiſſet, dixiſſe illum doctorem, ut omnia meminiſſet: &
ei Themiſtoclem reſpondiſſe, gratiùs ſibi illum facturum, ſi ſe obliviſci quæ
vellet, quàm ſi meminiſſe docuiſſet, *Cic. lib. 2. de orat. n. 82.* irarum nimi-
rum ſemina, odiorum tacita, offenſarum recluſa obliviſci non meminiſſe.
Nullæ enim ſunt occultiores inſidiæ, quàm eæ, quæ latent in ſimulatione
officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine, nam eum, qui palàm eſt ad-
verſarius, facilè cavendo vitare poſſis, hoc verò occultum, inteſtinum, ac
domeſticum malum, non modò non exſiſtit: verùm etiam opprimit, an-
tequam perſpicere atq; explorare potueris, *Idem in Verrem lib. 1. n. 39.* De
quibus Xenophon ita ait: Quicunq; ſub amici nomine alterum fallit, is,
meo judicio, multò eſt, quàm qui fallitur, turpior, *l. 7. de Cyri minor. expe-
dit.* Ideo T. Quintius: Reliquas civitates moneo, inquit, ut ex factis,
non ex dictis penſent, intelligantq;, quibus credendum, & à quibus caven-
dum, *Liv. lib. 34. anno ab U. C. 560.* Ita oportere homines in uſu amici-
tiæ verſari, ut meminiſſent, eam ad graviſſimas inimicitias poſſe converti,
inquit Bias, *Valer. Max. lib. 7. cap. 3. n. 3. ext.* Nam amicos tempore, for-
tuna, cupidinibus aliquando aut erroribus imminui, transferri, deſinere,
Tacit. hiſt. 4. in med. ferè. Neq; omnibus abſq; diſcrimine ſecreta panden- 9.
da. *argt. l. 2. C. de aliment. pupill. præſtand.* Antè circumſpiciendum eſt,
cum quibus edas & bibas, quàm quid edas & bibas, *Senec. epiſt. 19.* Mul-
tos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit, *Cic.
de amicit. n. 67.* Poſt amicitiam credendum eſt, ante amicitiam judican-
dum. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus ſit, cùm pla-
cuerit fieri: toto illum pectore admitte; tam audacter cum illo loquere,
quàm tecum, *&c. Senec. epiſt. 3.* Tales amicos appellare debemus, non
levi notitia conjunctos: ſed quibus fuerint jura cum patrefamilias, honeſtis
familiaritatis quæſita rationibus, *l. 223. §. 1. ff. de Verb. ſigf.* His votum,
quod Seneca, *epiſt. 63.* fecit: Amicos incolumes cogitare, melle ac placen-
ta frui eſt, addere poſſumus. Titus Imperator amicos elegit, quibus etiam
poſt eum Principes, ut & ſibi, & Reip. neceſſariis adquieverunt, *Suet. in
Tit. n. 7.* Flagitioſa eſt etiam illa amicitia repullulaſcens, quando inimici
ſæpe inter ſe acerrimi, in alium communem utriusq; partis inimicum con-
ſpirant, & offenſi fiunt. atq; ita in ejus perniciem & extremum exitium
relictâ priori inimicitiâ, animos jungunt & amicitias contrahunt. Cujus

flagitioſæ amicitiæ exemplum Pilatus & Herodes in Chriſto noſtro Salvatore nobis dari poſſunt. Non improbè Jeremias Propheta de hoc malicioſo grege olim eſt conqueſſus: unusquiq; à proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratri ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, *cap. 9. v. 4.* In amicorum electione & hoc attendendum, ne veteres negligendo novi in eorum locum quærantur: novos quærendo veteres & probati ſimul potiùs retinendi, quàm amittendi. Summotis legatis, quum conſultus Senatus eſſet, & ſi magnæ parti urbs maxima opulentiſſimaq; Italiæ uberrimus ager, mariq; propinquus, ad varietates annonæ horreum populi Romani fore videbatur: tamen tanta utilitate fides antiquior fuit, reſponditq; ita ex authoritate Senatus, Conſul: auxilio vos, Campani, dignos cenſet Senatus: ſed ita vobiscum amicitiam inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur, *Liv. lib. 7. anno ab U. C. 412.* Erga Veſpaſianum, Civilis ait: vetus mihi obſervantia: & cùm privatus eſſet, amici vocabamur, *Tacit. hiſt. 5. in fine.* Periculoſa etiam eſt amicitia, quando potentior, & ſi vicinus fuerit in amicitiam eligitur. Cùm à prima omnium animantium creatione, omnibus innata erat ſua ſimplicitas, ſua dexteritas & ſincera charitas, ut quodlibet ſuum genus ſe amore comprehenderent, benevolentiæq; voto proſequerentur, cùm ſatis ſupérq; haberent, quibus ſaturata & quieta eſſe poſſent. quo vinculo natura quodammodo cognationem quandam inter homines conſtituit, ita conſequens, ut nefas eſſet, hominem homini inſidiari, *l. 3. ff. de Juſt. & Jure.* Sed cùm omnia à primo bono deficere inciperent, omnia declinarent, & à perfectione ſua quodammodo digrederentur, non ſolùm inter homines, utpote in quibus odia ex malitia; ſed etiam inter beſtias, in quibus ea ex feritate oriuntur, non in longum amicitia ſtetit: ſed in varias diſſenſiones, lites, ruptiones & bella ſe diffunderet. Hæc autem & illa memorare, immenſa menſurare, infinita finire, & ſine fundo fundare opus eſſet, ſi in arenam hanc quis deſcendere vellet: ſicco igitur pede potiùs tranſire & lingua elingui proferre, ſatis de his omnibus eſto dictum, ſi hæc omnia jam in propatulo eſſe dicantur. Fabulam tamen quandam non incongruam de canibus propoſito huic accomodatam in medium proferre licet. Canes patrimonii cuſtodes, nocturni vigiles, domuum protectores, vitæ dominorum ſæpe conſervatores, ſemper fideles eorum amatores, multis in laude ſua, reliqua quæ laudem mereri volunt animantia, poſt ſe relinquunt, & niſi hoc, quod invi-

invidiâ laborent, vitio eſſent maculati, hominum laudem in ſe converterent, eóſq; virtute ſua ſuperarent. Factum quod glauci, ſive cinerei aut lupini coloris canes non invidiâ ſolùm arderent, ſed etiam ſuperbiâ nigricantes, corvini tanquam contempti coloris atros deſpicerent; eóſq; in numero & ſocietate ſua amplius tolerare negarent: ideo primò converſationem priſtinam familiarem non modò averſabantur, ſed etiam à congreſſu nigricantes repellebant, quod ægrè ferentes hi jure & poſſeſſione ſua uti, neq; ullo modo ſe dejici ſuſtinuerunt. Hinc queſtus & ira, rixa & lites, tandem bellum! Cinerei publicè clarigantes hoſtilitatem & quicquid belli motus ferre poſſent, nunciârunt. Nigricantes primùm ſolliciti, inducias nullâ morâ quærere, & pacem ante bellum in tanta neceſſitudine, cognatione & familiaritate deprecari; ſed inducias non ſortiri, minùs pacem exſpectare potuerunt. Hinc ululatus, clamor & arma, hinc acies, ſtrages, & quod genus armorum & pugnæ requirit, acerrima dentium pugna, aurium revulſio, acerba excoriatio, carnetenus expellulatio, tripedes, bipedes, tanta rerum incertitudo, tanta viciſſitudo, ut quisq; initium, non autem finem animadvertere poſſet. Et cùm cinerei non modò animo, ſed & copiis prævalerent, iniquo Marte apud nigricantes ſæpe pugnatum. Hinc numero & viribus nigricantes, non verò animo inferiores, reliquos verſicolores in ſocietatem conciverunt. Et tunc ex æquo videbantur ſtare vires: fortunéq; luſum belli finem facere quisquis ſuſpicabatur. Sed quò par numerus, eò acrior utrinq; animus. Stabant fortes in acie, animoſi in pugna, tantus densium crepitus, tantus freſus, tantus ſtrepitus, tantus ſonitus, tantus tonitrus exaudiebantur, tanta jugulatio, & omnium membrorum luxatio agitabantur, ut nec acrior pugna, nec graviùs prælium unquam, ſi cauſa juſtior laudari poſſet. Et cùm quisquis finem, ubi numero & viribus pares eſſent, exſpectarent, pars cinerea belli finem, & amicitiam redintegrandam ex eo, quòd nigricantes ſocietatem verſicolorum quæſiverant, recuſarunt, & ex integro quaſi rem adgreſſi, virtutem dolo, lupinam, quaſi leoninam ſocietatem, *l. 29. §. 2. ff. pro Socio.* ex ſuaſu cujusdam veterani ob colorem parilem, ex eoque animum fidelem quærentes, eamque fœdere pacto confirmantes, miſcuerunt. Nigricantes doli hujus ignari non animo deſponſato, tam viribus, quàm cauſæ bonitati multum fidentes, nullo modo cedere, ſed fortunæ ſuæ exſpectatum exitum experiri ſuſtinuerunt. Cùm verò cinerei ex inſidiis non aperta fronte, lupos ſocios collocaſſent, & prima facie læti in hoſtem fortiter pugnarent, mox

Digitized by Google

quaſi debellati, & tanquam terga vertentes cederent, acerrimè reſiſtere & novam pugnam inchoare ceperunt, ubi ſocii ex inſidiis prolapſi,undiq; à fronte & tergo clauſum hoſtem cinxerunt, ut nigricantes ad unum fere omnes, ne nuncius ſupereſſet, cœſi, funeſtam cladem acciperent. Cùm itaque nigricantes accepta clade viribus & animo penitus eſſent exhauſti, non amplius urgere, ſed trahere bellum morabantur, ſe in pagorum munimentis, & poſt ſepimenta locis cinctis cuſtodiverunt. Cinerei hoſte debellato cùm lætari, dum animum erigere & triumphum canere deſtinasſent, hoſtem, ex ſocio, inſenſiſſimum, in viſceribus, lupos videlicet in ſocietatem & fœdera, imprudentiſſimè, allectos intellexerunt, hi enim cùm rebus confectis, bello fine impoſito, ſilvas & dumeta iterum colere debe-rent, non ſolùm bellorum ſumptus & impenſas petere exantlati laboris præmia, ſi non mercedem flagitare, dominationes terrarum occupatarum & regimen ſibi appropriari ſatagerunt,ſed & canes ipſos utpote ſocios campo, grege & cadaveribus pellere properârunt, egredi eos, & cadaveribus, carnibus morticinis, propriis ipſorum eſcis veſci prohibuerunt. Cùm autem ruſtici & domini, canum cuſtodiam neglectam, operam perditam, gregumq; periculum intelligerent, ipſiq; canes penuria & fame macerati vires exhauſtas ſentirent, ab armento, utpote equo, bove & aſino, & grege, quorum coriis ipſi lupi ſemper inhiant, correcti, perculſi & ad officia monſtrati, complanatorio, his internuntiis, facto, poſitis odiis, in medium conſuluere & in gratiam rediere. Quo facto, ſocius lupus communis & nativus canum hoſtis, canibus reconciliatis, unde ſe collegerunt, ſe recipere ſunt coacti. Apparet itaq; ex his ſole meridiano clariùs monetq; Modeſtia ſuaſoria Dea, ne vilior ſeu minor cum majori, potentiori & validiori, præſertim vicino, amicitiam, ſocietatem, pacta & fœdera, ſeu privatim ſeu publicè, vix ineat, nec ope, conſilio & viribus cum potentiori, ſui parem, amicum, familiarem aut vicinum ſupprimat, ne ſibi quod proverbio dici ſolet: Turdus ipſe ſibi cacat malum, eveniat malum. Multi

10. etiam in ea ſunt opinione, quod muneribus, donationibus & aliis beneficiis tam quæri, quàm conſervari amici bene poſſint. Sed cùm præmia, hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates, *Tacit. hiſt. 1.* & manus porrigentium prius quàm ipſum beneficium reſpiciunt, præmiorum etiam hiatum, *Tacit. hiſt. 4. in med. ferè.* magis famelici & ſitibundi, quàm beneficiorum memoriam retinent. Amicitias Vitellius dum magnitudine munerum, non conſtantia morum continere putat, meruit magis, quàm ha-

habuit, *Idem hiſt. 3. in fine.* Nam munera ſeu beneficia eousq; læta ſunt, dum videntur exſolvi poſſe: ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur, *Idem annal. 4.* Is amicus eſt, qui non ad quæſtum, cupiditatem, & manus reſpicit, ſed qui affectu animorum vincula facit, qui in dubia re juvat, ubi re eſt opus, *Plaut. in Epid. act. 1.* Et ſicubi adjuvari amicos beneficio oportet, *l. 17. §. 3. ff. de Commod.* Satis abundeq; ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur, *l. 20. ff. de negot. geſt. l. 39. §. 2. ff. de Adminiſtr. tutor.* Præterea, ut cautè cum amico converſandum, ſic (ut olim Pilatus & Herodes amici facti & hodie fiunt) non minùs ab reconciliato maximè cavendum. Nam quem tibi invidia aut æmulatio inimicum fecit, eum tibi, reconciliata gratia, amicum fore aut manere, caveredas. Solet enim etiam ſanato vulnere ſæpe manere cicatrix. Neq; enim, ut Facellus dicit, facilè propagata odiorum ſementis ſtirps interit: quippe ut gratiæ in odium deflexus facilis; ita odii ad gratiam difficilis eſt tranſitus: raroq; animus, quem ſemel indignatio ſubit, ſincera fide excolitur, aut cum quo vehementes primum inimicitias geſſit, affectuosè poſtmodum in gratiam redit, *Philip. Camer. oper. ſubciſ. cent. 1. cap. 92.* Sed hæc tamen, quanquam in coutrarium rara, non ſolent eſſe perpetua. Solent enim in eo, de quo Plautus loquitur aliquando occupare veritatis locum. Nam in hominum ætate multa eveniunt hujusmodi: capiunt voluptates, capiunt rurſum miſerias. Iræ interveniunt, redeunt rurſum in gratiam. Verùm iræ, ſi quæ fortè eveniunt hujusmodi, inter eos rurſum ſi reventum in gratiam eſt, bis tantò amici ſunt inter ſe, quàm prius, *in Amphitr. act. 3.* Sed raró.

CAPUT QUARTUM
De Juſtitia.

PRima & præcipua erga homines Deumq; virtutes eſt Juſtitia, quam omnes reliquæ tanquam pediſſequæ ſequuntur, ſine qua antiquiores, neq; Jovem in cœlo rectè potuiſſe imperare, dixerunt, *Plutarch. ad princip. inerudit. n. 5* ſine qua neque multitudo in unum corpus coaleſcere: neq; hominum ſalus florere; neq; Resp. niſi fundamento hoc nixa, firma, ſana & ſtabilis permanere poteſt. Præſtantiſſima inter homines

omnes bona ſunt: Juſtitia & benignitas, quarum altera æquabiliter ſuum cuiq; tribuit, neq; appetit aliena: altera ad miſericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat, hæc ornare firmareq; imperium, hæc conſervare Remp. hæc pulchrè humanam noverunt gubernare vitam, *Novell. 163;* Nihil inter homines unquam exſtitit robuſtius, aut pulchrius juſtitiâ, *Novell. 30. cap. 9. §. 1.* Deo ſimul & Juſtitia nihil majus exſiſtit, abſq; his enim nihil unquam commodè geri poteſt, & præcipuè in noſtra hac Republica. Exinde enim & rectè regnare & ſubditos ad benevolentiam, neq; non ad ſummam licet attrahere devotionem, *Novell. 164.* ad fidem faciendam juſtitia plus pollet: quippe cùm ea ſine prudentia ſatis habeat auctoritatis, prudentia ſine juſtitia nihil valeat ad faciendam fidem, *Cic. offic. 2. n. 34. & paulò inferius.* Juſtitia ſine prudentia multum poterit: ſine juſtitia nihil valebit prudentia, *& n. 38.* Ex juſtitia una virtute viri boni appellantur. Veritas de terra orta eſt: & juſtitia de cœlo proſpexit, *Pſalm. 84. vers. 12.* veritatem pro jure ſumi tradunt DD. apud Parthen. Litigios. *lib. 1. cap. 1. n. 1.* Ageſilaus juſtitiam ſolebat inter omnes virtutes præſtantiſſimam dicere, & ſine qua fortitudo nullius eſſet pretii, cùm contrà ne opus quidem hac eſſet futurum, ſi omnes homines juſti eſſent. Dicentibus: Hoc ita magno regi placere. Quid ergo, inquit, an is major me eſt, ſi non ſit juſtior? rectè judicans, juſtitia tanquam regia menſura præſtantiam eſſe examinandam, *Plutarch. in Ageſil. num. 38. 39.*

2, Non enim vos Dii in tenebris operiunt, inquit Xenophon, ſed opera veſtra neceſſe eſt ſemper in propatulo vivere apud omnes quæ ſi pura & ſine injuſtitia appareant, reddent vos inter omnes homines potentiſſimos: ſin quid injuſti alter in alterum cogitabitis, fidem apud omnes homines amittetis, *lib. 8. de pædia Cyri.* Honores juris gladii nunquam vendi paſſus eſt Alexander Sever. Impr. dicens: Neceſſe eſt, ut, qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores poteſtatum: quos ſi patiar; damnare non poſſim. Erubeſco enim punire illum hominem, qui emit & vendit, *Ælius Lamprid. in Alexand. Severo.* Et Nero, cùm ad imperium veniret, declaravit: Nihil in penatibus ſuis venale aut ambitioni pervium: diſcretam domum & rempubl. *Tacit. annal. 13. princ. ferè.* Ut anima corpus vivificat, quamdiu in eo eſt, ſic juſtitia Rempubl. *Plato de Republ. dial. 16.* Adjuvante inclinationem animorum clementia in omnes & juſtitia Prætoris Romani, *Liv. lib. 44. anno ab U. C. 589.* Fundamentum perpetuæ commmendationis & famæ eſt juſtitia: ſine qua nihil poteſt laudabile eſſe, *Cicero offic. 2. n. 71.*

Hæc

Digitized by Google

Hæc una omnium eſt domina & regina virtutum, *Idem offic. 3. n. 29.* Sed nullibi magis, quàm in bello, per rationem ſtatus Juſtitia agitur in exſilium; ubi dominandi libido, & regnandi cupiditas ſemper aliquam juſtitiæ ſpeciem ſibi fingit, quando illa qualiſcunq; armorum juſtitia, aut juſticiæ ſpecies, etiamſi finem ſuum jam ſit conſecuta, non quieſcit, ſed pergit ſub illo juris prætextu fortuna verſante, imperia, regna, provincias & urbes ſubjugare & imperio ſuo adjicere. Maximè autem, inquit Cicero, adducuntur pleriq;, ut eos juſtitiæ capiat oblivio, cùm in imperiorum, honorum, gloriæ cupiditatem inciderint. Quod enim eſt apud Ennium: Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt: id latiùs patet. Nam quicquid ejuſmodi eſt, in quo non poſſint plures excellere, in eo fit plerumq; tanta contentio, ut difficillimum ſit, ſanctam ſervare ſocietatem. Declaravit id modò temeritas C. Cæſaris: qui omnia jura divina atq; humana pervertit, propter eum, quem ſibi ipſe, opinionis errore, finxerat principatum, *Idem offic. 1. n. 26.* Qui omnia recta & honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur, *Idem off. 3. n. 82:* Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratiâ violandum eſt: aliis rebus pietatem colas, in ore habuiſſe dicitur Jul. Cæſar, *Cic. ibid. Sueton. in eo n. 30. ut ſuperiùs lib. 1. cap. 6. dictum.* Eſt juſtitia duplex: Naturalis & Civilis, *l. 13. §. 7. ff. de Excuſat. tuto.* Naturalis eſt, quæ ex ipſa natura & ratione naturali ſolum: unde jus, quod ſemper æquum & bonum eſt, dicitur, *l. pen. ff. de juſt. & jure.* Civilis, quæ ab authoritate & conſtitutione legumlatoris: unde jus ars æqui & boni dicitur, *l. 1. ff. ib.* dependet. Illa ſemper exactam & omnibus numeris abſolutam æquitatem continet, *ut in l. 37. ff. de reb. cred.* caſus ejus habetur. ſc. ſi me & Titium mutuam pecuniam Sempronius rogaverit, ego verò meum debitorem Sempronio promiſerim, Sempronius etiam ſtipulatus fuerit. at putavit, cũ eſſe Titii debitorẽ, an mihi obligatus ſit, quæritur, ſiquidẽ nullum negotium mecum contraxit, quia defuit conſenſus propter errorẽ. Reſpondet autẽ Celſus: ſed propius eſt obligari Semproniũ, non quòd pecuniã tibi credidi. (hoc enim niſi inter conſentientes, fieri nõ poteſt) ſed quia pecunia mea ad te pervenit, eam mihi reddi bonũ & æquũ eſt, *vide l. 13. §. 1. ff. Depoſ. l. 24. in fin. ff. ad SC. Trebell. l. 11. ff. de Ædil. Edicto.* Hæc verò ex ſcripta lege deſcendit, de qua JurisConſult. Julian. in caſu ſervi cujuſdã vulnerati, ut eo ictu certum eſſet eum moriturum, multũ differit *verbi gr.* Si quis ſervo mortiferum vulnus inflixerit, eundemq; alius ex intervallo ita percuſſerit, ut maturiùs interficeretur, quàm ex priore vulnere moriturus fuerat; ſtatuendum eſt, utrumq; eorum lege Aquilia teneri. Idq; conſequens auctoritati veterum: 3.

 qui

Digitized by Google

qui cùm à pluribus idem ſervus ita vulneratus eſſet, ut non appareret, cujus ictu periiſſet, omnes lege Aquilia teneri, judicaverunt. Æſtimatio autem perempti non eadem in utriusque perſona fiet. nam qui prior vulneravit, tantum præſtabit, quantum in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris, trecentis ſexaginta quinq; diebus. Poſterior in id tenebitur, quanti homo plurimi venire potuit in anno proximo, quo, vita exceſſiſſet, in quo pretium quoq; hereditatis erit. Ejusdem ergo ſervi occiſi nomine, alius majorem, alius minorem æſtimationem præſtabit. Nec mirum: cùm uterq; eorum ex diverſis temporibus occidiſſe hominem intelligitur. Quod ſi quis abſurdè à nobis hæc conſtitui putaverit: cogitet, longè abſurdius conſtitui, neutrum lege Aquilia teneri: aut alterum potiùs: cùm ne impunita maleficia eſſe oporteat: nec facilè conſtitui poſſit, uter potiùs lege Aquilia teneatur. Multa autem jure civili, contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt, *l. 51. princ. & §. 1. 2. ff. ad L. Aquil.* Porrò juſtitia hæc civilis in ambiguitatibus conſuetudinem, aut rerum perpetuò ſimiliter judicatarum auctoritatem ſequi jubetur, *l. 38. ff. de legib.* Quoniam non omnes caſus, qui quandoq; inciderint, legibus aut SenatusConſultis poſſunt comprehendi, ideo cùm in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is, qui jurisdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, & cœtera, quæ tendunt ad eandem utilitatem vel interpretatione, vel jurisdictione ſupplere poteſt, *l. 10. 11. 13. ff. eod.* ſæpe etiam in caſibus quibusdam noſtra inſcitia adſpici debet, *l. 22. in fin. ff. de Judic.* quoniam interdum facti interpretatio etiam prudentiſſimos fallit, *l. 2. ff. de Juris & facti ignor.* præſertim cùm de æquo & bono intempeſtivam ſapientiam ſomniant, in quo genere plerumque ſub auctoritate juris ſcientiæ perniciosè erratur, *Celſus in l. 91. §. 3. ff. de Verb. obl.* interdum etiam cogimur dicere, illum non rectè facere: pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe, *l. 14. §. 54. ff. de Religioſ. & ſumpt. fun.* Reliquas juſtitiæ diſtributiones & partes videre licet apud Weſemb. *in Paratitl. de Juſtit. & Jure n. 3. 4. 10. 11. 12.* Sanctam cum juſtitia, fides, cognationem & perpetuam neceſſitudinem ſervare debet, utiq; quæ non vi ſua, non viribus propriis niti poteſt, ſed quaſi corpus fulcimentis & ſuſtentaculis ſolidatur, &, ſicut corruentibus ſoliditatibus ipſum, quod eſt ſuperſtructum, ruere neceſſe habet; ita fides, niſi juſtitiæ nitatur fundamine, perfidiæ magis & ſtellionatus, quàm fidei nomen meretur. Quilibet ingenuus aulicus, ut in vita politica ſecundùm juris canonem & præ-

cepta: honeſtè vivere, alterum non lædere, ſuum cuiq; tribuere, *§. 3. Inſt. de Juſt. & Jure.* vitam ſuam inſtituat; ita in vita Chriſtiana hanc vivendi regulam ſibi habeat propoſitam, eoq; ſymbolo: ſimpliciter credere, piè vivere, juſtè facere, ſemper utatur.

CAPUT QUINTUM
De Æquo & Bono.

Magnam à jure ſtricto differentiam habet æquum & bonum. Ex verbis legis inducitur jus ſtrictum, ex ſenſu ſive mente ejus ad facti circumſtantias applicata æquitas. ſed potiùs mens legis, quàm verba intuenda ſunt, *l. 41. ff. de jure dot.* potiùs ad ipſam rationem juris, quàm ad figuram verborum reſpiciendum, quoniam non verbis, ſed ipſis rebus leges imponuntur, *l. 2. in fine C. Commun. de legat. l. 28. C. de uſur.* Non verbis pendet jus, ſed verba ſerviunt hominum conſiliis & auctoritatibus, *Cic. pro A. Cacin. n. 52.* & ſcire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem, *l. 17. ff. de legib.* Eſt jus ſtrictum in genere latum non reſpiciens conveniens ad facti circumſtantias, ſed quod eodem tenore ſtringit & exſequitur ad legis verba, velut: qui ſanguinem effuderit, ejus ſanguis iterum effundatur. ſtrictum jus ineſt huic legi, ſi non facti circumſtantia & moderamen inculpatæ tutelæ, *l. 1. C. unde vi.* aliquando attendatur. Jus ſtrictum reddere jubet depoſitum latroni, commiſſam enim rem accipiat is, qui dedit; æquitas autem jubet reddere vero domino, *l. 31. §. 1. ff. Depoſiti.* In ſtipulationibus ſeu potiùs conſtitutis, quæ ſtricti juris ſunt, ſi quis duobus conſtituerit pecuniam, tibi aut Titio, ſolverit autem Titio, manet ſtricto jure propriæ actioni pecuniæ conſtitutæ obligatus, quia conſtitutum, quod nudo pacto, citra ullam ſtipulationem interpoſitam celebratur, ſtricta juris civilis ratione, quæ huic actioni propria eſſe dicitur, permanet obligatus, *§. 9. Inſt. de Actionib. Johann. Schneidew. ibid. n. 12. & ſeq. Novell. 115. cap. ult.* Etiamſi ſolverit Titio, ſed tamen adjuvatur per exceptionem ſc. ſolutionis, *l. pen. ff. de Conſtit. pecun.* quæ eſt æquitas & quidem naturalis. Inquit Mercellus: Deſinit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem juſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem, *l. 66. ff. de Regul. Jur.* Depoſitum reddere, jus ſtrictum & bona fides (quæ *in d. l. 31. §. 1.* æquitati opponitur) requirit: ut 1.

Digitized by Google

furioſo autem gladius depoſitus reddatur, æquitas prohibet. Neq; ſemper depoſita reddenda, inquit Cicero, *offic. 3. n. 95.* Si gladium apud te quis ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens, reddere peccatum ſit, officium non reddere. Quid ſi is, qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum inferat patriæ? reddáſne depoſitum? non credo, facias enim contra Remp. quæ debet eſſe cariſſima. Sic multa, quæ videntur natura honeſta, temporibus fiunt non honeſta. Facere promiſſa, ſtare coventis, reddere depoſita commutata utilitate fiunt non honeſta. Sæpe quando ſtrictum jus excluſa æquitatis norma attenditur, potiùs vis & injuriæ, quàm juſtitiæ aut æquitatis nomen meretur, *Id. offic. 1.* Summum jus ſumma injuria, *ibid.*
3. *n. 33.* Quæ tripliciter fieri ſolet: Conſtitutione, exſecutione, interpretatione. Veluti ſi omnes ſervi, propter unius alicujus cædem ſui domini, ultimo ſupplicio afficiantur, qui fuerunt ſub eodem tecto, ut quæſtioni ſubjiciantur, *T. T. ff. ad SC. Silanian.* ubi non tàm mirari ſupplicium, quàm ridere ejus rationem in Tacito *annal. 14.* datam, mens ſana jubet: quando poſt oratio nem prolixam ita concludit: At quidam inſontes peribunt. Nam & ex fuſo exercitu, cùm decimus quisq; fuſti feritur, etiam ſtrenui non ſortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur. Et cùm Hordeonius è ſeditioſis unum vinciri jubet, magis uſurpandi juris, quàm quia unius culpa foret, *Idem hiſt. 4.* Hic non habet locum *quod Liv. lib. 24. ait:* Unde culpa eſt orta, ibi pœna conſiſtat. Peccata debent tenere ſuos authores, nec ulterius progrediatur metus, quám reperiatur delictum, *l. 22. C. de pœnis.* Nam unusquisq; ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur: nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur, *l. 26. ff. eod. l. 2. §. 7. ff. de Decurionib. Exod. 32. vers. 33. Deut. 24. v. 16. Ezech. 18. v. 4. 20.* Exſecutione fit injuria: quando judex vel causâ non auditâ, vel auditâ, ſed non diſcuſſâ, aut nullâ præviâ ſententiâ, *l. 58. ff. de Re Judic.* vel ſententiâ latâ, ſed appellatione interpoſita, ſuſpenſa ad exſecutionem procedit, vel finito etiã proceſſu in modo exſequendi procedit. In terpretatione fit injuria, quando judex contra juris rationem, contra mentem legis, contra æquitatis normam ex ſuo placito jus metitur. Cùm tamen nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum perducamus ad ſeveritatẽ: *l. 25. ff. de legib. vide l. 32. 42. ff. de pœnis.* D. Silanum non piguit, ſententiam ſuam, quia mutare turpe erat; interpretatione lenire, velut gravius atq; ipſe ſenſiſſet exceptam, *Suet. in Jul. n. 14.* Potiùs conſequens eſt ambiguas

atq;

Digitized by Google

atq; legum diverſis interpretationibus titubantes cauſas benignè atq; natu-
ralis juris moderamine temperare, *l.5.C.de bon. quæ liber.* Porrò etiam æqui- 4.
tas opponitur ſubtilitati, vel ſubtili rationi, *l.7.C. ad SC. Treb. l.7.C. de Inſt.
& ſubſtit. l.20 ff. de reb. cred. l.47. §.1. ff. de Negotiis geſt. l. 51. in fine ff. ad L.
Aquil. l. un. C. de nudo jure Quirit. l. 13. C. de contrah. & commit ſtipul. l. 11.
ff. de ſervit. præd. ruſt. l. 25. ff. de Donat. l.13. §.4. ff. de adquir. vel amitt. poſ-
ſeſſ.* A ſubtilitate diſcedamus, ut æquum ſequamur, *l.13. ff. de liber. & poſt-
hum. l.8. §.16. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. l.10. §.1. ff. de reb. dub. l.29. §.7. ff.
Mand.* ut Paul9 Ictus, *in l.85. §. ult ff. de reg. jur.* ait: Quotiens æquitas deſide-
rii, naturalis ratio aut dubitatio juris moratur: juſtis decretis res temperan-
da eſt. quam regulam Johannes Ramus *axiomat. lib.1. axiomat. 6.* ita expli-
cat: Quoties, inquit, deſiderii naturalis ratio, hoc eſt, natutalium cauſa-
rum conflictus, qualia ſunt, honeſtum, natura, utile. aut dubitatio juris, hoc
eſt, controverſia ex contrariis aut diſſimilibus prudentum ſenentiis emer-
gens, *ut in §.25. Inſt. de rer. divis.* moratur æquitatem, hoc eſt, impedimen-
to eſt, quò minùs res decidi poſſit. tum juſtis decretis; hoc eſt, aliqua perpe-
tui juris parte, qualia ſunt, lex, plebiſcitum, ſenatusconſultum, conſtitutio
Principalis aut deniq; prudentum interpretatio, *§.6. Inſt. de jure N.G. & C.*
res temperanda eſt, id eſt, finienda & explicanda controverſia eſt. Porrò, æ- 5.
quitatis uſus elucet in ttibus præcipuè articulis, ut Weſemb. *in Paratitl. de
Inſt. & Iure n.18.* tradit: Primus in legibus ex æquo & bono ad ſanam ratio-
nem, & rectam ſententiam accommodandis & interpretandis, *l.25.19. ff. de
leg. l.81. §.3. ff. de verb. obl.* Secundus in legibus ampliandis & probabili æ-
quitatis ratione, ad ſimiles ſpecies, quæ lege comprehenſæ non ſunt, ex pari-
tate æquitatis extendendis, *l.10. cum multis ll. ſeq. ff. de leg. l. ult. ubi gloſſ. C.
de conſt. pec.* Tertius: ut in his, quæ nec ex verbis, nec de ſententia legis; nec
ratiocinationis argumento definiri poſſunt, pro regula judicii atq; juris va-
leat. hic enim quod æquitas ſuggerit, ut ait Jct9, erit ſequendũ, *l.2. §.5. in fin.
ff. de aqua & aqu. pluv. arc.* Ut juſtitia, ita etiã æquitas eſt duplex: Naturalis 6.
& Civilis, *l.1. §.1. ff. ſi is qui teſtam. liber. l.1. ff. de pact. §.39. inſt. de rer. diviſ.*
Tryphon. Jctus ait: Bona fides, quæ in contractib9 exigitur, ſummã æquita-
tẽ deſiderat. Sed tamẽ etiam æquitatẽ in naturalẽ ſeu juris gent. & civilem,
quæ ſecundùm jus civile & legum ordinem procedat, diſtinguit: ſicut latè
patet *ex d.l.31. ff. Depoſit.* Dicitur etiam æquitas naturalis, vinculum æqui-
tatis, quo ipsâ naturâ adſtringimur, ad aliquid faciendum, *l.95. §.4. ff. de ſo-
lut. & liberat.* Et Paulus Jctus: Ne cum filiofamilias pater furti agere poſ-
ſit, non juris conſtitutio, ſed natura rei impedimento eſt, ait. Æquum
& bonum à ſcripti juris ratione diſtinguitur, *l. 16. ff. de Condit. & demonſt.*

nulla enim æquitas continetur ſcripto & verbis : ſed quæ ſcribitur, æquitatis nomine amiſſo, tranſit in nomen juris, quia etiam hoc rationi conſentaneum eſt. Jus enim ſcriptum habet verba, quæ ſcribi poſſunt; æquitas mentem & ſenſum verborum, quæ ſcribi non poſſunt. Sanè, ſi quis æquitatem ſcriptam intelligat, pro ipſa arte boni & æqui, quæ ipſo jure civili prodita vel auctoritate prætoris, qui ſemper æquitatem ob oculos habere debet, temperata, *l. 4. ff. de eo, quod certo loco.* non refragabor, *Matth. Steph. tract. de arte juris & ejus princip. cap. 3. n. 7. 8. Duaren. lib. 2. anniverſ. diſput. cap. 18. ita tradit:* Cùm verò certiùs ſit æquitatem ſeu æquum & bonum, nihil aliud eſſe, quàm benigniorem & humaniorem interpretationem juris, quæ ſcripto comprehenſa non eſt, quam Ariſt. ἐπιείκειαν vocat, ut fuſiùs oſtendimus ſub titulo *de J. & J.* mirum videtur pleriſq;, quòd æquitatis ſcriptæ, in juris civilis libris mentio fiat: veluti in Reſcripto Conſtantini, *l. 8. C. de Judic.* in quo ſic vulgò legitur: Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe juſtitiæ æquitatiſq; ſcriptæ, quàm
7. ſtrictæ juris rationem. Sed in vetuſtis codicibus verbum ſcriptæ non eſt, nec dubito, quin additum ſit ab iis, qui vim æquitatis non intelligentes, conciliare illud reſcriptum cum capite 1. de legibus poterant, *&c.* Rectè itaq; à Duareno dicitur, æquitatem verſari in rebus jure non deciſis, nec comprehenſis *ut Ariſt. lib. 1. Rhetor. cap. 13. ait.* Æquum eſt, quod præter ſcriptam legem juſtum eſt. nam ſi lex ſcripta per ſe ſit perſpicua, certa & evidens, præciſè illa in judicando tenenda & obſervanda eſt. Et hæc eſt æquitas civilis, quæ, licèt interdum perquam dura eſt, lex tamen ſcripta eſt, & manet, *l. 12. §. 1. ff. Qui & à quib. manumiſſ.* quæ tamen ultra verborum proprietatem producenda non eſt, *argt. l. 19. ff. de liber. & poſthum.* nimia enim ſubtilitas, quæ à jure ipſo reprobatur, rejicitur etiam à judice, *d. l. 8. §. 16. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. & d. l. 13. ff. de liber. & poſthum.* Neq; æquitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere, ait Cic. *pro A. Cæcin. n. 83.* Porrò, ſi æquitas cum jure ſcripto concurrat, & confligere quodammodo videatur, *ut in d. l. 31. ff. Depoſit. & d. l. 51. ff. ad L. Aquil. apparet.* ſecundùm jus ſcriptum tamen & legum ordinem judicandum eſt, & juris ſcripti major & potior authoritas, quàm æquitatis ratio eſt habenda, cùm jus ſcriptum etiam dicitur ars æqui & boni, *l. 1. ff. de Juſt. & Jure.* alibi humana interpretatio, *l. 1. §. 6. ff. ad SC. Tertull.* Benigna interpretatio, *l. 18. ff. de Legib.* Bona fides, *l. 29. §. 4. ff. Mandat. d. l. 31. §. 1. ff. Depoſit.* Et ipſæ etiam leges ſua æquitate nituntur, *l. 90. ff. de Regul.*

Jur.

jur. l. 13. §. pen. ff. de Jurejur. l. 27. §. 1. ff. de Legat. 3. l. 8. C. de Pact. convent. Et Prætorium jus in Interdictis & Edictis ſuam æquitatem habet, *l. 1. §. 1. ff. de vi & vi armat. l. 1. §. 2. ff. quod Legat. l. 2. §. 2. ff. de Præcar. l. 1. ff. de Legat. præſtand. l. 1. ff. de Collat. §. 2. in fine Inſt de bonor. poſſeſſ. l. 6. §. 1. ff. de bonor. poſſeſſionib. l. 1. ff. Quod quiſq; juris, l. 1. ff. de Conſtit. pecun. l. 1 ff. de minorib. 25. ann. l. 1. ff. Quod falſo tutore.* Fruſtraneæ eſſent leges, 8. ſi cuivis judici pro arbitrio ſuo, æquitatis proprio ſomnio, vel vulgi vano conceptu, & opinione contra legem ſcriptam, æquitatem fingere, & à ſcripto jure diſcedere liceret, hac enim ratione non rarò æquitatis opinione fallaci faciles, ſcioli, temerarii & civilem prudentiam ſomniantes (in quo genere de æquo & bono plerumq; ſub authoritate juris ſcientiæ perniciosè erratur, *l. 91. §. 3. ff. de Verbor. oblig.* Et ex quo genere exſiſtunt ſæpe injuriæ calumnia quadam & malitioſa juris interpretatione, *Cicero offic. 1. n. 33.*) quasvis bonas leges prætextu æquitatis perniciosè perverterent. Quod idem Cicero *pro L. Mur. n. 27.* conqueritur, cùm ait: cùm permulta præclarè eſſent legibus conſtituta, ea Ictorum ingeniis pleraque corrupta ac depravata ſunt. Æquitatem non adjutam legibus curandam non eſſe, & judicem aliud judicare non poſſe, quàm quod jure definitum eſt, *Gail. pract. obſ. lib. 2. obſ. 25. n. 26.* Non multum ab his diſcrepare indicat Q. Fab. Max. quando de legis, ad nutum amovibilitate ita conqueritur; cùm ipſum invitum conſulem creare vellent & non modò recuſaret, ſed etiam moderatione ſua tam juſta ſtudia, verecundia reſtinguenda rebatur. legem recitari juſſit: qua intra decem annos eundem conſulem refici non liceret, vix præ ſtrepitu audita lex eſt: tribuniq; plebis nihil id impedimenti futurum ajebant, ſe ad populum laturos, ut legibus ſolveretur. Et Fabius in recuſando perſtabat: quid ergo attineret leges ferri rogitàns, quibus per eosdem, qui tuliſſent, fraus fieret, jam regi leges non regere, *Liv. lib. 10. anno ab U. C. 455.* Cum Gajo itaque Icto, *ex l. 16. ff. de Condit. & demonſtrat.* qui de jure ſtricto & æquitate in cauſa teſtamenti ſpeciali hæc loquitur, ſentiendum. 9. In his, quæ extra teſtamentum incurrerent, poſſunt res ex æquo & bono interpretationem capere, ea verò quæ ex ipſo teſtamento orirentur, neceſſe eſt, ſecundùm ſcripti juris rationem expediri: etiam generaliter concludendum eſt: ut illa omnia, quæ extra juris ſcripti diſpoſitionem currunt, ex æquo & bono interpretationem habeant; nec tunc de apicibus aut ſubtilitate diſceptent. æquitas enim quædam ſuggerit, quando jure deficimur, *d. l. 2. §. 1. ff. de aqua & aqu. pluv. arcend.*

arcend. Quæ verò ex jure oriuntur, in jure comprehenſa & deciſa ſunt, neceſſe eſt ſecundùm juris tenorem expediri, *d. l. 12. §. 1. ff. qui & à quib. manumiſſ.* Si ſecus, ſententia non valet, *l. 19. ff. de Appellationibus.* Quid dicendum, ubi authoritas ſupra legem ſibi locum occupat. Lætabatur aliquando Tiberius, cùm inter filios ejus & leges Senatus diſceptaret, victa eſt ſine dubio lex, *Tacit. annal. 2.* Sed victoria hæc non ex jure, ſed ex vi Imperatoria deſumpta eſt, nimirum ubi jus literis transpoſitis vis legitur. Ut juſtitia quædam fidei columna: ita æquum & bonum utriusque eſt anima, ut ſine juſtitia fides magis perfidia & ſtellionatus, ita etiam ſine æquo & bono eſt magis iniquitas, & rerum politicarum confuſio. Æquum enim & bonum optimus fidei politicæ interpres, qui tanquam comes, conventiones tam publicas, quàm privatas fide data acceptaq; confirmatas, ſecundùm æquitatis bonitatisq; naturam ducit & interpretatur, omniaq; ſarta tecta cuſtodit & conſervat.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QUARTUS
DE
Contrariis Fidei Politicæ,
tam publicæ, quàm privatæ.

EST in brutis potentia & facultas animæ ſingularis; Appetitus: in homine verò Affectus & horum organon & inſtrumentum, Ratio enim accedit: hinc tam ex ſubjectis, quàm cauſis diverſa oritur actio: ſunt ſubjecta cum ſuis cauſis duo : ex una parte brutum cum appetitu ſuo ſenſitivo : ex altera homo cum appetitu, affectu & ratione. Illud ſolo ſuo naturali inſtinctu & inclinatione. hic verò quatenus cum præceptis naturalibus & moralibus uſu rationis convenit, moventur, agunt & operantur. Duplex enim eſt vis animorum, inquit Cicero, atq; naturæ una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum, fugiendumq; ſit, ita fit, ut ratio præſit, appetitus verò obtemperet, *offic. 1. n. 101.* Quandoquidem homo præclara quadam præ cæteris animalibus conditione eſt generatus, ut creaturarum digniſſima, *l. 44. ff. Ædil. Edict.* cujus facies etiam ad ſimilitudinem pulchritudinis eſt cœleſtis figurata, *l. 17. C. de pœnis.* etiam præclarus exiſtimabitur, ſi illa ſola, in omnibus ſuis actionibus ducatur, ſi animi imperio, corporis ſervitio magis utatur, neq; hac conditione poſita ſecundùm appetitus aut affectus cum brutis communes operetur. Sed conſiderare licet in hominibus magnam naturarum & operationum diverſitatem, ut nulla tam deteſtabilis peſtis ſit, quæ non homini ab homine naſcatur, ut Cicero *offic. 2. n. 16.* ait. hæc autem à ratione quidem, ſed non eâ ſolà peruenit, multa enim ſunt præter rationem, quæ naturam reddunt, vel meliorem, vel deteriorem, ex quibus non parvi momenti eſt *Nativitas:* quæ eſt parentum natura, moribus & aſtrorum inclinatione etiam vitam

hominum, vel bonam, vel pravam efficit. Qui naturà dicuntur iracundi, aut miſericordes, aut invidi, aut tale quid, ii ſunt ejusmodi conſtituti, quaſi mala valetudine animi: ſanabiles tamen. Ut Socrates dicitur, cùm multa in conventu vitia collegiſſet in eum Zopyrus, qui ſe naturam cujusq; ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt à cœteris, qui illa in Socrate vitia non adgnoſcerent: ab ipſo autem Socrate ſublevatus eſt, cùm illa ſibi vitia ineſſe, ſed ratione, à ſe dejecta diceret, *Idem Tuſcul. qu. lib. 4. n. 80.* *Educatio* non minùs. Juvenes enim ſunt, quaſi teneriores plantæ, quæ, ne in curvum creſcant, ſenectutis baculo fulciri ac ſuſtentari debent, qui delicatè à pueritia ſervum ſuum nutrit, poſtea ſentiet eum contumacem, *Proverb. 29. v. 21.* *Diſciplina* etiam. Sunt ingeniis noſtris ſemina innata virtutum: quæ, ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura produceret, nunc autem, ſimul atq; editi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuò pravitate, & in ſumma opinionum perverſitate verſamur, ut pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. Cùm verò parentibus redditi, id eſt, magiſtris traditi ſumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipſa cedat, *Cic. Tuſc. qu. lib. 3. princ.* Virga atque correptio tribuit ſapientiam: puer autem, qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam, *Prov. ibid. v. 15.* In optimis, antequam erudiuntur, virtutis materia non virtus eſt, *Senec. epiſt. 90.* *Converſatio* tandem. Inimica eſt multorum converſatio. Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut neſcientibus allinit, utiq; quò major eſt populus, cui commiſcemur, hoc periculi plus eſt. Nihil verò eſt tam damnoſum bonis moribus, quàm in aliquo ſpectaculo deſidere. Tunc enim per voluptatem faciliùs vitia ſurrepunt. Quid me exiſtimas dicere? avarior redeo, ambitior, luxurioſior? imò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui, *Idem epiſt. 7. & epiſt. 103.* Hærebit tibi avaritia, quamdiu avaro ſordidoq; convixeris? hærebit tumor, quamdiu cum ſuperbo converſaberis: nunquam ſævitiam in tortoris contubernio pones: incendent libidines tuas adulteriorum ſodalitia, *&c.* Econtra, nulla res magis animis honeſta induit, dubiosq; & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum virorum converſatio. Paullatim enim deſcendit in pectora & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, adſpici frequenter, occurſus mehercule ipſe ſapientium juvat: & eſt aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias. Nec tibi facilè dixerim, quemadmodum proſit, ſicut illud intelligam profuiſſe. Minuta quædam, ut ait Phædon,

Hæc

animalia, cùm mordent, non ſentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculis vis eſt, tumor indicat morſum, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in converſatione virorum ſapientium eveniet, ne deprehendes, quemadmodum aut quando tibi proſit, profuiſſe deprehendes. Quorſum, inquit, hoc pertinet? æquè præcepta bona, ſi ſæpe tecum ſint profutura, quàm bona exempla, *Idem epiſt. 94.* Sic enim Zelus ad virtutem creſcit, & maximè juvenibus, ſi cum ſenioribus conſtituantur. fiet enim ſeniorum converſatio juventutis educatio perfecta, *Novell. 5. cap. 3. in fine.* Si hæc morum ſemina non bene fuerint plantata, difficile erit, meſſem vitæ probæ exſpectare. Unde raró ingenia ad amuſſim formata in converſatione conveniunt, plurima, natura quaſi prona atque ventri obedientia finxit: alia ſecundùm conceptus & varia ex accidenti objecta, in has atq; illas ineptias, frivola & ridicula ſimulantur & rapiuntur, neq; honeſti, neq; inhoneſti penſi habent, quorum verba in ore, non in corde naſcuntur, qui dictis & factis ſuis ſupinam, neq; adeò ſollicitam fore attentionem credunt, hi magis, inquam, affectuum concitatione moventur & brutorum inſtar appetitus ſenſitivi magis,quàm rationis uſu ſtimulantur & ducuntur. Ideoq; his malè feriatis dictorum factorumq; intemperantiam & intempeſtivitatem, & â fide politica, monita & exempla contraria, frugi cauſa proponere duxi.

CAPUT PRIMUM
De Dolo.

DOlus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, *l. 1. §. 2. ff. de dolo malo l. 7. §. 9. ff. de pact.* Adjicit Labeo epitheton malus, quoniam veteres etiam dolum bonum dicebant, & pro ſolertia nomen accipiebant: maximè ſi adverſus hoſtem latronémve quis machinetur, *d. l. 1. §. 3.* quemadmodum etiam venena bona dicuntur, pro medicamentis nimirum ſumpta, *l. 236. ff. de verb. ſigſ. l. 3. §. 2. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* Dolum bonum adverſus hoſtes admittere, natura & jura permittunt. Melior eſt Dux,qui victoriam veluti ſuffuratur, quàm veretur, ne per furtum vincat. Hæc belli furta pulcherrimam gloriam habent,quibus quis hoſtem maximè fallens,amicis maximè proſit, *Thucyd. l. 5. conc. Braſid.*

Impium eſſe, inquit Ageſilaus, injuſtè fidem datam violare: hoſtes autem decipere, non juſtum modò eſſe & laudabile, ſed ſuave etiam & lucroſum. *Plutarch. Lacon. Apopth. n. 4 & in Ageſil. n. 13.* hæc repetit, quando ait: Eoq; facto oſtendit amicis, eos, qui rupto fœdere injuriam inferant, Deorum eſſe contemptores: hoſtes verò non modò decipi juſtè poſſe, ſed & gloriam ei rei, & cum voluptate lucrum comitari. Vim differendam & potiorem dolum, quo incautum opprimerent, inquit Tacit. *annal. 12.*

Mutemus clypeos, Danaumq; inſignia nobis
Aptemus, dolus, an virtus, quis in hoſte requirat.
Virgil. Æneid. 2. v. 389.

2. Falſis inſidiis, auxiliis falſis, falſisq; rumoribus terrere hoſtes licebit. Tum autem maximè fiduciam ſumunt hoſtes, quum res adverſariorum laborare audiunt & impeditas eſſe. His autem ita deſcriptis, equitum præfectus conabitur, ut in præſens ſemper fallat hoſtes. nam profectò fallendi arte nihil utilius eſt in bello. quum enim vel pueri, in ſuis luſibus, quæ poſſunt ad fallendum, prætendunt, ut quum paucos habeant, multos habere videantur, & contrà, quum multos prætendant, paucos videantur habere: cur tandem viri, ſi in fraudibus & fallaciis ſtudium ponant, non poſſent illa eadem machinari? Nam ſi victorias, quæ bellis obtinentur, conſideremus, plurimas & maximas arte & fallaciis partas eſſe reperiemus, *Xenoph. in Hipparch. in med.* Celſus doli prudens repreſſit ſuos, *Tacit. hiſt. 2.* Et Laco. ſapientiæ eſt alienam ſtultitiam opperiri, *Ibid.* Civilis dolo grandum ratus. *Et paulò pòſt:* ſubeſſe fraudem conſilio, *Idem hiſt. 4.* Sic & Pelasga pro dolo & fraude græca dicitur.

Ignari ſcelerum tantorum artisq; Pelasgæ.
Virgil. Æneid. 2. v. 106. & v. 83. ibid.
- - - - quem falſa ſub proditione Pelasgi,
Dimiſere neci - - - - - - - -
- - - Ille dolis inſtructus & arte Pelasga. *v. 252.*

Parmenio peritiſſimus inter duces artium belli, furto, non prælio opus eſſe cenſebat, *Q. Curt. lib. 4.* Interdum in præſens plus proficit dolo, quam virtute, *Liv. lib. 4. anno ab U. C. 580.*

Conſilio verſare dolos ingreſſus & aſtu,
Virgil. Æneid. 11. v. 704.
Rem gerit & fortis incautum decipit hoſtem?
Ovid. Metam. lib. 13. fab. 1.

Pericles

Pericles, cùm videret ſubito oborto Solis defectu milites vehementer perturbatos, præcipuè tamen claſſis gubernatorem, ejus faciem chlamyde ſua texit, interrogavitq;, num horrendum hoc exiſtimaret eſſe oſtentum; illo negante, quid intereſt, inquit, igitur niſi chlamyde majus eſt id, quod nunc tenebras inducit, refert Nicol. Vernul. *obſerv. polit. in Tacit. lib. 1. obſerv. 34.* quæ caſus obtulit in ſapientiam vertenda, *Tacit. annal. 1.* Nullam rem oportet doloſè aggrediri, niſi aſtutè accurateq; exſequare, *Plaut. in Trucul. in Phrones.* Tullus Hoſtilius mirum in modum exercita juventute provocare auſus Albanos gravem & diu principem populum: ſed quia pari robore frequentibus præliis utriq; comminuerentur, miſſo in compendium bello, Horatiis Curatiisq; tergeminis, hinc atq; inde fratribus, utriusque populi fata commiſſa ſunt, anceps & pulchra contentio, exituq; ipſo mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occiſis, qui ſupererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut diſtraheret hoſtem, ſimulat fugam: ſingulosq; prout ſequi poterant adortus, exſuperat, *Flor. lib. 1. c. 3. Liv. lib. 1.* Ariſtomenis Meſſenii cor: quod Athenienſes ob eximiam calliditatem exſectum, pilis refertum invenerunt: cùm eum aliquoties captum & aſtutià elapſum cepiſſent, *Valer. Max. lib. 1. cap. 8. n. 15. ext.* Nihil 3.
intereſt, quomodo captivus reverſus eſt: utrum dimiſſus, an vi vel fallacia poteſtatem hoſtium evaſerit, *Florent. in l. 26. ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ.* Nihil per iram, inquit Liv. aut cupiditatem actum eſt: nec oſtenderunt bellum, priusquam intulerunt: Conſilio etiam additus dolus, *lib. 1. anno ab U. C. 4. & lib. 27. anno ab U. C. 545. inquit.* Fabium Tarentum captum aſtu magis, quàm virtute, gloriæ tamen eſſe, *& paulò infer. ibid.* Annibal, quia cum Marcello bis priore anno congreſſus vicerat, victusq; erat: ut, cum eodem ſi dimicandum foret, nec ſpem, nec metum ex vano haberet: ita duobus conſulibus haud quaquam eſſe parem futurum credebat. Itaq; totus in ſuas artes verſus, inſidiis locum quærebat, *Et lib. 10. princ. ferè ait:* detegant ne quicquam conditas inſidias: omnia ſcire Romanum, nec magis jam dolo capi, quàm armis vinci poſſe, *&c.* Cùm incluſus & ad Caſilinum obſeſſus eſſet Annibal, non eum fefellit, ſuis ſe artibus peti. Itaq; ludibrium oculorum, ſpecie terribile, ad fruſtrandum hoſtem commentus, principio noctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit, fallaciis conſilii talis apparatus fuit. Faces undiq; ex agris collectæ, facesq; virgarum atq; arida ſarmenta præligantur cornibus boum, quos domitos indomitosq; multos inter cæteram agreſtem prædam agebat, ad duo fermè millia

boum effecta, Aſdrubaliq; negotium datum, ut primis tenebris noctis ſed armentum accenſis cornibus ad montes ageret: maximè,ſi poſſet,ſuper ſaltus ab hoſte infenſos. Primis tenebris,ſilentio mota caſtra boves aliquanto ante ſigna acti, ubi ad radices montium,viasq; anguſtas ventum eſt,ſignum extemplo datur, ut accenſis cornibus armenta in adverſos concitentur montes, & metus ipſe relucentis flammæ ex capite, colorq; jam ad vivum, ad imaq; cornuum adveniens, velut ſtimulatos furore agebat boves, quo repente diſcurſu haud ſecùs, quàm ſylvis montibusq; accenſis, omnia circum virgulta ardere: captumque inquietatio excitans flammam hominum paſſim diſcurrentium ſpeciem præbebat, *Liv. lib.22. anno ab U. C. 537.* In Jugurtha tantus dolus,tantáq; peritia locorum & militiæ erat,ut abſens an præſens, pacem, an bellum gerens pernicioſior eſſet, in incerto haberetur, *Salluſt. bello Jugurth.* In bellicis enim rebus minoris ſunt momenti, quæ manifeſtè & cum violentiâ perficiuntur, quàm quæ cum dolo & opportunè fiunt, *Polyb. lib. 9. n. 4.* Et Lacedæmonius legislator contrario quam
4. Romanus, modo ſacrificia inſtituit. Qui enim ducis munere apud Spartanos defunctus eſt, ſi rem actu atq; perſuadendo confecit bove; ſin pugna, gallo rem ſacram facit: quippe homines, quantumvis bellicoſiſſimi, majorem hominíque magis convenientem actionem eam judicabant, quæ a prudentia & ratione, quàm quæ à vi & fortitudine proficiſceretur, *Plutarch. in Marcell. n. 36.* Jure Caninico non minùs dolo & fraude tanquam artibus ingenuis uti conceditur. Cùm juſtum bellum ſuſceperit, utrum aperta pugna, utrum inſidiis vincat, nihil ad juſtitiam intereſt, *cauſ. 23. quæſt. 2. cap. 2.*

Bellandum eſt aſtu, levior laus in duce dextra, *Sil.*

Carbo dixiſſe fertur: ſibi adverſus leonem & vulpem in animo Syllæ habitantes certanti, plus à vulpe, quàm à leone moleſtiæ exhiberi, *Plut.*
5. *in Sylla. n. 54.* In contractibus verò, pactis, tranſactionibus, fœderibus, conſiliis & aliis publicis privatisq; actionibus & conventionibus dolum admittere non licet. Nemini dolus per occaſionem juris civilis contra naturalem æquitatem proſit, *l. 1. §. 1. ff. de doli mali & met. except.* Venditor rei litigioſæ in tertia parte pretii irrita alienatione punitur. Juſtum enim eſt propter doloſam mentem & abſconditam machinationem, quod non emptori manifeſtaverit rem in judicium deductam fuiſſe; in tertia parte pretii eum puniri, *l. 4. §. 1. C. de Litigioſ.* Nec venditor rei vitioſæ dominium in alium transferre poteſt, vitium enim reale, quod vel ex fun-

vel

vel violentia ablativa, aut expulſiva oritur, tanquam umbra corpus, rem ipſam comitatur, *l. 11. C. de adquir. vel admitt. poſſeſſ. §. 2. 3. Inſt. de Uſucap.* Cùm quis utitur adminiculo, ex perſona authoris uti debet, cum ſua cauſa ſuiſq; vitiis, inquit Ulpian. *in l. 13. §. 1. ff. de adquir & amitt. poſſ. l. 4. §. 27. ff. de doli mali & met. except.* Dolus vitiat omnes contractus bonæ fidei, pro ipſo jure, ſtricti autem juris ope exceptionis, *l. 36. ff. de verb. obl.* Prætor, (etſi non alia actio, ut puta: Vindicatio, condictio, ad exhibendum, in factum *&c.* erit) hanc de dolo tanquam ſubſidiariam pollicetur, quoniam famoſa actio non temere debuit à Prætore decerni, ſi ſit civilis vel honoraria, qua poſſit experiri, *d. l. 1. §. 4. ff. de dolo malo.* Differt autem 5.
doli actio & doli exceptio: Doli actio, ut dictum, eſt, omnibus actionibus deficientibus, ſubſidiaria: doli exceptio concurrit cum omnibus aliis exceptionibus, præterea, quòd dolo malo facit, quotieſcunq; aliquid petit, cùm ei petitioni obſtet exceptio doli mali, nam etſi inter initia nihil dolo malo facit, attamen nunc petendo facit doloſè, *l. 2. §. 5. ff. de doli mali & met. except.* Et dolo facit, qui petit, quod redditurus eſt, *l. 173. §. ult. ff. de Reg. Jur. l. 8. & l. ult. §. 1. ff. d. t. de doli mali & met. except. reg. 59. in Sext. l. 49. ff. de Fidejuſſorib. & Mandatorib. l. 73. in fine ff. de Eviction. l. 14. C. de Rei vindic. l. ult. §. 1. ff. d. t. de doli mali & met. except.* Tiberio haud ingratum accidit, turbari res Orientis, ut ea ſpecie Germanicum ſuetis legionibus abſtraheret, noviſq; provinciis impoſitum, dolo ſimul & caſibus objectaret, *Tacit. annal. 2. princ.* Romani quanquam in cuſtodienda fide omnes populos & nationes gloria præcedere voluerunt, non tamen ſemper & ubiq; eam ſanctam & inviolatam habuerunt. Cùm S. Poſthumius & T. Veturius Coſſ. clade Romana pacem Caudinam cum Samnitibus, *anno ab U. C. 433.* pepegiſſent & in ſequentem annum creati Coſſ. Q. Publius, Philon & L. Papirius Curſor eam ratam habere nollent, & Publius, penes quem faſces erant S. Poſthumium cauſam dicere juberet, inter alia ita reſpondit: quæ ſententia teſtis erit, mihine, an legionibus veſtris pepercerim, cùm me ſeu turpi, ſeu neceſſaria ſponſione obſtrinxi: qua tamen, quando injuſſu populi facta eſt, non tenetur populus Romanus: ne quicquam ex ea, præterquam corpora noſtra debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi vinctiq;, exſolvamus religione populum, ſi qua obligavimus. ne quid divini humanive obſtet, quò minùs juſtum piumque de integro ineatur bellum, *&c. & paulò inferius.* Magiſtratu inde ſe extemplo abdicaverunt: traditíque fecialibus cum cœteris Caudium ducendi.

Præ

Prægreſſi feciales, ubi ad portam venere, veſtem dettahi pacis ſponſoribus jubent, manus poſt tergum vinciri. Quum apparitor verecundiâ maieſtatis Poſthumium laxè vinciret: Quin tu, inquit, adducis lorum, ut juſta fiat deditio? Tum ubi in cœtum Samnitium, & ad tribunal ventum Pontii eſt (qui eo anno apud Samnites Imperator erat) A. Cornelius Arvina fecialis ita verba fecit: Quandoquidem hice homines injuſſu populi Rom Quiritum fœdus ictum iri ſpoponderunt, atq; ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem, quo populus Roman. ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo. Hæc dicenti fœciali, Poſthumius genu femur, quanta maximè poterat, vi perculit; & clara voce ait, ſe Samnitem civem eſſe. illum legatum, fœcialem â ſe contra jus gentium violatum, eò juſtius bellum geſturos. Tum Pontius: Nec ego iſtam deditionem accipiam, inquit, nec Samnites ratam habebunt, quin tu Spuri Poſthumi, ſi Deos eſſe cenſes, aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas? Samniti populo omnes, quot in poteſtate habuit, ut pro iis pax debetur. Sed quid ego te appello, qui te captum victori, tum qua potes, fide reſtituis? populum Rom. appello, quem ſi ſponſionis ad furculas Caudinas factæ pœnitet, reſtituat legiones intra ſaltum, quo ſeptæ fuerunt, nemo quenquam deceperit, omnia pro infecto ſint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt: redeant in caſtra ſua: quicquid pridie habuerunt, quàm in colloquium eſt ventum, habeant. tunc bellum & fortia conſilia placeant: tunc ſponſio & pax repudietur, ea vos fortuna, iis locis, quæ antè pacis mentionem habuimus, geramus bellum, nec populus Romanus conſulum ſponſionem, nec nos fidem populi Romani accuſemus. Nunquamne cauſa deficiet, cur victi pacto non ſtetis? obſides Porſennæ dediſtis, furto eos ſubduxiſtis: auro civitatem â Gallis redemiſtis; inter accipiendum aurum cœſi ſunt, pacem nobiſcum pepigiſtis, ut legiones vobis caſtas reſtituerimus; eam pacem irritam facitis, & ſemper aliquam fraudi ſpeciem juris imponitis. Non probat populus Roman. ignominioſa pace legiones ſervatas, pacem ſibi habeat, legiones captas victori reſtituas, hoc fide, hoc fœderibus, hoc fœcialibus cœremoniis dignum erat, ut tu quidem, quod petiſti, per pactionem habeas tot cives incolumes. ego pacem, quam hoſti tibi remittendo pactus ſum, non habeam? hoc tui A. Corneli, hos vos feciales juris gentibus dicitis? Ego verò iſtos, quos dedi ſimulatis, nec accipio, nec dedi arbitror, nec moror, quò minùs in civitatem obligatam ſponſione commiſſa iratis omnibꝰ Diis, quorum eluditur numen, redeant. gerite bellum, quando Sp. Poſthumius

modò

modò legatum fecialem genu perculit, ita Dii credent Samnitem civem Poſthumium, non civem Romanum eſſe, & à Samnite legatum Romanum violatum, eo vobis juſtum in nos factum eſſe bellum. Hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre? & vix pueris dignas ambages, ſenes ac conſulares fallendæ fidei exquirere? I lictor, deme vincla Romanis: moratus ſit nemo, quò minùs, ubi viſum fuerit, abeant. Et quidem forſitan & publica, ſua certe liberata fide ab Caudio in caſtra Romana inviolati redierunt, *Liv. lib. 9. dicto anno vide lib. 1. cap. 6. hic.* Sic etiam victoriam honeſtam ex hoſtibus partam, turpe domi de finibus ſociorum, judicium populi deformavit. nam tribus, in cauſa finium Aricinorum & Ardeatum, vocata ſeu appellata, agrum populi Romani eſſe judicaverunt. ubi ſeu bene, ſeu malè pronunciatum à tribunis, ex conſulum obteſtatione, *apud Liv. lib. 3. in fine.* ſatis apparet. A. Poſthumius legatus infeliciter prœlio adverſus Jugurtham geſto conflixit, pacem quoque adjecit ignominioſam, quam non eſſe ſervandam Senatus cenſuit, *Idem lib. 64. epit.* 7. Ridiculum aliquod doli boni exemplum monere, atq; referre, non ægrè accipiendum. Tibicines, qui prohibiti à proximis Cenſoribus erant in æde Jovis veſci. quod traditum antiquitus erat, ægrè paſſi Tibur uno agmine abierunt: adeò ut nemo in urbe eſſet, qui ſacrificiis præcineret. Ejus rei religio tenuit Senatum, legatosq; Tibur miſerunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis reſtituerentur. Tiburtini benignè polliciti, primum accitos in curiam hortati ſunt, ut reverterentur Romam, poſtquam perpelli nequibant, conſilio haud abhorrente ingeniis hominum, eos adgrediuntur. Die feſto alii alios per ſpeciem celebrandarum cantu epularum causâ invitant, & vino, cujus avidum ferme genus eſt, oneratos ſopiunt: atq; ita in plauſtra ſomno convictos conjiciunt, ac Romam deportant: nec priùs ſenſere: quàm plauſtris in foro relictis plenos crapulæ eos lux oppreſſit, *Idem d. lib. 9. anno ab U.C. 444.* Non diſſimile doli boni & excuſabilis exemplum in exſtructione Carthaginis eſt legendum. Eliſſa delata in Africæ ſinum, incolas loci ejus, adventu peregrinorum, mutuarumque rerum commercio gaudentes, in amicitiam ſollicitat: deinde empto loco, qui corio bovis tegi poſſet. in quo feſſos longa navigatione ſocios, quoad proficiſceretur, reficere poſſet: corium in tenuiſſimas partes ſecari jubet, atque ita majus loci ſpatium, quàm petierat, occupat: unde poſtea ei loco Byrſæ nomen fuit. Confluentibus deinde vicinis locorum, qui ſpe lucri multa hoſpitibus venalia inferebant: ſedesq; ibi ſtatuentibus: ex frequentia hominum, velut inſtar civitatis effectum eſt.

Digitized by Google

Prægreſſi feciales, ubi ad portam venere, veſtem detrahi pacis ſponſoribus jubent, manus poſt tergum vinciri. Quum apparitor verecundiâ majeſtatis Poſthumium laxè vinciret: Quin tu, inquit, adducis lorum, ut juſta fiat deditio? Tum ubi in cœtum Samnitium, & ad tribunal ventum Pontii eſt (qui eo anno apud Samnites Imperator erat) A. Cornelius Arvina fecialis ita verba fecit: Quandoquidem hice homines injuſſu populi Rom. Quiritum fœdus ictum iri ſpoponderunt, atq; ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem, quo populus Roman. ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo. Hæc dicenti fœciali, Poſthumius genu femur, quanta maximè poterat, vi perculit; & clara voce ait, ſe Samnitem civem eſſe. illum legatum, fœcialem â ſe contra jus gentium violatum, eò juſtius bellum geſturos. Tum Pontius: Nec ego iſtam deditionem accipiam, inquit, nec Samnites ratam habebunt, quin tu Spuri Poſthumi, ſi Deos eſſe cenſes, aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas? Samniti populo omnes, quot in poteſtate habuit, ut pro iis pax debetur. Sed quid ego te appello, qui te captum victori, tum qua potes, fide reſtituis? populum Rom. appello, quem ſi ſponſionis ad furculas Caudinas factæ pœnitet, reſtituat legiones intra ſaltum, quo ſeptæ fuerunt, nemo quenquam deceperit, omnia pro infecto ſint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt: redeant in caſtra ſua: quicquid pridie habuerunt, quàm in colloquium eſt ventum, habeant. tum bellum & fortia conſilia placeant: tunc ſponſio & pax repudietur, ea verò fortuna, iis locis, quæ antè pacis mentionem habuimus, geramus bellum, nec populus Romanus conſulum ſponſionem, nec nos fidem populi Romani accuſemus. Nunquamne cauſa deficiet, cur victi pacto non ſtetis? obſides Porſennæ dediſtis, furto eos ſubduxiſtis: auro civitatem â Gallis redemiſtis; inter accipiendum aurum cœſi ſunt, pacem nobiſcum pepigiſtis, ut legiones vobis caſtas reſtituerimus; eam pacem irritam facitis, & ſemper aliquam fraudi ſpeciem juris imponitis. Non probat populus Roman. ignominioſa pace legiones ſervatas, pacem ſibi habeat, legiones captas victori reſtituas, hoc fide, hoc fœderibus, hoc fœcialibus cœremoniis dignum erat, ut tu quidem, quod petiſti, per pactionem habeas tot cives incolumes. ego pacem, quam hoſti tibi remittendo pactus ſum, non habeam? hoc tu A. Corneli, hos vos feciales juris gentibus dicitis? Ego verò iſtos, quos dedi ſimulatis, nec accipio, nec dedi arbitror, nec moror, quò minùs in civitatem obligatam ſponſione commiſſa iratis omnibꝰ Diis, quorum eluditur numen, redeant. gerite bellum, quando Sp. Poſthumius

modo

modò legatum fecialem genu perculit, ita Dii credent Samnitem civem Poſthumium, non civem Romanum eſſe, & à Samnite legatum Romanum violatum, eo vobis juſtum in nos factum eſſe bellum. Hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre? & vix pueris dignas ambages, ſenes ac conſulares fallendæ fidei exquirere? I lictor, deme vincla Romanis: moratus ſit nemo, quò minùs, ubi viſum fuerit, abeant. Et quidem forſitan & publica, ſua certe liberata fide ab Caudio in caſtra Romana inviolati redierunt, *Liv. lib. 9. dicto anno vide lib. 1. cap. 6. hic.* Sic etiam victoriam honeſtam ex hoſtibus partam, turpe domi de finibus ſociorum, judicium populi deformavit. nam tribus, in cauſa finium Aricinorum & Ardeatum, vocata ſeu appellata, agrum populi Romani eſſe judicaverunt. ubi ſeu bene, ſeu malè pronunciatum à tribunis, ex conſulum obteſtatione, *apud Liv. lib. 3. in fine.* ſatis apparet. A. Poſthumius legatus infeliciter prælio adverſus Jugurtham geſto conflixit, pacem quoque adjecit ignominioſam, quam non eſſe ſervandam Senatus cenſuit, *Idem lib. 64. epit.* Ridiculum aliquod doli boni exemplum monere, atq; referre, non ægrè accipiendum. Tibicines, qui prohibiti à proximis Cenſoribus erant in æde Jovis veſci. quod traditum antiquitus erat, ægrè paſſi Tibur uno agmine abierunt: adeò ut nemo in urbe eſſet, qui ſacrificiis præcineret. Ejus rei religio tenuit Senatum, legatosq; Tibur miſerunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis reſtituerentur. Tiburtini benignè polliciti, primum accitos in curiam hortati ſunt, ut reverterentur Romam, poſtquam perpelli nequibant, conſilio haud abhorrente ingeniis hominum, eos adgrediuntur. Die feſto alii alios per ſpeciem celebrandarum cantu epularum causâ invitant, & vino, cujus avidum ferme genus eſt, oneratos ſopiunt: atq; ita in plauſtra ſomno convictos conjiciunt, ac Romam deportant: nec priùs ſenſere: quàm plauſtris in foro relictis plenos crapulæ eos lux oppreſſit, *Idem d. lib. 9. anno ab U.C. 444.* Non diſſimile doli boni & excuſabilis exemplum in exſtructione Carthaginis eſt legendum. Eliſſa delata in Africæ ſinum, incolas loci ejus, adventu peregrinorum, mutuarúmque rerum commercio gaudentes, in amicitiam ſollicitat: deinde empto loco, qui corio bovis tegi poſſet. in quo feſſos longa navigatione ſocios, quoad proficiſceretur, reficere poſſet: corium in tenuiſſimas partes ſecari jubet, atque ita majus loci ſpatium, quàm petierat, occupat: unde poſtea ei loco Byrſæ nomen fuit. Confluentibus deinde vicinis locorum, qui ſpe lucri multa hoſpitibus venalia inferebant: ſedesq; ibi ſtatuentibus: ex frequentia hominum, velut inſtar civitatis effectum eſt. 7.

Itaque conſentientibus omnibus Carthago conditur, *&c. Juſtin. lib. 18.* Hodie cùm non moribus antiquis, non antiqua virtute & fide res germanæ gerantur, tale convitium ſeculi depingi poteſt.

Fides in ſono, Veritas in tono,
Mel in ore, Fel in corde,
Verba lactis, Fraus in actis,
Dolus in pactis, Machinatio in factis,
Calliditas in arte, Vis cum Marte,
Parum cum ſale, omnia malè.

Do man ſchreff klen/ on ſegelt grön/ helt elck jeder en/
Nu man ſchrefft grot/ on ſegelt roth/ helt nich Düvel/ nich Dot.

CAPUT SECUNDUM
De Fraude.

1\. FRaus eſt circumveniendi alterum quædam animi torſio & inſidiatio, ſpecioſa verbis, re inania aut ſubdola, *&c.* inquit Tacit. *annal. 1. in fine & annal. 12.* Blandimentis adverſus plebem, fraude in duces. Solent enim fraudulenti & pellaces aliud corpore, aliud animo geſtare; aliud dicere, aliud facere, quæ æſtimatur ex eventu, *l. 10. §. 1. ff. [illegible] in fraud. creditor.* quando maligno conſilio factum acceſſit, *l. 53. §. 1. in fine ff. de verbor. ſigſ.* Et ex conſilio ſolo ſc. fraudulento, *l. 75. ff. de Reg. jur.* Conſilii enim non fraudulenti nulla obligatio eſt, cœterùm, ſi dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit, *l. 47. ff. d. t.* Quemadmodum C. Licinius Stolo à M. Popilio Lœnate ſua lege decem millibus æris eſt damnatus, quòd mille jugerum agri cum filio poſſideret, emancipandoque filio fraudem legi feciſſet, *Liv. lib. 7. anno ab U. C. 398.* promulgaverant enim C. Licinius & L. Sextius Tribuni plebis leges, omnes adverſus opes Patriciorum & pro commodis plebis: unam de ære alieno, ut deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, triennio æquis portionibus perſolveretur: Alteram de modo agrorum, ne quis plus quinquaginta jugera agri poſſideret. Tertiam ne tribunorum militum comitia fierent, conſulumq; utique alter ex plebe crearetur, *Idem lib. 6. anno ab U. C. 380.*

2\. Illis qui ampla ſunt dignitate prædìti, turpius eſt fraude ſpecioſa res domeſticas

ſticas amplificare, quàm vi aperta. Nam vis quidem jure potentiæ, quam fortuna dedit, infertur. Fraus verò ab inſidiis injuſti propoſiti graſſatur, *Thucyd. lib. 4. conc. Braſid.*

Fraus ſublimi regnat in aula,
Tradere turpi faſces populus
Gaudet. Eosdem colit atq; odit.
Senec. Hippolit. act. 3.

Fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur: utrumq; ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna majore, *Cic. offic. 1. n. 41.* Siquidem clandeſtinis ac domeſticis fraudibus facilè quidvis pro ingenii oportunitate confingi poteſt: vel id, quod verè geſtum eſt, aboliri, *l. 27. C. de Decurion.* Aperta odia, armáq; palàm depelli: fraudem & dolum, obſcura eóq; inevitabilia, *Tacit. hiſt. 4.* Tarquinius Gabios minimè arte Romana, fraude ac dolo adgreſſus eſt, *Liv. lib. 1. & paulò pòſt ibid.* de Tarquinii filio. Cùm dictis factíſque omnibus ad fallendum inſtrumentis vana accreſceret fides. Cn. Cornelius Coſ. à claſſe Punica circumventus, & per fraudem velut in colloquium vocatus, captus eſt, *Liv. lib. 17. epit.* Antonius Regem Artavasdem fraude deceptum, catenis, ſed, ne quid honori deeſſet, aureis cinxit, *Vellej. Patercul. lib. 2.* Reconciliationis ſpecie aſſumpta regreſſus ad patrem Rhadamiſtus, quæ fraude confici potuerint, prompta nunciat, cœtera armis exſequenda, *Tacit. annal. 12.*

Et fraudem homines & fallere numina Divûm,
Tales ſunt multi, qui apparent fronte politi,
Aſtutam vapido ſervantes pectore vulpem.

Ita eſt: Fraus fidem in parvis ſibi præſtruit, ut, quum operæ pretium ſit, cum mercede magna fallat, *Liv. lib. 28. ad fin.* In fraudibus & actionibus fraudulentis nullæ ferè occultiores, nullæ ſub ſpecie juris coloratiores, nullæ callidiores dicuntur, quàm quæ ſalvis legibus, ſub earum authoritate in contrarium aguntur, ita tamen, ut omnes non ſolùm videri, ſed & eſſe boni viri velint. quales hi ſunt, qui aliquo colore, *l. 2. 5. ff. de Inoff. teſtam. l. 7. ff. ad SC. Maced.* colore vel titulo, *l. 49. ff. de Donation. inter vir. & uxor.* vel ſub titulo, *ut in l. 21. princ. ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ.* cauſæ patrocinium quærunt, vel qui ignorantia, præſumptione & opinione, vel etiam malitia ſub auctoritate juris ſcientiæ perniciosè errant, *l. 91. §. 3. ff. de verb. obl.* & fraudem SenatusConſulto faciunt, *l. 3. §. 3. d. l. 7. ff. d. t. de SenatusC. Maced.* unde innocentibus ſæpe exſiſtunt injuriæ, ca-

lumnia quadam & nimis callida & malitioſa juris interpretatione, *Cic. offic. 1. n. 33.* hi non cogitant, quod præclarè Socrates, hanc viam ad gloriam proximam & quaſi compendiariam, dixit eſſe: ſi quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis eſſet, *Idem offic. 2. n. 43.* Triumvirali ſupplicio affici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum juxta compreſſa, exin oblilis faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abjecta quæ Sejani filia fuiſſe dicitur, *Tacit. anal. 5. in fine Dio Caſſ. lib. 58. in med.* Nefas ſtrangulari virginem dicebat eſſe, *Sueton. in Tiber. n. 61.* Sic cùm in Libonem ab accuſatoribus crimen aliquod Tiberius inveſtigari vellet, negante reo, agnoſcentes ſervos per tormenta interrogari placuit. Et quia vetere SenatusConſulto quæſtio in caput Domini prohibebatur, callidus & novi juris repertor Tiberius, mancipari ſingulos actori publico jubet (ſcilicet ut in Libonem ex ſervis, ſalvo SenatusConſulto quæreretur, *Tacit. annal. 2.* Veriſſimum eſt proverbium: Simul atq; lex eſt promulgata, fraus eſt inventa. P. Scipio Æmilianus, quum ædilitatem peteret, conſul à populo dictus, quoniam per annos conſuli fieri non licebat, cum maximo certamine ſuffragantibus plebeis & repugnantibus aliquamdiu patribus, legibus ſolutus, & conſul creatus eſt, *Liv. lib. 50. epit.* Quum vitio ducum bellum Numantinum non ſine publico pudore duraret, delatus eſt ultro Scipioni Africano à Senatu populoq; Romano conſulatus: quem cum illi capere ob legem, quæ vetebat, quenquam intra decem annos iterum Conſulem fieri non liceret, ſicut priori conſulatu legibus ſolutus eſt, *Idem epit. 56.* Fertur Archidamus miſſus Lacedæmone Athenas legatis, cùm Pericles citaret legem quandam, qua interdicebatur, ne quis tabulam decreti Megarici tolleret. Poliarcem unum ex legatis ei dixiſſe: Ne tu eam igitur de medio abſtuleris, tantum introrſum converte, quod nulla lege prohiberis, *Plutarch. in Pericl. n. 54.* Vectigalibus ſub Caligula indictis, neque propoſitis, cùm per ignorantiam ſcripturæ multa commiſſa fierent, tandem flagitanti populo Rom. propoſuit quidem legem, ſed & minutiſſimis literis & anguſtiſſimo loco: uti ne cui deſcribere liceret, *Sueton. in Calig. n. 41.* Sic cùm aliquando Romæ promulgata eſſet lex contra orbitatem, & in eorum favorem, qui filios haberent ſtatueretur, percrebuerat graviſſimus mos, cum propinquis comitiis, aut ſorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios, præturaſq; & provincias inter Patres ſortiti, ſtatim emitterent manu, quos adoptaverant. Qui magna cùm invidia Senatum adeunt, jus naturæ, labores educandi, adverſus fraudem & artes, & brevitatem adoptionis enumerant. Satis pretii eſſe orbis, quòd multa

ſecu-

ſecuritate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta & obvia haberent. Sibi promiſſa legum diu exſpectata in ludibrium verti, quando qui ſine ſolicitudine parens, ſine luctu orbus, longa patrum vota repente adæquaret. Factum ex eo SenatusConſultum, ne ſimulata adoptio in ulla parte muneris publici juvaret, ac ne uſurpandis quidem hereditatibus prodeſſet, *Tacit. annal. 15.* Sic malitioſa fuit fœderis interpretatio, cum ſententia violata, verbis ſatisfactum eſſe voluit ille, qui, cùm triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ, *Cic. offic. 1. n. 33. Plutarch. apophtegm. Lacon. n. 73.* inepti ac ſtulti inter viros, inter mulieres periti juris & callidi *Cic. pro A. Cæcin. n. 14.* Quid attinet, inquit Q. Fab. Max. leges ferri, quibus per eosdem, qui tuliſſent, fraus fieret, *Liv. lib. 10. anno ab U. C. 455.* 5.

Protinus erupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas: fugere pudor verumq; fidesq;,
In quorum ſubiere locum fraudesq; doliq;,
Inſidieq; & vis, & amor ſceleratus habendi.
Ovid. Metamorph. lib. 1. fab. 5.
Jura, fides, ubi nunc, commiſſaq; dextera dextræ,
Quiq; erat in falſo plurimus ore Deus. *Idem Phyll. Demoph.*

In fraudem legis facere, dicit Paul. Ictus, qui ſalvis verbis legis ſententiam ejus circumvenit, *l. 29. ff. de leg. l. 5. C. eod.* Et majorem fraudem excogitaſſe videtur, qui non tantùm legem circumvenire voluit, ſed etiam interpretationem legis, *l. 40. ff. de jure Fiſci.* Fraus legi fit, ubi, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit, *l. 30. ff. de legib.* vel qui colorem, ut jam dictum, *l. 7. ff. de SenatusC. Maced.* vel titulum alicujus rei quærit, *l. 49. ff. de Donat. inter vir. & uxor. l. 21. ff. de Capt. & poſtl. revers.* Ejusmodi colorem & titulum Judices Perſæ invenerunt: hos Cambyſes percontatus, num qua lex eſſet, quæ ſinat volentem cum ſorore contrahere matrimonium. Judices, & juſtè, & ingenuè reſpondentes, negant, ullam ſe invenire legem, quæ ſinat fratri nubere ſororem, quandam tamen invenire legem, qua liceat regi Perſar. facere, quicq libeat. Ita neq; legem abrogârunt metu Cambyſis: & ne legem tuentes ipſi perirent, aliam invenerunt, adjutricem ejus, qui ſororem in matrimonium ducere velit, *Herod. lib. 3. in Thal.* Sed in legem commiſſa fraus rata non eſt, *l. 3. §. 3. l. 7. princ. & §. 3. ff. de SenatusCon. Maced.* Et qui in fraudem legum fidem accommodat, ſatis puniatur in eo, in quo fecit contra leges, *l. 43. §. ult. ff. de Vulg. & pupill. ſubſt.* nec alienatio qualiscunque in fraudem legis valet, *l. 16. ff. de Jure Patron.* 6.

Sed ipſo jure reſcinditur, quod fraudandæ legis ſit, *l. 64. §. 1 ff. de Cond. & Demonſtr.* Et cùm per alterius ſtaudem aliquid factum eſt, quò minus rem habeat, generaliter, non quod habeat actor, ſed quod per adverſarium habere non poterit, conſiderandum eſt, *l. 78. ff. de R. J.* Plerumq; etiam ipſam ſe fraudem, etiamſi initio cautior fuerit, detegere, *ait Liv. lib. 44.* De malefidis & fraudulentis iſtis tenebrionibus ita audiendus eſt Cicer. dicens: Totius injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quàm eorum, qui tum, cùm maximè fallunt, id agunt, ut viri boni eſſe viderentur, *offic. 1. n. 41.* Utinam non ſolùm boni viderentur, ſed etiam boni eſſent, de quibus idem *offi. 2. n. 33.* ita ait: Juſtis & fidis hominibus, id eſt, bonis, ita fides habetur, ut nulla ſit in his fraudis injuriæq; ſuſpicio. Itaq; his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſimè committi arbitramur. Adgandeſtrii Principis Chattorum lectæ in Senatu literæ, quibus mortem Arminii promittebat, ſi patrandæ neci venenum mitteretur: reſponſumq; eſſe, non fraude, neq; occultis, ſed palàm & armatum populum Romanum hoſtes ſuos ulciſci, *Tacit. annal. 2. in fine.* Nam inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione, *Cic. officior. 3. n. 70.* Habet vocabulum Fraus plures interpretationes, quas obiter hîc adjicere volui. Eſt fraus vel in mente, vel in re. In mente eſt dolus, in re eſt damnum, *l. 7. §. 10. ff. de pactis, l. 1. §. 15. ff. ſi quid in fraud. patr.* Fraus etiam ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio, *l. 131. ff. de verb. ſigſ.* Vel crimen aliquod, quod capitis ſupplicio dignum eſt, *l. 23. §. 2. ff. de Ædil. Edicto.* Vel etiam pœna, *l. 23. §. 2. l. 8. ff. de Accuſat. l. 31. ff. de Injur.* Dicitur enim fraus Pellacia, pellicere fraudare eſt, in fraudem ſenſim perducere, *ut Tacit. annal. 1. princ. ait.* ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit: inſurgere paulatim, *&c.*

CAPUT TERTIUM
De Calliditate.

Calliditas eſt in rebus gerendis quædam fraudulenta occultatio. Eſt enim abſtruſa quædam & verſuta polypraxis, qua homines tempori, rebus, & moribus mentem & actiones ſuas adaptare, aperire ambages, non veri copiam facere, ſed ſuſpenſa & quò ducantur inclinatura, interdum non inclinatura reſpondere, ſeq; ita componere ſciant,

ut

ut ex eventu rerum, vel adverſa abnuere, vel proſpera adgnoſcere poſſint.
Chryſippus tibi, inquit, acutè dicere videbatur. homo ſine dubio verſutus
& callidus. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur: calli-
dos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit, *Cic.
lib. 3. n. 25. de Natura Deor. Becman. de Origin.* Olim plebe valida, inquit
Tacit. vel cùm patres pollerent, noſcenda vulgi natura & quibus modis
temperanter haberetur, Senatusq; & optimatum ingenia, qui maximè per-
didicerant, Callidi temporum & ſapientes credebantur, *annal. 4.* Arte
agendum (quaſi dixerit callidè agendum) in exoleto jam vetuſtate odio, ut
recenti aliqua ira exacerbarentur animi, *Liv. lib. 2. anno ab U.C. 263.* Gal-
ba Piſonem Licinianum acceſſere jubet: ſeu propria dilectione, ſive, ut
quidam tradiderunt, Lacone inſtante, cui apud Rubellium Plautum exer-
cita apud Piſonem amicitia, ſed callidè ut ignotum fovebat, *Tacit. hiſt. 1.*
Ex omnibus maxumè Æmilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factioſus,
avidus potentiæ, honoris, divitiarum, cæterùm vitia ſua callidè occultans,
Salluſt. bell. Jugurth. Id morum Tiberii fuit, continuare imperia, ac ple-
roſq; ad finem vitæ in iiſdem exercitibus aut juriſdictionibus habere. Cau-
ſæ variæ creduntur: alii tædio novæ curæ, ſemel placita pro æternis, ſerva-
viſſe, quidam invidia, ne plures fruerentur, ſunt qui exiſtiment, ut calli-
dum ejus ingenium, ita anxium judicium, *&c. Idem annal. 1. in fine & an-
nal. 2.* Callidus & novi juris repertor appellatur, *& inſer ibid.* Adole-
ſcebat interea lex Majeſtatis. Et Apulejam Variliam ſororis Auguſti ne- 2.
ptem, quia probroſis ſermonibus divum Auguſtum ac Tiberium & ma-
trem ejus inluſiſſet, Cæſarique connexa adulterio teneretur, majeſtatis
delator arceſſebat. De adulterio ſatis caveri lege Julia viſum. Majeſtatis
crimen diſtingui Cæſar poſtulavit, damnatiq;, ſi qua de Auguſto irreligioſè
dixiſſet. In ſe jacta nolle ad cognitionem vocari. Interrogatus à Con-
ſule, quid de his cenſeret, quæ de matre ejus locuta ſecus argueretur, reti-
cuit (ſed callidè) dein proximo Senatus die, illius quoq; nomine oravit, ne
cui verba in eam quoquo modo habita crimini forent, liberavítq; Apule-
jam Majeſtatis *&c.* Nullam æquè Tiberius, ut rebatur, ex virtutibus ſuis,
quàm diſſimulationem (calliditatem) diligebat, eò ægriùs accepit, recludi
quæ premeret. Sed mitigavit Sejanus, non Galli amore, verùm ut cogita-
tiones Principis aperirentur: gnarus lentum in meditando, ubi prorupiſſet,
triſtibus dictis atrocia facta conjungere, *Idem annal. 4. in fine.* Tiberius,
etſi inſenſè invectus, cœtera ambigua reliquerat, *Idem annal. 5. princ.*
&

& annal. 6. in fine ait. Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum diſſimulatio (calliditas) deſerebat. Idem animi vigor, ſermone ac vultu intentus, quæſita interdum comitate, *&c.* Exempla callidi & verſuti ingenii in Tiberio paſſim oſtenduntur, quæ nos moneant, non ubiq; doceant. Callidè vulgatum, temere creditum. in facto aliquo refert, *Idem hiſt. 1.* Accendendis offenſionibus callidi intendere vera, adgerere falſa, variis modis criminari. plurimi hodie inveniuntur & amici, *Idem annal. 2.* quid dicendum de inimicis. Cùm Valerio Aſiatico bis Conſuli eſſet pereundum, liberumq; ei mortis arbitrium permiſſum, uſurpatis quibus inſueverat exercitationibus, lauto corpore, hilarè epulatus, cùm ſe honeſtius calliditate Tiberii, vel impetu C. Cæſaris periturum dixiſſet, quàm quod fraude muliebri & impudico Vitellii ore caderet, venas exſolvit, *Idem annal. 11. princ.*
3. Legati tres C. Servilius, M. Claudius Marcellus. Q. Terentius Culleo, ex conſilio inimicorum Annibalis, quærentibus cauſam adventus, dici juſſerunt, veniſſe ad controverſias, quæ cum Maſiniſſa Rege Numidarum Carthaginenſibus datam eſſe: ut inexpiabile bellum adverſus ſe unum maneret. Itaque cedere tempori & fortunæ ſtatuit, & præparatis jam omnibus ante fugam, obverſatus eo die in foro, avertendæ ſuſpicionis causâ, primis tenebris veſtitu forenſi, ad portam cum duobus comitibus gnaris conſili eſt egreſſus, *Liv. lib. 33. in fine.* Calliditas etiam non ſolùm verbis ambiguis & fraudulentis, ſed & ſignis, nutu & aliis fallacibus monſtrationibus & figuris fieri poteſt. Ut Tarquinius ultimus Romanorum Rex filii ſui nuncio nulla voce, ſed ſigno reſpondit. Rex, inquit Livius, velut deliberabundus in hortum ædium tranſit, ſequente nuncio filii: ibi inambulans tacitus, ſumma papaverum capita dicitur decuſſiſſe, *lib. 1. ad fin. Ariſt. 3. polit. cap. 13. Herodot. lib. 5. in Terpſich.* Hæc quoque diſciplina Rhetorica eſt callidè & cum aſtu res criminoſas citra periculum confiteri, ut ſi objectum ſit turpe aliquid, quod negari non queat, reſponſione joculari eludas, & rem facias, riſu magis dignam, quàm crimine. Sicut feciſſe Ciceronem ſcriptum eſt, cum id, quod inficiari non poterat, urbano facetoq; dicto diluit. Nam quum emere vellet in palatio domum & pecuniam in præſens non haberet, à P. Sylla, qui tum reus erat: mutuo H S vicies tacitè accepit. Ea res tamen priusquam emeret, prodita eſt, & in vulgus exivit: objectum ei eſt, quòd pecuniam domus emendæ causâ à reo accepiſſet. Tum Cicero inopinata obprobatione permotus accepiſſe ſe negavit, ac domum ſe empturum quoq; negavit. Atq; adeò, inquit verum

Digitized by Google

cum ſit accepiſſe me pecuniam, ſi domum emero. Sed cùm poſtea emiſſet, & hoc mendacium, in Senatu ei ab inimicis objiceretur: riſit ſatis atq; inter ridendum ἀχινόητοι (inciviles, inconciliati) inquit, homines eſtis, quum ignoratis. prudentis & cauti patrisfamilias eſſe, quod emere velit, empturum ſe negare propter competitores emptionis, *Aul. Gellius lib. 12. cap. 12.* Calliditas quæ non in alterius jacturam & detrimentum, ſed in ſui commodum & emolumentum fit, & ſi non omnibus modis commendanda, non tamen omnibus modis vituperanda eſt. In genere nemo fructum calliditatis obtinere poteſt, *l. 3. C. de Repud. & judic. de morib. l. 31. ff. de Recept. qui arbitr. recep.* ne calliditas alicui proſit, *l. 11. §. 1. in fine ff. ad Exhib. l. 5. ff. ſi quis cautionib. in judic. ſiſt.* Sed potiùs callidum commentum per fraudem & dolum commiſſum in exemplum debet coërceri, *l. 9. ff. de reb. eor. qui ſub tutel.* Interdum etiam ſtellionatus crimine propter calliditatem reus plectatur, *l. 29. §. 5. ff. Mandati.*

CAPUT QUARTUM
De Machinatione.

MAchinatio eſt in factis decipiendi alterum fraudulosa agitatio. Machinatio fit potiſſimùm in factis; calliditas verò in verbis & ſignis. Machinatio leonis; fraus & calliditas vulpeculæ magis propria eſt. Carbo fertur dixiſſe: Sibi adverſus leonem & vulpem in animo Syllæ habitantes certanti, plus à vulpe moleſtiæ, quàm leone exhiberi, *Plutarch. in Sylla n. 54.* Immanem animum ſubdola modeſtia tegens Cajus, *Tacit. annal. 6.* Tiberio haud ingratum accidit, turbari res orientis, ut ea ſpecie Germanicum ſuetis legionibus abſtraheret, novisq; provinciis impoſitum, dolo ſimul & caſibus objectaret, *Id. annal. 2. princ.* Idem nomime Germanici, trecenos plebi ſeſtertios viritim dedit, ſeq; collegam conſulatui ejus deſtinavit. nec ideò ſinceræ caritatis fidem adſecutus, amoliri juvenem ſpecie honoris ſtatuit, ſtruxitq; cauſas, aut forte oblatas arripuit, *Idem annal. 2.* Nero matrem ubicunq; haberetur prægravem ratus, interficere conſtituit: hactenus conſultans, veneno, an ferro, vel qua alia vi. Venenum cùm referri ad caſum non poterat, ferrum quonam modo occultaretur, nemo reperiebat. obtulit ingenium Anicetus libertus claſſis præfectus mutuis odiis Agrippinæ inviſus,

Digitized by Google

Ergo navem poſſe componi docet, cujus pars ipſo in mari per artem ſolu-
ta effunderet ignaram. Nihil tam capax fortuitorum, quàm mare; & ſi nau-
fragio intercepta ſit, quem adeò iniquum, ut ſceleri aſſignet, quod venti
& fluctus deliquerint. Additurum principem defunctæ templum, & aras,
& cætera oſtendendæ pietatis. Placuit ſolertia, tempore etiam juta, quan-
do quinquatrus feſtos dies apud Bajas frequentabat. Illuc matrem elicit,
ferendas parentum iracundias & placandum animum dictitans, quo rumo-
rem reconciliationis efficeret, acciperetque Agrippina, facili feminarum
credulitate ad gaudia, *&c. Idem annal. 14. princ.* Turnus Hordonius ab
Aricia, cùm ferociter in abſentem Tarquinium eſſet invectus, rem Tarqui-
nius aliquanto, quàm videbatur, ægriùs ferens, confeſtim Turno necem
machinatur, ut eundem terrorem, quo civium animos domi oppreſſerat,
Latinis injiceret, & quia pro imperio palàm interfici non poterat, oblato
falſo crimine inſontem oppreſſit, per adverſæ factionis quosdam Aricinos,
ſervum Turni auro corrupit, in diverſorium ejus vim magnam gladiorum
inferri clàm ſineret, *&c. Liv. lib. 1. ad fin.* App. Claudium, neſcires,
utrum inter decemviros, an inter candidatos numerares, propior inter-
dum petendo, quàm gerendo magiſtratui erat; criminari optimates, ex-
tollere candidatorum leviſſimum quenq; humilliſſimumq;, ipſe medius inter
tribunitios Duellios Iciliosq; in foro volitare, per illos ſe plebi venditare,
donec collegæ quoq;, qui unicè illi dediti fuerant, ad id tempus, conjecere
in eum oculos, mirantes, quid ſibi vellet: apparere, nihil ſinceri eſſe; pro-
fectò haud gratuitam in tanta ſuperbia comitatem fore: nimium in ordi-
nem ſe ipſum cogere, & vulgari cum privatis, non tam properantis, abire
magiſtratu, quàm viam ad continuandam magiſtratum quærentes eſſe, *&c.*
Ars hæc erat, ne ſemetipſe creare poſſet, quod præter tribunos plebis &
ipſum peſſimo exemplo, nemo unquam feciſſet, *&c. Liv. lib. 3. anno ab U.
C. 303.* M. Manlius Capitolinus inflato animo, ad hoc vitio quoque inge-
nii vehemens & impotens, poſtquam inter patres, non quantum æquum
cenſebat, excellere ſuas opes animadvertiti primum omnium ex patri-
bus popularis factus, cum plebe magiſtratibus conſilia communicare, cri-
minando patres, alliciendo ad ſe plebem, jam aura, non conſilio ferri, fa-
mæq; magnæ, quàm bonæ eſſe, *&c. Liv. lib. 6. anno ab U. C. 370.* Ejus for-
3\. machinator callidiſſimus fuit Annibal, hic aliquando patriâ profugus per-
venerat ad Antiochum, & erat apud Regem in magno honore, nulla alia
arte, niſi quod voluntati diu conſilio de Romano bello nemo aptior ſuper-

tali re particeps ſermonis eſſe poterat. Sententia ejus una atq; eadem ſemper erat, ut in Italia bellum gereretur, Italiam, & commeatus, & militem præbituram externo hoſti, ſi nihil ibi moveatur, liceatq; populo Romano viribus & copiis Italiæ extra Italiam gerere bellum, neq; regem, neq; gentem ullam parem Romanis eſſe, ſibi centum tectas naves, ſedecim millia peditum, mille equites depoſcebat, ea ſe claſſe primum Africam petiturum, magnopere confidere: & Carthaginenſes ad rebellandum ab ſe compelli poſſe. Si illi cunctentur, ſe aliqua parte Italiæ bellum excitaturum Romanis Regem cum cœteris omnibus tranſire in Europam debere, & in aliqua parte Græciæ copias continere, neq; trajicientem, & quod in ſpeciem famamq; belli ſatis ſit, paratum trajicere. In hanc ſententiam cùm adduxiſſet regem, præparandos ſibi ad id popularium animos ratus, literas, ne quo caſu interceptæ palàm facerent conata, ſcribere non eſt auſus. Ariſtonem quendam Tyrium nactus, Epheſi expertus ſolertiam levioribus miniſteriis partim donis, partim ſpe præmiorum oneratum, quibus etiam ipſe Rex annuerat, Carthaginem cum mandatis mittit, edit nomina eorum, quibus conventis opus eſſet. inſtruit etiam ſecretis notis, per quas haud dubiè agnoſcerent ſua mandata eſſe. Hunc Ariſtonem Carthagine obſervantem, non priùs amici, quàm inimici Annibalis, qua de cauſa veniſſet, cognoverunt. Et primò in circulis conviviisq; celebrata ſermonibus res eſt, deinde in Senatu, quidam nihil actum eſſe dicere exſilio Annibalis: Si abſens quoq; novas moliri res, ſolicitandóq; animos hominum turbare ſtatum civitatis poſſet. Ariſtonem quendam Tyrium advenam, inſtructum mandatis ab Annibale & ab Antiocho Rege veniſſe: certos homines quotidie cum eo ſecreta colloquia ſerere, & in occulto colloqui, quod mox in omnium perniciem erupturum eſſet. Conclamavere omnes vocari Ariſtonem debere, & quæri, quid veniſſet: & niſi exprомeret, cum legatis Romam mitti, ſatis pro temeritate unius hominis ſuppliciorum penſum eſſe, privatos ſuo periculo peccaturos, Rempublicam non extra noxam modò, ſed etiam extra famam noxæ conſervandam eſſe. Vocatus Ariſton purgare ſeſe & firmiſſimo propugnaculo uti, quod nihil literarum ad quenquam attuliſſet, cœterùm, nec cauſam adventus ſatis expediebat, & in eo maximè hæſitabat, quod cum Bachinæ ſolum factionis hominibus collocutum eum arguebant, orta deinde altercatio eſt, aliis pro ſpeculatore comprehendi jam & cuſtodiri jubentibus: aliis negantibus tumultuandi cauſam eſſe, mali rem eſſe exempli, de nihilo hoſpites corripi, idem Cartha-

Digitized by Google

ginenſibus & Tyri, & in aliis emporiis, in quæ frequenter commeent, eventurum. Dilata eo die res eſt. Ariſton Punico ingenio inter Pœnos
uſus, tabellas conſcriptas celeberrimo loco ſupra ſedem quotidianam Magiſtratus prima veſpera ſuſpendit, ipſe de tertia vigilia navem conſcendit
& profugit. Poſtero die cum Suffetes ad jus dicendum conſediſſent, conſpectæ tabellæ, demptæq; & lectæ. ſcriptum erat, Ariſtonem privatim ad
neminem, publicè ad Seniores (ita Senatum vocabat) mandata habuiſſe,
4. *&c. Liv. lib. 34. in fine.* Ejus farinæ fuit Pacuvius Calavius nobilis ac popularis homo, cœterùm malis artibus nactus opes, magnum auſus facinus,
ut ſi in ea loca Annibal veniſſet, trucidato Senatu traderet Capuam Pœnis.
Improbus homo, ſed non ad extremum perditus, quum mallet incolumi, quam everſa Rep. dominari, nullam autem incolumem eſſe orbatam, publico conſilio crederet, rationem iniit, qua & Senatum ſervaret, & obnoxium ſibi ac plebi faceret. Vocato Senatu, quum oratione ſua omnes in partes ſuas traxiſſet, & omnes in mentem ſuam conceſſiſſent, metuque victi permiſiſſient: claudam vos in curia, inquit, & tanquam & ipſe cogitati facinoris particeps, approbando conſilia, quibus nequicquam adverſarer, viam ſaluti veſtræ inveniam in hoc fidem, quam vultis ipſi, accipite. Fide data egreſſus, claudi curiam jubet, præſidiumq; in veſtibulo reliquit, ne quis adire curiam, injuſſu ſuo, néve inde egredi poſſit, *&c.* Quid cum his in curia clauſis negotiorum vel rerum geſtum, qualisq; eventus, prolixiùs in Livio *lib. 23. princ.* refertur, tandemque ſic concluditur. Hoc modo Pacuvius, cum obnoxium vitæ beneficio Senatum multo ſibi magis, quàm plebi feciſſet, ſine armis jam omnibus concedentibus dominabatur. His non diſſimilis erat Catilina, qui circiter Kalend. Junias. L. Cæſare & C. Figulino Conſulibus primò ſingulos appellare, hortari alios, alios tentare, opes ſuas imperatam Rempubl. magna præmia conjurationis docere, ubi ſatis explorata ſunt, quæ voluit, in unum omnes convocat, quibus maxima neceſſitudo & plurimum audaciæ inerat. Eo convenere Senatorii ordinis Publ. Lentulus Sura, P. Antronius Lucius Caſſ. Longinus, Cajus Cethegus, Publ. & Servius Sullæ Severii filii, Lucius Vacuntejus Quintus Annius, Marcus Porcius Lœca, Lucius Beſtia, Quintus Curius, præterea ex equeſtri ordine, Marcus Fulvius Nobilior Lucius Statilius, Publius Gabinius, Capito, Cajus Cornelius, ad hoc, multi ex coloniis & municipiis *domi & militia* nobiles, erant præterea complures paulò occultiùs conſilii hujusce participes nobiles; quos magis dominationis

ſpes

ſpes hortabatur, quàm inopia, aut alia neceſſitudo, cœterùm juventus plebaq; ſed maxime nobilium, Catilinæ cœptis ſavebat, quibus in otio vel magnificè, vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis bellum, quàm pacem malebant. Fuere item ea tempeſtate, qui crederent Marcum Licinium Craſſum non ignarum ejus conſilii fuiſſe, quia Cn. Pompejus, ipſis magnum exercitum ductabat, cujusvis opes voluiſſe contra illius potentiam creſcere: ſimul confiſum, ſi conjuratio valuiſſet, facilè apud illos principem ſe fore, *Salluſt. bello Catilin. & inferiùs ibid.* Catilina ubi eos, 5. quos paulò antè memoravi, conveniſſe videt; tametſi cum ſingulis multa ſæpe egerat, tamen in rem fore credens univerſos appellare & adhortari in abditam partem ædium ſeceſſit, atq; ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem hujuscemodi habuit, quam autem propter prolixitatem hic adjicere nolui, cupidos itaq;, ad eam legendam citatum in locum ire jubeo. Nec non Jugurtha ex machinatorum conſortio fuit, *de quo idem Salluſt. bello Jugurth. ita refert.* Ubi Jugurtha per legatos pecuniâ tentare, belliq;, quod adminiſtrabat, aſperitatem oſtendere cœpit; animus æger avaritiâ facilè converſus eſt, cœterùm ſocius & adminiſter omnium conſiliorum aſſumitur Scaurus: qui tametſi à principio, pleriq; ex factione ejus corruptis, acerrimè regem impugnaverat; tamen magnitudine pecuniæ à bono honeſtoque in pravum abſtractus eſt, ſed Jugurtha primùm tantummodo belli moram redimebat, exiſtimans ſeſe aliquid interim Romæ pretio aut gratia effecturum: poſtea verò, quum principem negotii Scaurum accepit; in maximam ſpem adductus recuperandæ pacis, ſtatuit cum eis de omnibus pactionibus præſens agere. Cæterùm interea fidei causâ mittitur à Conſule Sextius Quæſtor, in oppidum Jugurthæ Vaccam, cujus rei ſpecies erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palàm legatis imperaverat; quoniam deditionis morâ, induciæ agitabantur, igitur Rex, ut conſtituerat, in caſtra venit: ac pauca præſenti conſilio impetratum erat, elephanti triginta, pecus atq; equi multi, cum parvo argenti pondere Quæſtori traduntur. Calpurnius Romam ad magiſtratus rogandos proficiſcitur. Poſtquam res in Africa geſtas quoquo modo actæ forent; fama divulgavit, Romæ per omnes locos & conventus de facto Conſulis agitari; apud plebem gravis invidia: Patres ſoliciti erant: probarentne tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubverterent, parùm conſtabat, ac maximè eos potentia Scauri, quòd is auctor & ſocius Beſtiæ ferebatur, à vero bonóq; impediebat, *&c. &c.* In perpetrandis iis maximè valet ipſius Cæſaris conſilium, qui, audaciâ magna facinora facienda, ajebat, non deliberanda, *Plutarch. apopth. Roman. in C. Jul. Cæſ.*

6. Cæſis Hircio & Panſa, ſive hoſtis, illos, ſeu Panſam venenum vulneri adfuſum, ſui milites Hircium & Machinator doli Cæſar abſtulerant, *Tacit. annal. 1. princ. ferè, & annal. 15.* Nero uſus eſt magiſtris & machinatoribus Severo & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam, quæ natura denegaviſſet, per artem tentare. Rarus ejus generis machinator fuit Zopyrus, qui ex compoſito cum Dario ſuper expugnatione Babylon ita convenit, ut ipſe nares auriculasq; , quo majorem fidem aucuparet, ſibi præcideret, & ita Babylonem graviſſimè, & de Dario ab ipſo injuriarum ſibi illatarum conquerens, pergeret. Quo viſo, etiam factum, ut fidem adhibentes & tanquam Duci ſtrenuo fideliq; imperium ipſi committentes, certo ſigno & ad ſuperationem machinationibus opportunè datis, Babylonii à Cyro ſunt expugnati, *de qua re prolixiùs apud Herodot. lib. 3. in Thal. in fine.* Hoc modo machinatoribus ſalvis, ſalva Reſp. eſſe nequit, & ſtantibus mœnibus & corruentibus moribus, funditus etiam fides politica evertitur & irrita fit.

CAPUT QUINTUM
De Fallacia.

1. FAllacia eſt decipiendi cauſa, verborum diverſus & ambiguus intellectus, quo quis imprudentem, incautum, ſæpe etiam ſimplicem, & creditu facilem, technis velut artificiis imponit & decipit. Vel ſtropha, converſio aut à medio reſponſio, nequitiæ, fraus, ſententia retorta, argumentatio varia & in diverſa vertens. hinc ſtropharius, impoſtor, fraudator, *&c.* Tanta eſt hominum hoc ſeculo fallacia, tanta deceptio, quantam vix Plautus præcavere docet, quando ait: Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cùm etiam cavet. etiam cùm caviſſe ratus, ſæpe is cautor captus eſt, *in Capteiv. act. 2.* Calliditas conſiſtit in animo, & tacendo ſæpe committitur : Fallacia fit mentiendo, & in verbis conſiſtit. Machinatio in factis poſita eſt, *Accurſ. ad l. 1. §. 2. ff. de dolo malo.* Vel verbum circumvenire reſpondet calliditati: fallere fallaciæ: decipere machinationi, qui fraudem verbis adhibet, falax eſt, *l. 43. §. 3. ff. de Furt.* Igneſcere non niſi fallendo licebat, *Tacit. hiſt. 1.*

Da-

Da mihi fallere: da juſto ſanctóq; videri:
Noctem peccatis & fraudibus abjice nubem.
Horat. epiſt. lib. 1. epiſt. 16.

Dono dedit (Otho) nova jura Cappadociæ, novæ Africæ, oſtentui magis quàm manſura, *Tacit. ibid.* Tiberius jam jamq; iturus legit comites, conquiſivit impedimenta, adornavit naves: mox hiemem, aut negotia variè cauſſatus, primò prudentes, dein vulgum, diutiſſimè provincias fefellit, *Idem annal. 1.* Luce prima Sabinus Cornelium Martialem è primipilaribus ad Vitellium miſit, cum mandatis & queſtu, quòd pacta turbarentur. Simulationem prorſùs & imaginem deponendi imperii fuiſſe, ad decipiendos tot illuſtres viros, *Idem hiſt. 3. ad fin.*

Sit ſpes fallendi miſcebit ſacra prophanis
Horat. dict. loco.

Romani in omnes arma habent, acerruma in eos, quibus victis ſpolia maxuma ſunt, audendo & fallendo, & bella ex bellis ſerendo, magni facti, per hunc morem exſtinguent omnia aut occident, *Rex Mithridat. Regi Arſaci. apud Salluſt. in fragment.* Euripides Tragicus Poëta non eſſe Deos profiteri non auſus, metuens Areopagiticum judicium. Siſyphum introduxit dicentem *Incondita olim vita fuit mortalium*
Et belluina, viribusq; ſerviens.
legibus deinde poſitis, ait, injuſtitiam fuiſſe repreſſam & quendam callidum virum produiſſe, qui docuerit, veritati tenebras mendacio offundendas hominibusq; perſuadendum eſſe.

Quod ſit perenni vita aliquis vigens Deus,
Qui cernat iſta & audiat, atq; intelligat.
Plutarch. de placit. Philoſoph. cap. 7. Quid ſit Deus.

In cujus ſententiam & illi blaſphemi & irreligioſi illi deſcenderunt: qui dixerunt: totam de Diis immortalibus opinionem factam eſſe ab hominibus ſapientibus reipubl. causâ, ut, quos ratio non poſſet, eos ad officium religio duceret, *Cic. de natura Deor. lib. 1. n. 118.* Lyſander verſutus homo & impoſtor erat. Quippe fraudem plerumq; in bello gerendo adhibebat: juſtitiam utilitati conjunctam magnifaciens, ſin minùs honeſti loco commodum uſurpans, verum falſo non natura præſtantius judicans, ſed ex utilitate utrumq, æſtimans. Qui Herculis ſtirpe ortos ſine dolo bellum gerere volebant, eos ridere juſſit, nam ubi pellis leonina non ſufficeret, ibi vulpinam adſumendam eſſe. præterea dixit: pueros taxillis, viros jurejuran-

jurando decipiendos eſſe, *Plutarch. in Lyſand. n. 11. 12. Æmil. Prob. in Annib. n. 140.* Nec noſter quidem probandus, ſi verum eſt, Q. Fabium Labeonem, ſeu quem alium (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus agri à Senatu datum, cùm ad locum veniſſet, cum utriſq; ſeparatim locutum, ne cupidè quid agerent, nec appeterent, atq; ut regredi, quàm progredi mallent. Id cùm utriq; feciſſent, aliquantum agri in medio relictum eſt. Itaq; illorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminavit: in medio relictum quod erat, populo Romano adjudicavit. Decipere hoc quidem, non judicare eſt. Quocirca in omni re, fugienda eſt talis ſolertia, *Cic. offic. 1. n. 33.* Rebecca benedictionem patris, in Eſau tanquam primogenitum cumulandam artificio muliebri & ſtudio quaſi, patrem circumveniendi, in Jacobum transtulit, *ut per tot. Gen. 27. patet.* Huic hiſtoriæ, & ſi ſacrum aliquod & myſterium ineſſe dicatur, quodq; non impugnatur, materialiter tamen circa modum procedendi, ſi non fallacia, vel circumventio aliqua, color tamen quæſitus dici poteſt: quemadmodum color ejusmodi in jure civili, *ut cap. præced. p[illegible]*, fieri, & quodammodo admitti non improbatur. Varium, occultum &
3. umbratile eſt fallendi ſtudium, nec viribus humanis præcaveri, minus arte aut ſapientiâ poteſt evitari, quod non etiam prudentiſſimus fallatur & decipiatur. Fallere ſemper eſt voluntatis, falli verò vel infirmitatis, vel temeritatis, *cauſ. 22. qu. 2. cap. 5. in ſubjecta gloſſa.* Fallaciam itaq; excutere, retosquere, eamq; fruſtrare, non eſt prohibitum. Qui fallit, [illegible]latur, utitur prudentiâ, non calumniâ, *l. ult. C. de ponderat. & aur. [illegible]* poteſt etiam Judex adminiſtrandæ veritatis gratiâ interdum cavillationibus uti, *argt. cap. 2. x. de Præſumptionib.* ſapienter etiam interdum fallaci diffidere, eſt prudenter fidere. Fallentem refellere licet, & iniquitate occurrere, prudentia quædam eſt, nec videbitur dolo feciſſe cùm fraudem excluſerit, *l. 77. §. 31 ff. de legat. 2.* nec præſumitur malitioſus excludens malitiam, dolo compenſando, *l. ult. §. 3. ff. de eo per quem factum, l. 57 §. ult. ff. de Contrah. empt. l. 36. ff. de dolo malo,* ea enim lege, quam ambo contempſerunt, neuter poteſt uti, paria delicta mutua penſatione diſſolvuntur, *l. 39. ff. ſolut. matrim.*

Judice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem,
Armáq; in armatos ſumere, jura ſinunt.
Ovid. lib. 3. de arte amandi.

Fallacia

Fallacia alia aliam trudit, *Terent. in Andr. act. 4. ſc. 5.* Diffidentes decipere, ſapientiæ eſſe judicabat: fidem autem habentes fallere, impietatis, *Xenoph. de Ageſilai laudib. in fine.* Romanus ſecretis criminationibus incuſaverat Senecam, ut C. Piſonis ſocium, ſed validus à Seneca eodem crimine perculſus eſt, *Tacit. annal. 14. in fine.* Sic ars diluditur arte. Nihil intereſt, quomodo captivus reverſus eſt: utrum dimiſſus, an vi, vel fallacia poteſtatem hoſtium evaſerit, *l. 26. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Inter Protagoram ſophiſtarum acerrimum & Evathlum diſcipulum ſuum lis & controverſia ſuper pacta mercede hæc fuit. Evathlus adoleſcens dives, eloquentiæ diſcendæ, cauſarumq; orandi cupidus fuit. Is in diſciplinam Protagoræ ſeſe dedit, daturumq; promiſit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petiverat. Dimidiumque ejus dedit jam tunc ſtatim, priusquam diſceret: pepigitq;, ut reliquum dimidium daret, quo primo die cauſam apud Judices oràſſet, & viciſſet. Poſtea cùm diutulè auditor aſſectatorque Protagoræ fuiſſet, & in ſtudio quidem facundiæ abundè promoviſſet, cauſas tamen non reciperet, tempusq; jam longum transcurreret, & facere id videretur, ne reliquum mercedis daret; capit conſilium Protagoras, ut tum exiſtimabat, aſtutum: petere inſtitit ex pacto mercedem. Litem cum Evathlo conteſtatur. Et cùm ad judices conjiciendæ conſiſtendæq; cauſæ gratiâ veniſſet, tum Protagoras ſic exorſus eſt. Diſce, inquit, ſtultiſſime adoleſcens, utroq; id modo fore, ut reddas, quod peto, ſive contra te pronunciatum erit, ſive pro te. Nam ſi contra te lis data erit: merces mihi ex ſententia debebitur, quia ego vicero. Sin verò ſecundùm te judicatum erit: merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. Ad ea reſpondit Evathlus: Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni eſſe obviam, ſi verba non ipſe facerem, ſed alio patrono uterer. Sed magis mihi in iſta victoria proludium eſt, cùm te non in cauſa tantùm, ſed in argumento quoq; iſto vinco. Diſce igitur tu quoq;, magiſter ſapientiſſime, utroq; modo fieri, uti non reddam, quod petis, ſive contra me pronunciatum fuerit, ſive pro me. Nam ſi judices pro cauſa mea ſenſerint: nihil tibi ex ſententia debebitur, quia ego vicero. Sin contra me pronunciaverint: nihil tibi ex pacto debebo, quia ego non vicero. Tum Judices *&c. Et paulò inferius.* Sic ab adoleſcente diſcipulo, magiſter diſciplina eloquentiæ inclytus ſuo ſibi argumento confutatus eſt, & captionis verſutè excogitare fruſtratus fuit, *Aul. Gellius lib. 5. cap. 10.* Conſtat ex his quàm breve confinium artis & falſi, veraque quàm obſcuris teguntur, *Tacit. annal. 4.* Summa rerum hæc eſto, quod nemo pro ſua

fide atq; induſtria neq; fallat, neq; fallatur, *l. 2. C. de ponder. at.* [illegible]
Et ut nemo alterum fallat, ſic interdum ſibi imputandum, qui credulus [illegible]
l. 1. §. 2. ff. de eo per quem fact. erit.

CAPUT SEXTUM
De Mendacio.

Mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi & decipiendi. Inter omnia, feculentis his temporibus, vitia, mendacio ferè nullum eſt frequentius, nullum ſub ſpecie veritatis uſitatius, ſub umbra fidei nullum coloratius, & a [illegible] & fructum nullum expedientius, quo vix in relationibus, reſolutionibus, reſponſionibus, dictis & ſententiis quorundam hominum, à mendacio veritas diſcerni queat, ut quò ætate & tempore hæc eſſe debeant certiora, tantò magis fiunt falſiora, incertiora & magis dubia & aucupii vel m[illegible] inſtar fallibilia. Ratione finis & intentionis ipſius mentientis triplex eſt mendacium. I. *Officioſum;* quod nulli obeſt, ſed alicui prodeſt, [illegible] ſalute & utilitate alicujus committitur, quale erat obſtetricum [illegible] carum, *Exod. 1. v. 19.* Veritatem prudenter contegere, non abſcondere licet: ita enim debemus eſſe veraces, ut ſimul etiam ſimus prudentes, juxta illud: Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ. *Matt. 10. v. 16.* Quando Abraham Saram ſororem ſuam eſſe dixit, & ea[illegible] mendacio vel etiam officioſo ſit excuſandus, veritatem celari, non mendacium dici voluit, *inquit Auguſt. cauſ. 22. qu. 2. cap. ult.* Ad o[illegible] mendacium etiam referri poteſt, quod Plato *de Republ. S. ait*: [illegible] dacio & fraude uti imperantes debere, ad utilitatem ſubditorum. II. *Jocoſum;* quod per jocum, cum falſa ſignificatione dicitur, quando [illegible] mi cauſa, & quod oblectationem inde capiat, falſa narrat, quæ ali[illegible] ria, perſuaſa eſſe cupit, idq; dupliciter fit; vel cum falſa ſignificatione & deceptionis intentione, quando cum delectatione quis falſa aliis t[illegible] vera perſuaſa eſſe cupit, & ſic verè datur mendacium jocoſum, vel [illegible] falſa ſignificatione morali & deceptionis intentione, quando quis [illegible] aliquid proponere intendit, ut omnes facilè intelligant, aliud ipſum ſignificare velle, quàm dicit. Et tunc non datur mendacium, quia non [illegible]

locu-

intentio decipiendi, ut in commentis poëticis, locutione ironica, hyperbolica & parabolica, in quibus omnibus non tam verba, quàm ipſius dicentis intentio (quæ eſt alterius non deceptio, ſed inſtructio) & modus proferendi attendatur. Duo ſunt genera mendaciorum, in quibus non eſt magna culpa: ſed tamen non ſunt ſine culpa, cùm aut jocamur, aut,ut proximis proſimus, mentimur. Illud primum in jocando ideo non eſſe perniciosiſſimum, quia non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, joci cauſâ eſſe dictum. Secundum autem minus eſt, quia retinet nonnullam benevolentiam. Illud verò, quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum eſt, *d. cauſ. 22. qu. 2. cap. 4.* Ita joci ſunt temperandi, ne quis effuſo ſermone ſeſe jactet, ne in promptum incidat ſui periculum, *l. ult. in fine C. de dotis promiſſ.* haud procul cubiculo,obvium fortè ſervum, quisnam & ubi eſſet Piſo? interrogavere. Servus egregio mendacio, ſe Piſonem eſſe, reſpondit: ac ſtatim obtruncatur, *Tacit. hiſt. 4.*

Sæpe poëtarum mendacia dulcia finxi,
Et veros titulos res mihi ficta dedit.
Cornel. Gall. Poëta.

Sed tamen, per jocum in pueritia mentientes, ſeriò poſtea mentiri in ſenectute aſſueſcunt, *Anton. Guevar. horol. Princip. lib. 2. cap. 45.* III. *Perniciosum:* quod eſt vel in Deum, vel in proximum. Primum in Deum eſt capitale mendacium, longéq; fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod mendacium nulla conditione quisquam debet adduci, *d. cauſ. 22. qu. 2. cap. 8.* plures & adhuc ſeptem mendaciorum ſpecies ſecundum ſuum ordinem & explicationem, *in d. cauſ. 22. qu. 2. cap. 8.* etiam propter aliqualem contradictionem, *cap. 12. 14. 18. 21. 22. cauſæ ejusd.* huc referre ſuperſedeo. Alterum in proximum eſt, quod in alterius perniciem, aliter ore profertur, quàm corde ſentitur. Ad quod tria requiruntur. 1. ut falſum aliquod proferatur. 2. ut fiat duplici corde, hoc eſt, ut certo ſibi conſtet, falſum eſſe id, quod tanquam verum profert. 3. ut fiat in proximi perniciem, hoc eſt, cum voluntate & intentione eum decipiendi. Noli amare mendacium adverſus fratrem tuum: neq; amicum ſimiliter facias. Noli velle mentiri omne mendacium: aſſiduitatis enim illius non eſt bona, *Eccleſiaſt. 7. v. 13. 14.* Nam odit Deus omnes, qui operantur iniquitatem; perdit omnes, qui loquuntur mendacium, *Pſal. 5. v. 7.* Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua: ſicut novacula acuta feciſti dolum. Dilexiſti malitiam ſuper benigni-

tatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa, *&c. Pſal. 52. v. 1. 2. 3. & ſeq.* Quod mendacii crimen, ſi non aliud majus juxta, nullis magis, quàm Palatinis eſt in promptu, mendacio enim adhibito incautos ſæpe imponunt, quando mendaciorum cuniculis proximum conantur ſubvertere. Dum aures principum ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes callida fraude, decipiunt, *Eſther 16. v. 5. 6.* Hodierni ſeculi faciem Propert. *lib. 4. ad Lenam* ita deſcribit, cùm ait:

Sperne fidem, provolve Deos, mendacia vincant,
Cedant damnoſæ jura pudicitiæ.

4 Suſpectabat aliquando Nero Cornelium Syllam, ſecors ingenium ejus in contrarium trahens, callidumq; & ſimulatorem interpretando. Quem metum Graptus ex libertis Cæſaris, uſu & ſenecta à Tiberio usq; doctum principum edoctus tali mendacio intendit. Pons milvius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat: ventitabatq; illuc Nero, quo ſolutius urbem extra laſciviret. Igitur regredienti per viam Flaminiam compoſitas inſidias fatoq; evitatas, quoniam diverſo itinere Sallustianos in hortos remeaverit, auctoremq; ejus doli Syllam ementitur: quia forte redeuntibus miniſtris principis, quidam per juvenilem licentiam, quæ tunc paſſim exercebatur, inanem metum fecerant. Neq; ſervorum quisq;, neq; clientium Syllæ agnitus: maximeq; perſpecta & nullius auſi capax natura ejus à crimina abhorrebat: perinde tamen quaſi convictus eſſet, cedere patria, & Maſſilienſium mœnibus coërceri jubetur, *Tacit. annal. 13. ad fin.* Universa aulicorum plebs aliquando palatium implevit, diſſono clamore, necem Othonis poſcentium, ut quibus nec judicium, nec veritas, ſed traditio more quemcunq; principem adulandi, licentiâ ad clamationum & ſtudiis inanibus. Ita conſpiratione ſuper cœde Othonis facta, præmiſſo in caſtra Otho, vix dum egreſſo Piſone, occiſum in caſtris Othonem, vagus primùm & incertus rumor, mox ut in magnis mendaciis interfuiſſe ſe quidam & vidiſſe affirmabant, credula fama inter gaudentes & incurioſos. Et quod magis in mendacio. Obvius in palatio Julius Atticus Speculator, cruentumq; gladium oſtentans, occiſum à ſe Othonem exclamavit, *Tacit. hiſt. 1.* quàm atrox hoc mendacium fuit, patet ex eo, quòd ipſe luce poſtera
5 in ferrum pectore incubuit, *Idem hiſt. 2.* Elegans eſt ſententia Partheni Prodigioſi, quando ad lectorem in fine ita ſcribit: Dabam ex conventu Clarevallenſi, anno ſeculi, quo videmus bonos mergi, malos erigi, reptare

aqui-

Digitized by Google

aquilas, volare aſinos, vulpes in curribus, corvos in turribus, lites in judiciis, veritatem in convitiis, mendacium in delitiis. Duo ſunt mendaciorum genera, inquit Polyb., unum quod fit per ignorantiam, alterum ſtudio profertur. Illis, qui per ignorantiam aberrant à veritate, ignoſcendum eſt; qui autem mentiuntur, implacabiliter ſuccenſendum, *lib.12.n.2.* Nec tamen quod fama, vetuſtate temporis circumfertur, propter incertitudinem ſuam ſtatim mendacium eſt. Famæ rerum ſtandum eſt, ubi certam derogat vetuſtas fidem; *Liv. lib. 7. anno ab U. C. 393. princ. ferè.* quia raræ per antiqua tempora literæ fuere, una cuſtodia fidelis memoriæ rerum geſtarum, *Idem lib. 6. princ.* Turpiſſimum apud Perſas ducitur mentiri, ſecundo loco, æs alienum debere, cùm ob alias multas cauſas, tum quod neceſſum ſit, eundem, qui debet, mendacio quoq; obnoxium eſſe. *Et paulo præcedent. ibid.* Liberos à quinto anno incipientes usq; ad viceſimum, tribus duntaxat artibus inſtituunt, equitare, arcu ſagittas excutere, vera loqui, *Herodot. lib. 1. in Clion.* Sed huic maximè contrarium Darius habuit conſilium, quando ita ad Otanem ait: Ubi expedit mendacium dicere, dicatur. Nam idem optamus, quiq; mendacium dicimus, quiq; veritatem. Quippe cùm hi, qui mentiuntur, tunc mentiantur, cùm perſuadendo ſint, quippiam lucri facturi. Et qui verum dicunt, ideo dicunt, ut verum dicendo, aliquod lucrum conſequantur. Et alius huc, alius illuc magis propenſus eſt. Ita non idem factitando, idem tamen obtinemus. Quod ſi nihil lucri faciendum eſſet, peræq; & verax foret mendax, & mendax verax, *Idem lib. 3. in Thal.* Illud probè novi, eos qui vel dicunt, vel nunciant res, quæ fidem ſuperant; non ſolùm non perſuadere: verùm etiam amentes videri, *Thucyd. lib. 6. concion. Herm.* Nullum mendacium ſeneſcit, nullum mendacio pretium, *Tacit. Hiſt. 4. in fin.* nec mentiendo quis veritatem mutare poteſt, *l. 6. ff. ad Municip.* Veritas in omnem partem ſui ſemper eadem eſt. Tenue eſt mendacium, perlucet, ſi diligenter inſpexeris, *Senec. epiſt. 79.* Fides veri à calumnia & mendacio quemlibet defendit, *l. 5. C. de Injur.* & qui fiduciam innocentiæ & veritatis gerit, adverſus omnem calumniam & mendacium maximam habet ſecuritatem, *l. 10. C. de de iis quib. ut indign.* Mendacibus pœna etiam à Jure Civili eſt conſtituta: nam non ſolùm mendax careat impetratis, ſed etiam, ſi nimia mentientis inveniatur improbitas, ſeveritati ſubjaceat judicantis, *l. penult. C. ſi contra jus vel utilit. public.* Quamvis mentiri cuivis ſuo periculo liceat, *Marcus Mantua. ſingul. 609. num. 1.* 6.

in tantum ut & mendacium, quod nemini nocet, non ſit puniendum, etiamſi quis judici mentitus fuerit, *argt. l. ex eo. 12. ff. quod falſo tut... act. geſt. ubi Bald. & nobiliſſimus Dionyſ. Godofr. notant.* Velut & falſum ſive falſitas, quæ nemini nocet, impunibilis eſt, *velut à Carolo Ruino Conſ. n. 9. vol. 4. notatum eſt. refert Barthol. Agricola de Advocato ſive de qualitatib. & offic. boni Advocati cap. 25.* Mendaci homini, ne verum quidem dicenti credere ſolemus, *Cic. de divin. 2.* hæc enim merita eſt mentientis pœna, ut ſi millies veritatem &, neſcio, qua fidei obligatione proferat, ut nunquam fidem inveniat, & neq; ſolùm veritatem obſcurat, ſed etiam eandem inter mendacia connumerari facit. At quid intereſt, inquit Cicero, inter perjurum & mendacem! qui mentiri ſolet, pejerare conſuevit: quem ego, ut mentiar, inducere poſſum: ut pejeret, exorare facilè potero. nam qui ſemel à veritate deflexit, hic non majore religione ad perjurium, quam ad mendacium perduci conſuevit. Quis enim de precatione deorum, non conſcientiæ fide commovetur? Propterea, quæ pœna ab diis immortalibus perjuro, hæc eadem mendaci conſtituta eſt. Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur, ſed ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus iraſci, & ... cenſere conſuerunt, *pro Q. Roſc. Comœd. n. 46.* Qui enim ſæpe nos per fidem fefellerunt, eorum orationi ſidem habere non debemus. Sicut in ju-

7 ramento nullam convenit eſſe perfidiam; ita quoque in rebus noſtris nullum debet eſſe mendacium, quia utrumq;, & perjurium, & mendacium divini judicii pœna damnatur, dicente ſcriptura: os, quod mentitur, occidit animam, *cauſ. 22. qu. 5. c. 12.* Papyrius Curſor Conſul cùm Aquiloniam oppugnans prælium vellet committere. Pullariusq; non proſperantibus avibus ementitus, optimum ei auſpicium renunciaſſet: de fallacia illius factus certior, ſibi quidem & exercitui bonum omen datum eſſe credidit, ac pugnam iniit, cœterùm mendacem ante ſeipſam aciem conſtituit, ut haberent dii cujus capite, ſi quid iræ conceperant, expiarent. Directum ... autem ſive caſu, ſive etiam cœleſtis numinis providentia, quod primum è contraria parte miſſum erat telum, in ipſum Pullatii pectus, eumq; exanimem proſtravit, *Valer. Max. lib. 7. cap. 2. n. 5. Liv. lib. 10. in fine.* Conſulem Romanum miles ſemel in acie fefellit, Deoś nunquam fallet, *Liv. ... anno ab U. C. 274.* Hujus farinæ fuit etiam Cenus libertus Neronis, ... atroci mendacio aliquando univerſos perculit, affirmans ſuperventu ... legionis, junxit à Brixillo viribus cœſos victores, verſam partium fortunam ...

Cauſa

Cauſa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quæ negligebantur, lætiore
nuncio revaleſcerent. Et Cenus quidem rapidus in urbem vectus, paucos
poſt dies, juſſu Vitellii, pœnas luit, *Tacit. hiſt. 2. in medio ferè. Et paulò
inferius ibi ait:* Non ultra paucos dies, quanquam acribus initiis cœptum
mendacium valuit. Exſtiterant quidam Scribonianum ſe Camerinum fe-
rens. Neronianorum temporum metu in Hiſtria occultatum, quod illis
clientelæ & agri veterum Craſſorum, ac nominis favor manebat. Igitur
deterrimo quoq; in argumentum fabulæ aſſumpto, vulgus credulum, &
quidam militum errore veri, ſeu turbarum ſtudio, certatim aggregaban-
tur: cùm pertractus ad Vitellium, interrogatusq;, quisnam mortalium
eſſet, poſtquam nulla dictis fides, & à domino noſcebatur conditione fu-
gitivus, nomine Geta, ſumptum de eo ſupplicium in ſervilem modum. In
contractibus voluit Prætor adſtringere eum, qui convenitur, ex ſua in ju- 8.
dicio reſponſione, ut vel confitendo, vel mentiendo ſeſe oneret, *l. 4. ff. de
Interrogat. in jure faciend.* Sic ſi, cùm eſſet quis ex ſemiſſe heres, dixerit
ſe ex quadrante, mendacii hanc pœnam feret, quòd in ſolidum conveni-
tur; non enim debuit mentiri, dum ſe minoris portionis heredem aſſeve-
ret, *l. 11. §. 3. ff. eod.* Tutor ſi per mendacium dicat, pupillo non poſſe ali-
menta decerni, remittatur ad præfectum urbi puniendus, *§. 10. Inſt. de ſu-
ſpect. tutorib. l. 13. §. 15. ff. eod. l. 1. §. 7 ff. de offic. præfect. urb.* Sicut &
quando nomine alterius emptoris ipſe ſibi prædium pupilli comparavit, ſi
fraus & dolus contra SENATUSCONSULTI auctoritatem & fidem ſibi com-
miſſam deprehendatur, callidum commentum etiam in exemplum coër-
ceri debet, *l. 9. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Tollendum eſt ex rebus contra-
hendis omne mendacium, *Cic. offic. 3. n. 61.* Abnegatio etiam & fraudu-
loſa inficiatio quædam mendacii ſpecies eſt, *Auth. contra C. de non numer.
pecun. l. ult. ff. de Rei vindic. Novell. 18. cap. 10.* Nec procul diſcedit contu-
max reticentia, *d. l. 11. §. 7. ff. de Interrogat. in jure faciend.* Vel tacendi
fraus, *l. 2. C. ſi contra jus vel utilit. public.* negare enim, tacere & obſcurè
reſpondere paria propè æſtimantur. Ac de jure quidem prædiorum ſanci-
tum eſt, apud nos jure civili, ut in his vendendis vitia dicerentur, quæ nota
eſſent venditori. Nam cùm ex 12. tabulis ſatis eſſet cautum ea præſtari,
quæ eſſent linguâ nuncupata, quæ qui infitiatus eſſet, dupli pœnam ſubi-
ret: à Jureconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quicquid enim
ineſt prædio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum
eſſet, præſtari oportere, *Cic. offic. 3. n. 65.* Dolus non tantùm in eo eſt, 9.
qui

Digitized by Google

qui ſallendi cauſâ obſcurè loquitur, ſed etiam qui inſidioſè ob[illegible] mulat, *l. 43. in fine. ff. de Contrah. empt. & vendit.* amittit auxi[illegible] & [illegible]neficium juris, *l. 10. §. 1. ff. de Fidejuſſorib. & mandatorib.* Quisquis m[illegible]titur, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi, *l. ult. C. de* [illegible]*lumniatorib.* Jaſon inquit, mendacium non puniri, niſi in caſibus, à [illegible] expreſſis. cùm pœna regulariter à jure indicta non ſit, *Jacob. Menoch* [illegible]*bitr. jud. qu. lib. 2. caſ. 276. Philipp. Decius in Reg. Jur. l. 43. n. 6. &* [illegible] *Frider. Hiltrep. proceſſ. jud. part. 2. tit. 12. n. 20.* Caſus autem, qui[illegible] civile mendacio & infitiationi pœnam propoſuit, novem inſigniores [illegible] cenſet Rittershus. *part. 2. feud. lib. 2. cap. 5. n. 41.* Sed mentiri & fing[illegible] ſui commodi cauſâ, absq; jactura & detrimento alterius, interdum [illegible] *l. 52. §. 15. ff. de Furt.* & Reipubl. ſæpe ſalutare eſt. Civitati quidem [illegible]catæ, maximè conducunt inſtituta, quæ manent immota, ſed illis, q[illegible] multa pericula coguntur ire, novis etiam & commentitiis artibus eſt [illegible] *Thucyd. lib. 1. conc. Corinth.* Sertorius vir acer egregiusq; dux, & utend[illegible]gendiq; exercitus peritus fuit. Is in temporibus difficillimis mentieb[illegible] milites, ſi mendacium prodeſſet: & literas compoſitas pro ver[illegible] & ſomnium ſimulabat, & falſas religiones conferebat, ſi quid iſtæ r[illegible] apud militum animos adjutabant. Illud adeò Sertorii nobile eſt. [illegible] alba eximiæ pulchritudinis, & vivaciſſimæ celeritatis, à Luſitano [illegible]dam dono data eſt. Hanc ſibi oblatam divinitus & inſtinctam Dianæ [illegible]mine, colloqui ſecum, monereq; & docere, quæ utilia factu e[illegible] ſuadere omnibus inſtitit. Ac ſi quid durius videbatur, quod impe[illegible] militibus foret, à cerva ſeſe monitum, tum prædicabat, id cùm [illegible] universi, tanquam ſi Deo, libentes parebant, *&c. A. Gell. lib. 15.* [illegible]

10. *Plutarch. in Sertor. 17.* In Volſcis aliquando Resp. egregiè geſta, [illegible] dicis, tum militum opera, primum æquo campo ſignis collatis [illegible], ingenti cœde, utrinq; plurimo ſanguine & Romani, quia pauci[illegible] ſentiendo propior erat, gradum retuliſſent. ni ſalubri mendaci[illegible] gere hoſtes ab cornu altero clamitans concitaſſet aciem, impetu [illegible] ſe putant vincere, vicere, *Liv. lib. 2. in fine.* Negat Scalig. falſum [illegible]tem ſemper mentiri. Non enim falſum dicit, inquit, qui ſe veru[illegible] dicere: ſed falſas apprehenſas verè enunciat illas apprehenſiones [illegible]. Sic, ſi quis nova ab aliis ſcripta, dicta & prolata, aliis quoque [illegible], eaq; vera eſſe credat; cùm tamen ſint falſa, is quidem falſum dic[illegible] propterea non mentitur. P. Nigidius ait: inter mendacium dic[illegible]

men-

mentiri diſtat. Qui mentitur, ipſe non fallitur; ſed alterum fallere conatur. Qui mendacium dicit: ipſe fallitur: item hoc addidit: qui mentitur, inquit, fallit, quantum ipſe eſt. Item hoc quoq; ſuper eadem re dicit: Vir bonus, inquit, præſtare debet, ne mentiatur: Vir prudens ne mendacium dicat. Alterum incidit in hominem, alterum non, *A. Gell. lib. 11. cap. 11.* Eum etiam, qui verum dicit, mentiri poſſe ſtatuerunt Ethici, quando ipſe non credit, quod dixit: exempli cauſâ: Si quis non credens eſſe Antipodes, dicat tamen eſſe, eo animo ut alium fallat, licet verum dixerit eſſe ſcilicet Antipodes, mentitur tamen; quia intendit fallere & nocere in re vera, quam ipſe non credit. Auguſtinus etiam & Lactantius (ut retulit aliquando tempore prandii Ambroſius Rhodius Medic. D. & Mathemat. PP. Witebergæ, p. m. præceptor & hoſpes quondam meus chariſſimus) Antipodes eſſe non crediderunt. quantum enim in ipſo eſt, mentitur ille, qui dicit, verum, quod putat falſum, *cauſ. 22. qu. 2. cap. 4.* in quo capit. plura: & an ſit mentiri, dicere falſum, quod putatur eſſe verum, *&c.* Nec mendaciis ſubdolis mihi usquam mantellum eſt meis, nec ſycophantis, nec fucis ullùm mantellum obviam eſt, neq; deprecatio perfidiis meis, nec maleſactis fuga eſt, nec confidentiæ usquam hoſpitium eſt, nec diverſorium dolis. Operta quæ fuere, aderta ſunt, patent præſtigiæ, *Plaut. in Capteiv. act. 3.* Sed hodie mendaces, non ejus ſortis nominari, ſed honeſtiore nomine hyperbolici vocari malunt.

CAPUT SEPTIMUM
De verborum ambiguitate.

MAgnam affinitatem cum mendacio habet verborum ambiguitas, & vix differt quoad gradum malitiæ, ſeu gradualem diſcrepantiam, juxta quam mendacium ambiguitate verborum gravius eſt: Eſt hæc verborum vel ſententiæ acceptatio anceps. Multis enim non verecundum ſophiſmatibus & verborum ſtratagematis imprudentiores, incautos quaſi retibus implicare & nexibus indiſſolubilibus tam arctè conſtringere, ut ne, quacunq; libeat, tuta & illæſa fortuna evadere liceat, animo enim per artem compoſito facile eſt verba reddere per artem diſpoſita. Sed artificibus ejusmodi ſæpius ſunt gratiæ agendæ

pro dictis, non pro animo. Cùm aliquando Rhadamiſtus Mithridatem ad ſanciendum fœdus caſtello evocaret, Mithridates diem locumq́, fœderi accepit, caſtelloque egreditur. Ac primo Rhadamiſtus in amplexus ejus effuſus, ſimulare obſequium, ſocerum ac parentem appellare. Adjicit jusjurandum, non ferro, non veneno vim allaturum: ſimul in lucum propinquum trahit, proviſum illic ſacrificium imperatum dictitans, ut diis teſtibus pax firmaretur. Mos eſt regibus, quoties in ſocietatem coëant, implicare dextras pollicesq́; inter ſe vincire nodoq́; præſtringere. Mox ubi ſanguis inartus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atq; invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum. Sed tunc, quia ea vincula admovebat, decidiſſe ſimulans, genua Mithridatis invadit, ipſumque proſternit? ſimulq; concurſu pluri[illegible] injiciuntur catenæ ac compedes (quod dedecorum Barbaris) trahebatur. Mox vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat, & e[illegible] è contra, qui tantam, fortunæ commutationem miſerarentur, ſecu[illegible] tum parvis liberis conjunx, cuncta lamentatione complebat. Diverſis & contectis vehiculis adduntur dum Pharasmanis juſſa exquirerentur. [illegible] cupido regni fratre & filia potior animuſque ſceleribus paratus, viſum tamen conſuluit, ne coram interficerentur. Et Rhadamiſtus quaſi jurisjurandi memor, non ferrum, non venenum in ſororem & patruum expromit, ſed projectos in humum, & veſte multa graviq; opertos necat, *Tacit.*

2. *annal. 12.* Alia inſuper, quàm quæ pacta erant, facinora Campani [illegible]derunt, non præfectus ſocium civesq; Romanos alios partim aliquo [illegible]tiæ munere occupatos, partim privatis negotiis implicitos, plebs repente omnes comprehenſos, velut cuſtodiæ ſuæ causâ, balneis includi juſſit, ubi fervore atq; æſtu anima intercluſa, fœdum in modum exſpirarent, *Liv. lib. 23. princ.* Talia fuerunt oracula Dæmonum fallaciis & ambiguitatibus intricata. Pyrrho Epirotarum Regi aliquando reſponſum: Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe. Hîc dubium & ambiguitas inerat, utrum verbum vincere regeret accuſativum te Æacida, utrum Romanos in pa[illegible]do. quam ambiguitatem tandem Romani ferro ſolverunt, *Sext. Aurel. [illegible]ctor de viris illuſtrib. in Pyrrh.* Tale & hoc: Cræſus Italim penetrans magnam pervertet opum vim. Simili ambiguitate & fallacia Dominus placentiæ Albertus eſt deceptus: Domine ſis ſecurus, inimici intrabunt terram tuam & ſubjicientur domui tuæ. Dominus placentiæ vocativum Domine ad ſe pertinere ratus eſt; cùm tamen nomen domi, & adverbium prohiben-

hibendi ne, nec non verbum ſubjicient & nomen ut ſeparatim ſint intelligenda, quam fallaciam experientia poſtea detexit. Chryſippus ait: omne verbum ambiguum naturâ eſſe, quoniam ex eodem duo vel plura accipi poſſunt. Diodorus autem, cui Cronô cognomentum fuit: Nullum, inquit, verbum eſt ambiguum, nec quiſquam ambiguum dicit aut ſenſit. Nec aliud dici videri dicitur, quam quod ſi dicere ſentit, is qui dicit. At cùm ego, inquit, aliud ſenſi, tu aliud accepiſti, obſcurè magis dictum, quàm abiguè videri poteſt, ambigui enim verbi natura illa eſſe debuit, ut, qui diceret, duo vel plura diceret: Nemo autem duo vel plura dicit: qui ſe ſentit unum dicere, *A. Gell. lib. 11. c. 12.* Ex perplexi ejusmodi quæſtiones & tractatus apud dialecticos fruſtratorii, cavillatoriiq; dicuntur, quando ſæpe, quod verum eſſe conſtitutum fuerit, falſum reperitur, *l. 88. ff. ad L. Falcid. vide l. 65. ff. de R. J. l. 177. ff. de Verb. ſigſ.* Solent multi vel per ſurreptiones, vel per diſſimulationes, vel per alia allegata adhuc quendam ambiguitatis colorem quærere, *l. 2. C. de leg.* Quemadmodum ambiguitatibus pleni ſunt omnes ferè codices, præſertim juris, tam in ſententiis quàm in verbis, *l. 23. ff. de petit. hereditat.* in quibus tamen cavetur, ut benignitati & humanitati conſulatur, *l. 9. 20. 56. 85. 114. 168. & 51. 179. ff. de Reg. Jur. l. 10. 21. ff. de reb. dub.* Qui ambiguè loquitur, contra ſe patiatur interpretationem, *l. 39. ff. de pact. l. 21. ff. de contrah. empt. l. 172. ff. de Reg. Jur. l. 26. ff. de reb. dub.* niſi appareat ejus ſententia, quia eam retulit, *l. 96. ff. d. t. de R. J.* Benigniora ſunt: in contractibus jura debitorum, *l. 47. ff. de obl. & act.* in ultimis voluntatibus heredum, *l. 17. ff. de R. J.* In judiciis reorum, *l. 125. ff. eod.* quoad merita cauſæ, eorumq; deductionem & probationem, non verò quoad proceſſum judiciarium ordinandum, *Arnold. de Reyger proceſſ. judic. diſp. 1. concl. 48. & Andr. Gail. lib. 1. obſ. 31. in fine ex Angelo ait.* Actori in exordio litis faveri, ut in dubio admittatur. In medio pariter utriq; tam actori, quàm reo, ut veritas indagetur. In fine reo, ut in dubio abſolvatur. Item benigniora in pœnis, *l. 32. 42. ff. de pœn. l. 27. §. 3. ff. de recept. qui arb. recep. l. 38. ff. de re jud.* perinde ut tolerabilior eſt, qui lenitate peccat, quàm qui crudelitate. hic enim culpa, ibi tantum negligentia accuſatur. In omnibus mens potiùs, quàm verba dicentis attendenda, *l. 41. ff. de jure dot.* Et nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit, nam prior atq; potentior eſt, quàm vox mens dicentis, *l. 7. ff. de ſuſpect. legat.* Et qui aliud dixit, quàm vult: neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur, *l. 3. ff. de rebus dubiis.* Qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex his, quæ ſignificantur, ſenſit, *l. 125. ff. de Verbor. ſigſ.*

3.

4.

ad communem verborum intelligentiam recurratur, & cogatur quilibet verba prolata in eo ſenſu retinere, quem ſolent rectè intelligentibus generare, *cap. ex lit. 7. x. de ſponſalib. & matrim.* Nullum enim eſt majus mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum, *Caſſiod.* Nonnulli etiam dicis gratiâ interdum rem agunt, id eſt, non ex animo, ſed perfungendi tantùm muneris & religioni cuidam ſatisfaciendi, quod Græci dicunt: *ἀφοσιώσεως χάριν*, quaſi verbi cauſa, per ſpeciem, per ſimulationem, *Laubin. in Æmil. Probo in vita T. Pompon. Attic. n. 10.* Attamen, ut poſſit is dicere emiſſe, Arthagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis cauſâ dare, *Cic. in Verem. lib. 4. n. 53.* quod in vernacula noſtra communiter profertur: Vor die lange Weile. Zum Poſſen. Quantzweiſe/ quaſi Gewantsweiſe/ *ut in l. 1. §. 34. ff. ad SC. Silan.* Si finxerit ſe quis auxilium ferre, vel dicis gratiâ tulit, nihil hoc commentum ei proderit, *vide l. 4. ff. Commod. Duaren. ad l. 7. §. 9. & 11. ff. de Pactis.* Utinam ambiguitatis colores ut, certa & non levi mulcta plecterentur; Theod. & Valent. Imperat. conſtituerunt: ſeverè corrigantur & animadvertantur, *l. 2. C. de legib. & conſtitutionib.* Sacratum fidei & Jovis templum commune, duplici corde & animo, ore etiam & ſermone bilingui mentem & animum explicaturus, ne ingrediatur; procul à limine, procul à fulmine. Simplicis oris, ſimplicis cordis multiplex eſt fides, & veritas ſimplex, duplicitatis neſcia, ſola ſimplicitate triumphat. Scipio, cùm idem, inquit, ſentiam, quod omnes, putare me idem dicere, quod omnes, *Tacit. annal. 11. princ.*

CAPUT OCTAVUM

De ſimulatione & diſſimulatione.

MUlti tam Ethicorum, quàm Politicorum ſimulandi & diſſimulandi artem, tanquam probrum & opprobrium quoddam naturâ turpe, *l. 42. ff. de verb. ſigf.* & fidei politicæ, ut ſicarii cujusdam, venenum, *l. 3. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* non habito locorum, temporum, rerum, perſonarum & utilitatum reſpectu ex Republ. exterminandam eſſe volunt. Turpe eſt inquiunt, aliud loqui, aliud ſentire, quantò turpius aliud ſcribere, aliud ſentire, *Senec. epiſt. 24. it. epiſt.* [illegible]

Quod

Digitized by Google

Quod ſentimus, loquamur, quod loquimur, ſentiamus, concordet ſermo cum vita. Non tantùm fallendi causâ obſcurè loqui, ſed etiam inſidiosè, obſcurè diſſimulare, dolus eſt, *l. 43. ff. de Contrah. empt. vendit.* aut qui perfuſoriè aliquid dicit aut celat, *l. 69. §. 5. ff. de Evictionib. l. 5. §. 1. ff. Quod vi aut clam.* Nec caſu, nec ſtudio loquaris falſum: nec, uti præſtes mentiri, ſtudeas, *&c. cauſ. 22. qu. 2. cap. 16.* Nec ſolùm in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt, *& paulò inferiùs.* Omnis ſimulatio & omnis duplicitas, mendacium eſt, *d. cauſ. 22. qu. 5. cap. 20.* Primò quidem tollenda ex omni vita in rebus divinis ſimulatio. Cogitationes enim hominum omnipotenti Deo nequeunt occultari, *cap. 6. x. de Uſur.* Et eſt ſimulatio hæc crimen læſæ Majeſtatis divinæ, *Auth. Gazaros C. de Heretic. & Manich.* Injuria omnium hominum univerſalis: quod enim in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam, *L. 4. C. ibid.* Sit ſermo veſter: Eſt, eſt: Non, non: quod autem hìc abundantius eſt, à malo eſt, *Matth. 5. v. 37.* Malè ſuaſit Demades, cùm Athenienſes Alexandro M. divinos honores decernere, & in rebus divinis ſimulare nollent, iis dixit: Videte, ne dum cœlum cuſtoditis, terram amittatis, *Valer. Max. lib. 7. cap. 2. n. 10. ext.* Diſtinguitur Simulatio inter Pernicioſam, Jocoſam, & Officioſam. Primam, ut mendacium apertum & pernicioſum, tollendam, qualis illa fuit Herodis ſimulatio pernicioſa, *Matt. 2. v. 8.* Reliquam verò, quæ non cum læſione alterius, ſed partim in Reip. ſalutem & compendium vertitur, tolerandam & admittendam eſſe volunt. Notum peritis illud Friderici I. Imperatoris ſymbolum: Qui neſcit diſſimulare, neſcit imperare. In quo regiminis ratio & imperii adminiſtratio, quomodo bene ſit inſtituenda, quemadmodum in ſpeculo facies quædam ad vivum redditur, verè adumbratur & oſtenditur. Teſtatur enim hoc experientia naturæ miniſtra; ut quemadmodum in converſatione communi non conducit omnia pro more, lege, arbitrio, voluntate aut placito ſuo agere, ſed potiùs in multis id ad aliorum mentem & mores componere & adoptare; ita etiam in regimine & imperio. Fit enim, ut multa plerumq; Princeps aut ſimulare invitus, aut diſſimulare cum dolore cogatur, ne aut videat ea, quæ videt; aut ne audiat ea, quæ audit; ſed in multis nolens volens conniveat, niſi fruſtra niti & nullo ſuo cum fructu aliorum odium quærere mavelit, quod extremæ dementiæ eſſe ſcribit Salluſtius. Quod minimè ita intelligendum eſſe puto, quaſi non liceat Principi tueri candorem atq; veritatem ſimplicem, & ab omni men-

dacio, injuria, fallacia abhorrentem (nam quod verum, ſimplex ſincerúmq; eſt, id naturæ hominis & imperio eſt aptiſſimum) ſed potiùs, ne, ſi multa ſibi quandoq; adverſari intelligat in imperio, per vim is multa agat, ut faciat, quorum ipſum poſtea vel pigeat, vel pudeat, vel pœniteat, *Reuſ. Symb. Imper. claſſ. 3. ſymb. 21.*
3. Sapientem non ſemper ire uno gradu, ſed unâ viâ: nec ſe in aliquibus mutare, ſed aptare decet. Fraus ipſa non ſemper incommoda eſt, ſed pro eorum, qui eam adhibent, animo atq; conſilio bonæ malæq; rei nomen ſortitur, *Chryſoſt. lib. 1. de Sacerd.* Neceſſarium fore videtur, ut frequenti mendacio & deceptione utatur Princeps ad ſubditorum ſalutem, *Plato de Rep. dial. 5.* Labeo ait: poſſe & ſine ſimulatione id agi, ut quis circumveniatur: poſſe & ſine dolo aliud agi, aliud ſimulari: ſicut faciunt, qui per ejuſmodi diſſimulationem deſerviant, & tuentur vel ſua vel aliena, *l. 1. §. 2. ff. de dolo malo.* Simulare certè eſt hominis, *Terent. in Adelph. act. 4. ſc. 7.* Sic qui fallit, ne fallatur, utitur prudentiâ, non calumniâ, *argt. l. 2. C. de ponderat. & aur. illat.* & licet iniquitate occurrere & ſic fraudem excludere, *l. 77. §. 31. ff. de legat. 3.* Inter ambiguos & occultos optimum è præſentibus, mutua diſſimulatione, & iiſdem quibus petitur artibus graſſari, *Tacit. hiſt. 4.* Memoratur Jaſonis Theſſalorum tyranni dictum hoc, ab eo, cùm multis vim faceret, importuneq; moleſtus eſſet, pronunciatum: Neceſſe eſt, ut in minutis rebus injuſtè agant, qui in magnis juſtitiam velint ſervare, *Plutarch. Reip. gerend. præc. n. 56.* Sic in motu & ſeditionibus, ubi ſi non omnes, tamen plurimi, aut pars potior jure licito plectitur. Sæpius etiam unius ſupplicio & fortè inter eos innocentiores publicè mederi contingit, ut ait Tacit. At quidam inſontes peribunt. Num & ex fuſo exercitu, cùm decimus quisq; fuſti feritur, etiam ſtrenui non ſortiuntur, *annal. 14. Et annal. 3.* L. Apronius magis dedecore ſuorum, quàm gloria hoſtis anxius, raro ea tempeſtate, & è vetere memoria facinore, decimum quemq; ignominioſæ cohortis ſorte ductos fuſti necat. Statuerunt enim ita majores noſtri, ut, ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur, *Cic. pro A. Cluent. n. 128.* Tum è ſeditioſis unum vinciri jubet, magis uſurpandi juris, quàm quia unius culpa foret, *Tacit. hiſt. 4. & annal. 1. in med.* præſenti duorum militum in ſupplicio paulùm repreſſi ſunt. Juſſerat id Menius caſtrorum præfectus, bono magis exemplo, quàm conceſſo jure.
4. Inter Athenienſes & Megarenſes de proprietate Salaminiæ Inſulæ, propè usque interitum armis dimicatum fue-

fuerat. Poſt clades multas capitale eſſe apud Athenienſes cœpit, ſi quis legem de vindicanda inſula tuliſſet. Solicitus igitur Solon, ne aut tacendo parùm Reipubl. conſuleret, aut cenſendo, ſibi ſubitam dementiam ſimulat, cujus venia non dicturus modò prohibita, ſed & facturus erat. Deformis habitu, more vecordium in publicum evolat, factoq; concurſu hominum, quò magis conſilium diſſimularet inſolutis ſibi verſibus ſuadere populo cœpit, quod vetabatur: omniumque animos ita cœpit, ut extemplo bellum adverſus Megarenſes decerneretur, inſuláque devictis hoſtibus Athenienſium fieret, *Juſtin. lib. 1. in medio.* Rex David cùm extimeſceret valdè à facie Achis Regis Geth, immutavit os ſuum coram eis & collabebatur inter manus eorum; & impingebat in oſtia portæ], defluebantque ſalivæ ejus in barbam. Et ait Achis ad ſervos ſuos: vidiſtis hominem inſanum: quare adduxiſtis eum ad me? an deſunt nobis furioſi, quòd introduxiſtis iſtum, ut fureret me præſente? hiccine ingredietur domum meam, *1. Samuel. 21. in fine.* Cùm propter ſtuprum Lucretiæ illatum, Tarquinius Romanorum Rex ſeptimus & ultimus ejiceretur, ad Lartem Porſennam Cluſinum Regem perfugerunt, ibi miſcendo conſilium preceſq; nunc orabant, ne ſe oriundos ex Hetruſcis ejuſdem ſanguinis nominiſque egentes exſulare paterentur: nunc monebat etiam, ne orientem morem pellendi reges inultum ſineret. Satis libertatem ipſam habere dulcedinis, niſi quanta vi civitates eam expetunt, tanta regna reges defendant: æquari ſumma infimis, nihil excelſum, nihil quod ſupra cætera emineat, in civitatibus fore: adeſſe finem regnis, rei inter Deos hominesque pulcherrimæ. Porſenna cum Regem eſſe Romæ, tum Ættruſcæ gentis Regem amplum Tuſcis ratus, Romam infeſto exercitu venit. Non unquam aliàs ante tantus terror Senatum invaſit: adeò valida res tum Cluſina erat, magnumque Porſennæ nomen, nec hoſtes modò timebant, ſed ſuosmet ipſi cives, ne Romana plebe metu culſa, receptis in urbem Regibus, vel cum ſervitute pacem acciperet. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data, annonæ imprimis habita cura, & ad frumentum comparandum miſſi, alii in Volſcos, alii Cumas, ſalis quoque vendendi arbitrium, quia impenſo pretio venibat in publicũ omni ſumptu ademptum privatis: portoriis quoq; & tributo plebe liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendi eſſent, pauperes ſatis ſtipendii pendere, ſi liberos educent. Itaq; hæc indulgentia

patrum

patrum aſperis poſtmodum rebus in obſidione ac fame adeò concordem civitatẽ tenuit, ut regium nomen non ſummi magis, quàm infimi horrerent, nec quisquam unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quàm tum bene imperando univerſis Senatus fuit, *Liv. lib. 2. anno ab U.C. 247.* Cùm
5. bellum Volſcum immineret & civitas ſecum ipſa diſcors inteſtina inter patres plebemq; flagraret odio, maximè propter æs alienum. Fremebant, ſe foris pro libertate & imperio dimicantes, domi à civibus captos & oppreſſos eſſe tutioremq; in bello, quàm in pace, inter hoſtes, quàm inter cives libertatem plebis eſſe, *&c.* Ad hæc viſa auditáq; clamor ingens oritur, non jam foro ſe tumultus continet, ſed paſſim totam urbem pervadit, nexi vincti, ſolutiq, ſe undiq; in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem, nullo loco deeſt ſeditionis voluntarius comes, multis paſſim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo ſuo, qui fortè patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt, nec temperatum manibus foret, ni properè Conſules P. Servilius & Appius Claudius ad comprimendam ſeditionem interveniſſent, *&c.* Appius vehementis ingenii vir imperio conſulari rem agendam cenſebat: uno aut altero arrepto quieturos alios, Servilius lenibus remediis aptior, concitatos animos flecti, quàm frangi putabat, cúm tutius, tum facilius eſſe. Inter hæc major alius terror. Latini equites cum tumultuoſo advolant nuncio. Volſcos infeſto exercitu ad urbem oppugnandam venire, quæ audita, (adeò duas ex una civitate diſcordia fecerat) longè aliter patres plebem affecere, exſultare gaudio plebes, ultores ſuperbiæ patrum adeſſe dicere deos, alius alium confirmare, ne nomina darent; cùm omnibus potius, quàm ſolos perituros, patres militarent, patres arma caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos præmia eſſent. At vero curia mœſta ac trepida ancipiti metu & ab cive, & ab hoſte. Servilium conſulem, cui ingenium magis populare erat, orare, ut tantis circumventam terroribus expediret Remp. Tum Conſul miſſo Senatu in concionem prodit. Concioni deinde de edicto addit fidem, quo edixit: ne quis civem Romanum victum aut clauſum teneret, quò minùs & nominis edendi apud conſules poteſtatem faceret, ne quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſſideret, aut venderet, liberos nepotésve ejus moraretur. Hoc propoſito edicto, & qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina, & undiq; ex tota urbe proripientium ſe ex privato, cùm retinendi jus creditori non eſſet, concurſus in forum, ut ſacramento dicerent fieri, *&c.* Cùm Appius & inſitâ ſuperbiâ animo, &

ut

ut collegæ vanam faceret fidem, quam aſperrimè poterat, jus de creditis pecuniis dicere. Deinceps & qui antè nexi fuerant creditoribus, tradebantur & vertebantur alii. Quod ubi cui militi inciderat, collegam appellabat, concurſus ad Suilium fiebat. illius promiſſa jactabant: illi exprobrabant ſua quisq; belli merita, cicatricesq; acceptas: poſtulabant, ut aut referret ad Senatum, aut ut exſilio eſſet Conſul civibus ſuis, Imperator militibus. Movebant Conſulem hæc, ſed tergiverſari res cogebat. adeò in alteram cauſam non collega ſolùm præceps ierat, ſed omnis factio nobilium. Ita medium ſe gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud patres gratiam iniit, *Liv. lib. 2. anno ab U. C. 259.* Den Mantel nach dem Wind hengen/ *Proverb. & lib. 3. anno ab U. C. 303.* Appius adeò novum ſibi ingenium induerat, ut Plebicola repente, omnísq; auræ popularis captator evaderet, pro truci ſævóq; inſectatore plebis. Sic tribuni de conſulibus conquerentes: Jam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani, ſed arte eludi, *Idem lib. 3. anno ab U. C. 293.* Quod etiam factum eſt. Mediis enim diebus, quibus Tribuni de lege non agerent, nihil eisdem illis placidius aut quietius erat, benignè ſalutare, alloqui plebis homines, domum invitare, adeſſe in foro, tribunos ipſos, cœteri pati ſine interpellatione concilia habere, nunquam ulli neq; publicè, neq; privatim truces eſſe, niſi cùm de lege agi cœptum eſſet; alibi popularis juventus erat. Nec cœtera modo tribuni tranquillè pergere, ſed refecti quoq; in inſequentem annum, ne voce quidem incommoda, ne dum ut ulla vis fieret, paulatim permulcendo, tractandóq; manſueſecerant plebem. His per annum totum artibus lex eluſa eſt, *ibid. anno ab U. C. 293. in fine. Et anno ſeq. ib.* Amotis inde ſeditionis auctoribus, patres circumire plebem, inſerenrésq; ſe in circulos, ſermones tempori aptos ſerere, admonere, ut viderent, in quod diſcrimen Remp. adducerent: non inter patres ac plebem certamen eſſe, ſed ſimul patres plebémq; arcem urbis, templa deorum, penates publicos privatósq; hoſtibus dedi, *&c.* Decipere pro moribus temporum prudentia eſt, *Plin. lib. 8. epiſt. ad Ruffin.* Et ita peccare in Rempubl. 7. cum beneficio licet. Utilitatis enim ſpecie in Republica ſæpiſſime peccatur, *Cicero offic. 3. n. 46.* Multa, & diſſimulare, & obliviſci, & pati præterita Senatus poteſt, *Liv. lib. 39. juxta finem.* Qua in re periade, ut carioris annonæ tempore uſuvenit cum Romanis actum fuiſſe puto: plebs enim dummodo panis pretium non immutetur, quamvis diminuto ipſius panis pondere, non adeò penuriam, ut ſi pretium adaugeatur, animadvertere videtur, *Scipio Amirat. lib. 3. diſſert. politic. in Tacit. diſc. 1.*

Digitized by Google

Multis ſimulationum involucris & quaſi velis, obtendi[illegible] natura: Frons, oculus, vultus, perſæpe mentiuntur, oratio ve[illegible] me *Cic. ad L. Fr. epiſt. 1. lib. 1.* Sic Tullius: dimicatum eſt non ma[illegible] hoſtibus, quàm cum proditione ac perfidia ſociorum: nam ne fal[illegible] opinio teneat, injuſſu meo Albani ſubiere ad montes: nec imperiu[illegible] meum, ſed conſilium & imperii ſimulatio fuit, *Liv. lib. 1.* Qua[illegible] titiam Brutus ſimulabat, cùm ad oraculum Delphicum cum Arunte [illegible] to mitteretur, & quanta laus ſub ſimulatione ejus latuit, longa or[illegible] legendus eſt Dionys. Halicarnaſſ. *lib. 4. n. 75.* Syrus quidam nomine [illegible] rius fanatico furore ſimulato, dum Syriæ deæ comas jactat, a[illegible] tem & arma ſervos, quaſi numinum imperio concitavit: idque ut [illegible] nitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam ſulphure & igne [illegible] rat; leniter inſpirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miracul[illegible] mùm duo millia ex obviis, mox jure belli refractis ergaſtulis ſexagi[illegible] plius millium fecit exercitum, regiisq;, ne quid mali deeſſet, [illegible] inſignibus: caſtella, oppida, vicos miſerabili deceptione vaſtavi[illegible] *lib. 3. cap. 19.* In eo verum fuit, quod dicebatur: Decipere pro [illegible]
8. temporum prudentia eſt. Pompejum magna cupiditas imperii po[illegible] inceſſerat, quum jam partim ob inſitam ambitionem, partim ob [illegible] populi, non tam eam rem honori, quàm ſi non potiretur, igno[illegible] bi duceret: interim quòd adverſari ſibi potentes animadverteret, ſi[illegible] dum ſibi ſtatuit, invitum ſe ad hanc rem adigi. Solitum aliàs ne[illegible] palàm ferre, ſi quid cuperet, tunc præterea duæ cauſæ ad ſim[illegible] pellebant; una, quòd invidia gravi laboraturum ſe videbat, ſi ultro [illegible] rium ambiret: altera, quòd magnæ ſibi gloriæ eſſe futurum cogi[illegible] nec nolenti ſibi id imperium nimirum ante alios omnes digniſſi[illegible] neretur, *Dio Caſſ. lib. 36.* Hoc erat illud tempus, quo Cicero, i[illegible] ſe Pompejanarum partium, Cæſarem laudandum & tollendu[illegible] cùm aliud diceret, aliud intelligi vellet, *Vellej. Paterc. lib. 2.* [illegible] ſar in indagandis occultis, diſſimulandisq; iis, quæ cognita ha[illegible] plurimum valebat: arcana ſe cognoſcere, cognita ſibi ignorare ſimu[illegible] occaſiones temporis accomodandi, rationesq; de iis ineundi, [illegible] ad finem perducendi artem inire callebat, *Dio Caſſ. lib. 44.* Se[illegible] aliter ac Cæſar ineundum ſibi principatum putavit, nam c[illegible] ex[illegible] haberet, Romanos ſpeciem titulúmq; ſervitutis magis, quàm rem [illegible] horreſcere, ne civium animos concitaret, regium titulum omi[illegible], P[illegible]

non

non adeò Reip. inuſitatum optavit, cùm alioquin etiam Senatus ipſe Principem ſibi adſciſcere ſolitus eſſet. Quo ſpecioſiſſimo nominis tegumento, perinde ac ſi melle illitum abſynthium propinaret, omnem, quam amiſſæ libertatis memoria ſuſcitaviſſet, amaritudinem delinivit. Auguſtus cuncta diſcordiis civilibus feſſa, nomine Principis ſub imperium cœpit: inquit Tacit. *annal. 1. princ.* Hac arte Cæſar Octavius, quum ſe velle imperium 9.
deponere ſimulâſſet, effecit, ut ei à Senatu populóq; confirmaretur, *Dio Caſſ. lib. 53.* Ingreſſus Illyricum Tiberius, propriis matris literis accitur, neq; ſatis compertum eſt, ſpirantem adhuc Auguſtum apud urbem Nolam, an exanimem repererit, acribus namq; cuſtodibus domum & vias ſepſerat Livia: lætiq; interdum nuncii vulgabantur, donec proviſis, quæ tempus monebat, ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem, fama eadem tulit. Primum facinus novi principatus fuit, Poſthumi Agrippæ cædes, quem ignarum inermemque quamvis firmatus animo centurio ægrè confecit. Nihil de ea re Tiberius apud ſenatum diſſeruit, patris juſſa ſimulabat, *&c. Tac. annal. 1. princ. & paulò pòſt.* Verſæ inde ad Tiberium preces, & ille variè diſſerebat, de magnitudine imperii, ſua modeſtia, ſolam Divi Auguſti mentem tantæ molis capacem; ſe in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didiciſſe, quàm arduum, quàm ſubjectum fortunæ, regendi cuncta onus, proinde in civitate tot illuſtribus viris ſubnixa, non ad unum omnia deferrent: plures faciliùs munia Reip. ſociatis laboribus exſecuturos. Plus in oratione tali dignitatis, quàm fidei erat: Tiberioq; etiam in rebus, quas non occuleret, ſeu natura, ſive adſuetudine ſuſpenſa ſemper & obſcura verba: tunc verò nitenti, ut ſenſus ſuos penitus abderent, in incertum & ambiguum magis implicabantur, *&c. & inferius lib. 1. annal.* Retulit tamen ad Senatum de rebus geſtis, multaq; de virtute ejus memoravit, magis in ſpeciem verbis adornata, quàm ut penitus ſentire crederetur. Wer Vogel fangen will/ muß nicht mit einem Knüttel darunter werffen. *Proverb.* Nam neq; præ ſe ferebat, quæ cuperet, inquit Dio Caſſ. de Tiberio, & ſermone ab animi ſui ſententia diverſiſſimo utebatur: negando, quæcunq; deſideraret; annuendo iis, quæ odio haberet: iratum ſe, cùm minimè ſuccenſeret, æquo animo eſſe, quum maximè indignaretur: ſimulabat: nimirum quos ſupplicio afficeret, iis miſericordiam oſtentabat, infenſum ſe iis, quos veniâ proſequeretur, exhibebat, inimiciſſimos ferè vultu, quàm maximè benevolo, amiciſſimos ſummè abalienato intuebatur: deniq, Principis animum, nemini cognitum 10.

Digitized by Google

eſſe debere cenſebat, dicere ſolitus, eum intellectum multorum a[illegible]rum cauſam eſſe malorum, contra diſſimulato, plura a[illegible] maj[illegible]da parari. Itaq; is ſolummodo totus ferme erat, qui neq; ignoraret [illegible]nium ejus, neq; argueret, is enim neq; credendo dec[illegible]piebatur, ne[illegible] odium ejus oſtendendo ſe voluntatem ejus ſentire incurrebat, erat q[illegible] maximæ difficultatis, dictis ejus vel refragari, vel adſtipulari, quu[illegible] aliud fieri vellet, aliud juberet, eſſéntq; utrobiq;, qui ab eo diſcre[illegible] quorum his veritatis, illis opinionis cauſâ iraſceretur, *lib. 57.* ita fa[illegible]bili in ſpeciem oratione vim imperii tenuit, *Tacit. annal. 2.* Nullam e[illegible] æquè Tiberius, ut rebatur, ex virtutibus ſuis, quàm diſſimulatione[illegible]ligebat, eò ægriùs accepit recludi, quæ premeret, *Idem annal. 4* [illegible] Nec Cæſar placitas ſemel artes mutavit, *Idem annal. 2.* Ad vana & [illegible]tiens irriſa revolutus de reddenda Rep. utq; conſules ſeu quis alius regime[illegible] ſuſciperent, vero quoq; & honeſto fidem demſit, *Idem annal. 4. Sueto[illegible] Tiber. n. 24.* Simulavit & voletudinem, quò æquiore animo Germani[illegible]cus celerem ſucceſſionem vel certè ſocietatem principatus operire[illegible], [illegible] *n. ſeq.* Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum diſſimulatio de[illegible] Idem animi rigor, ſermone ac vulu intentus, quæſita interdum co[illegible], quamvis manifeſtam defectionem tegebat, *Idem annal. 6.* Quin & d[illegible]landis rerum externarum curis, Nero frumentum plebis vetuſtate [illegible]ptum, in Tiberium jecit, quò ſecuritatem annonæ ſuſtentaret. cuj[illegible] nihil additum eſt; quamvis ducentas ferme naves portu in ipſo, [illegible] tempeſtatis, & centum alias Tiberi ſubvectas, fortuitus ignis abſ[illegible], *Idem annal. 15.* Cùm identidem Galli famem objicerent, eaq; ne[illegible] ad deditionem vocarent, dicitur avertendæ ejus opinionis cauſâ m[illegible]cis panis de Capitolio jactatus eſſe in hoſtium ſtationes, *Liv. lib. 5. an[illegible] U.C. 365.* Domitianus ſperni à ſenioribus juventam ſuam cernens, [illegible] quoque & uſurpata antea munia imperii omittebat, ſimul ſimpl[illegible] ac modeſtiæ imagine, in altitudinem conditus, ſtudiúmq; literar[illegible] rem carminum ſimulans, quo velaret animum, & fratris æmulatio[illegible]ceretur, cujus diſparem mitioremq; naturam contrà interpretaba[illegible], [illegible] *hiſt. 4. in fin.* De Domitiani falſo triumpho & Agricolæ victoria ita ai[illegible] Tac. in ejus vita. Hunc rerum curſum quanquam nulla verborum [illegible] epiſtolis Agricolæ actum, ut Domitiano moris erat, fronte lætus, pe[illegible]xius excepit. Inerat conſcientia, deriſui nuper fuiſſe falſum è Ge[illegible] triumphum, emptis per commercia, quorum habitus & crines in c[illegible]

[illegible]

rum ſpeciem formarentur: at nunc veram magnamq; victoriam,tot millib. hoſtium cæ ſis,ingenti fama celebrari. Id ſibi maximè formidoloſum,privati hominis nomen ſupra principis attolli: fruſtra ſtudia fori, & civilium artium decus in ſilentium acta,ſi militariam gloriam alius occuparet,& cætera utcunq; faciliùs diſſimulari, ducis boni Imperatoriam virtutem eſſe, *&c.* De Græcis dulcem & facetum feſtiviq; ſermonis,atq; in omni ratione diſſimulatorem & Socratem accepimus. Ex noſtris ducibus Q. Maximum accepimus,facilè celare,tacere,diſſimulare,inſidiari,præcipere hoſtium conſilia. In quo genere Græci Themiſtoclem Athenienſem & Pheræum Jaſonem cœteris anteponunt,imprimisq; verſutum & callidum factum Solonis: qui, quò & tutior vita ejus eſſet,& plus aliquantò Reip. prodeſſet,fùrere ſe ſimulavit, *Cic. off. 1. n. 108.* Haud dubiè itaq; crudè nimis ab eodem, *off. 3. n. 60.* dictum eſt. Ex omni vita ſimulatio diſſimulatioq; tollenda eſt.Sed bene excuſandus eſt Cicero; quia loquitur ibi de privatis contractibus, & addit: Quod ſi Aquiliana definitio vera eſt. Cùm nec, quæ ſcias, nec quæ velis, omnia aperire aliis tenearis, ſequitur, ut diſſimulare quædam apud quoſdã, id eſt,tegere & occultare fas ſit. Licet,inquit Auguſtinus,veritatem occultare prudenter ſub aliqua diſſimulatione,*cauſ. 22. q. 2. c. ult.* eſt enim,ut ſuperiùs dictum, aliud mentiri, aliud veritatem occultare. ſiquidem aliud eſt falſum dicere, aliud verum tacere, *ibid. c. 14.* Et ſi quis huic Auguſtini ſententiæ,quaſi contradictionem *ex cauſ. 11. q. 3. cap. quiſquis. 80.* allegare velit, quando ait: Non minùs reum eſſe,qui veritatem occultat, quàm illum,qui mendacium dicit, quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat, in gloſſa ibidem infrà ſcripta,ubi caput hoc non eſt inventum, apud B. Auguſtinum, legitur, conciliationem habebit. Neceſſariam hanc omnino,atque inevitabilem, his præſertim, quibus Reſp. commiſſa eſt, non uno loco præbet Jeremiæ hiſtoria, *c. 38. v. 24. usq; ad fin.* Is enim Propheta interrogatus de obſidionis eventu, apud Regis proceres poſtulatu; hoc ipſum prudenter occultat, aliam interim cauſam, ne falſam tamen, colloquii adferens. Et Paulus Apoſtolus cùm capitis periculum immineret, etiam temporis occaſionem captabat, cùm ſe Phariſæum profiteretur, ut citiùs inſultantes in factiones rumpere poſſet, *uti ex actis Apoſtolor. cap. 23. vers. 6 & 7. patet.* Hùc quoque referri poteſt, quod Abrahamus Saram, id eſt, ex uſitato tum loquendi more propinquam conſanguineam vocat, matrimonium diſſimulans, *d. cauſ. 22. cap. 22. Hugo Grotius de Jure Belli ac Pacis, lib. 3. cap. 1. n. 7.* Saul abiit in domum ſuam in Gaban,& abiit cum

12. (margin, beside "De Græcis … diſſi-")
13. (margin, beside "Neceſſariam hanc omnino")

eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda, Filii verò Baal dixerunt: num ſalvare nos poterit ille? & deſpexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò diſſimulabat ſe audire, *Samuel. 10. in fine.* Ita Rex Macedonum, non quia probaret, ſed quia in nova regni poſſeſſione, pati ſe omnia, eſſet paſſum, *Liv. lib. 42.* Et Alexand. M. apud Curt. *lib. 6.* Sed in novo & (ſi verum fateri volumus) precario imperio adhuc jugum ſuo cervice ſubeuntibus Barbaris, tempore milites, opus eſt, dum mitioribus ingeniis imbuuntur, & efferatas mollior conſuetudo permulcet. Conni-
4. ventibus oculis, inquit Ulpian. *l. 4. §. 1. ff. de Manumiſſ.* Durch die Finger ſehen/ *Proverb.* Christus etiam cùm duobus in caſtellum nomine Emmaus euntibus appropinquaſſet, finxit ſe longiùs ire, *Luc. 24. v. 28.* Jacobus interrogatus à patre Iſaaco, an eſſet Eſau? cùm reſponderet: ego ſum, mendacium commiſiſſe videtur. Diſtinguunt autem inter intentionem fallendi primariam & ſecundariam. In mendacio intentio fallendi locum habet primariò. In ſimulatione verò officioſa ſecundariò. Mendax enim falſa loquitur, ut fallat & decipiat, proximoq; noceat, ac proinde fallendi hæc intentio eſt mala. Jacobus verò officioſè ſimulare, non intendit fallere patrem primariò (primariò enim cupit promiſſionis divinitus promiſſæ particeps fieri) ſed ſaltem ſecundariò decepit patrem. Quæ tamen deceptio non eſt dolus malus, ſed bonus, quia non eſt profectus 1. ex vanitate ingenii. 2. neq; ex cupiditate nocendi. 3. ſed ut matri recta præcipienti obediret. 4. Et patrem errantem corrigeret, 5. uſus eſt hoc dolo in caſu neceſſitatis, quia aliàs benedictionis particeps fieri non potuiſſet, niſi hac ſimulatione uſus fuiſſet, *Hieronym. in epiſt. ad Galat. cap. 2.* Utilem ſimulationem & in tempore aſſumendam Jehu Regis Iſrael nos docet exemplum, qui cùm non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, niſi ſe finxiſſet velle idolum colere, dixit: Congregate mihi omnes Sacerdotes Baal ſi enim Rex Achab ſervivit Baal in paucis, ego ſerviam ei in multis. Et David quando mutavit faciem ſuam coram Abimelech & dimiſit eum & abiit. Nec mirum, quamvis iſtos homines, tamen aliqua ſimulare in tempore ob ſuam & aliorum ſalutem, cùm & ipſe Dominus noſter non habens peccatum, nec carnem peccati, ſimulationem peccatricis carnis ſuſumſerit, condemnans in carne peccatum, nos in ſe faceret juſtitiam Dei, *cauſ. 22. qu. 2. cap. 21.* Dicebat Abſolon: Quis me conſtituat judicem ſuper terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & juſtè judicem? ſed cùm accederet ad eum homo, ut ſalutaret illum, extendebat manum

manum ſuam & apprehendens oſculabatur eum. Faciebatq; hæc omni Iſrael venienti ad judicium, ut audiretur à rege, & ſollicitabat corda virorum Iſrael, in vernacula noſtra ſonat, und ſtahl alſo das Hertz der Männer Iſrael/ *2. Samuel. 15. v. 4.* In pœnis exigendis non minùs ſimulatio ſummè neceſſaria eſt. Omnia ſcire, non omnia exſequi: parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem commodare, non pœnâ ſemper contentus eſſe: officiis & adminiſtrationibus potiùs non peccaturos, quàm damnare, cùm peccaſſent, *Tacit. in Jul. Agr. vita.* Tam neſcire quædam, quàm ſcire oportet, *Idem hiſt. 1. ad fin.* Hoc ad imperium retinendum longè utilius exiſtimo, injuriam nobis nolentibus fieri, ita ut eam non vindicemus, at diſſimulemus, *Thucyd. lib. 3. conc. Diod.* Quemadmodum in puerorum vitam non exactè inquirimus, ſed multa diſſimulare opus habemus: quippe cùm mediocria delicta non extremis ſunt plectenda ſuppliciis, ſed leniter caſtiganda. Ita nos etiam, qui patres populi, non tantùm nomine, ſed revera ſumus omnes, non expedit in omnia curioſè inquirere, ne iſta ſtet omnium pernicie, *Dio Caſſ. lib. 44.* Qui enim omnibus in rebus nimis eſt accuratus & vehemens, nihilq; concedit aut diſſimulat, is dum ſe ubiq; aſperum & implacabilem gerit, multitudinem ad certamen mutuæ contentionis ac moroſitatis adſuefacit. Itaq; interdum debet (ut eſt apud Poëtam) aliquantulum remittere clavum ob magnam fructus vim: aliquando ipſe veniam dans, ac ludendi ſe ſocium captandæ gratiæ causâ præbens, ut in ſacrificiis, certaminibus ac ſpectaculis: nonnunquam velut in familiis fit, in puerorum peccatis ſimulans ſe non obſervare, quæ delinquuntur, ac ſurda aure prætermittens. ut facultas caſtigandi & liberâ oratione increpandi, tanquam medicamentum, non uſu jam debilitata & inefficax, ſed viribus ſuis prædita atq; authoritate in majoribus negotiis magis percellat atq; mordeat multitudinem, *Plutarch. Reip. gerend. præcept. n. 57.* Hoc eſt, quod proverbio dici ſolet: In rebus civilibus licet promontorium flectere, Den Berg in den Thal ſchlagen/ *Proverb.* Et viam qui neſcit, qua deveniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem ſibi, *Plaut. in Pœn.* Ruſticorum proverbium eſt: Das lengſte bey die Rung legen. Ferox, immanis, truculenta eſt natura humana, conſilio non ſemper regitur, judicio non coërcetur. Hinc magiſtratus interdum clauſis quaſi oculis vident quædam mala, ne nimis perſpicaces videant monſtra, non ſine ſuo ſepulchro & naufragio, quædam, inquam, mala permittenda cenſent, ne graviora mala ſequantur, ita tamen permittunt, ut peccantes

impu-

impune ſuum ſcelus non ferant, *Matth. Tymp. ſpecul. boni Magiſtr. part.* [illegible] *ſign.54.* Tiberius ſæpe apud ſe penſitato, an coërceri tam profuſæ cupidines poſſent; num coërcitio plus damni in Remp. ferret, quàm indecorum attrectare, quod non obtineretur *&c.* literas ad Senatum compoſuit, quorum ſententia in hunc modum fuit, *&c.* Quod ſi mecum ante viri [illegible] ædiles conſilium habuiſſent; neſcio, an ſuaſurus fuerim omittere [illegible] prævalida & adulta vitia, quàm hoc adſequi, ut palàm fieret, quibus flagitiis impares eſſemus, *Tacit. annal. 3.* Tuſculani Furio Camillo Duci [illegible] lidiſſimo; qui urbem eorum funditus evertere erat miſſus, obviam [illegible] ferunt, nec vultu, nec habitu mutato, aptiùs enim intellexerant, [illegible] officio diſſimulare, quàm armis protegere, *Valer. Max. lib.7. cap. 3. n.* [illegible] In quibusdam civitatibus nunc jurant populum odio habeto, & con[illegible] annitar, ut malè habeat, expedit autem ſimulare ac fingere contra[illegible] atq; ita juramentum concipere, *Ariſt. 5. polit. cap. 9.* Apud ſapientem valere aliquando gratiam: viri boni eſſe miſereri diſtincta genera eſſe delictorum & diſpares pœnas: eſſe apud hominem conſtantem ignoſcendi locum: ipſum ſapientem ſæpe aliquid opinari, quod neſciat: [illegible] nunquam: exorari eundem & placari: quòd dixerit, interdum, [illegible] ctiús ſit, mutare: de ſententia decedere aliquando: omnes virtutes [illegible] eritate quadam eſſe moderatos, *Cic. pro L. Mur. n. 63.* Abditos principis ſenſus, & ſi quid occultiùs parat, exquirere inlicitum, anceps [illegible] ideò adſequare, inquit M. Terent. Equ. Rom. *Tacit. annal. 6. prim.* [illegible]
8\. plicem Arnold. Clapmar. *lib. 2. cap. 6. de arcanis Rerump.* ſtatuit [illegible] tiam: Aliam ſimpliciter ita accceptam: aliam verò pro ratione Reipubl. Hanc calliditatem ac ſimulationem appelles: ſicut etiam apud Medicos teſte Galeno, aliud eſt ſalubre ſimpliciter; aliud febricitanti. & [illegible] prudentia aliud eſt juſtum ſimpliciter, aliud pro hac vel illa Republ. *&* [illegible] *præced. ibid.* Quinimo habent conſilia nonnunquam ſpeciem [illegible] fraudis atq; iniquitatis à ſe & ſimpliciter conſiderata, ſed reſpectu b[illegible] blici tanta ſit religio atq; cura, ut ei omnes humanas affectiones o[illegible] conſilia meritò proponamus. Vinum, vinum eſſe non deſinit; ſi aqua leviter temperatum; nec prudentia, prudentia; ſi guttulæ in ea frau[illegible] per intelligo, ut modicè & ad bonum finem. Nonne matres aut medici quoq; teneræ ætati fucum ſæpe faciunt, *Lips. polit. 4. cap. 13.* Otho [illegible] dam ex dignitate Reip. pleraq; contra decus, ex præſenti uſu pro[illegible] munia imperii obibat, *Tacit. hiſt. 1.* Athenienſes aucti, & præ[illegible]

&

& gloria urbem ex integro condere moliuntur. Cùm mœnia majora complexi fuiſſent, ſuſpecti Lacedæmoniis eſſe cœpere, rectè reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dediſſet, quantum ſit datura munita civitas. Mittunt ergo legatos, qui monerent, ne munimenta hoſtibus & receptacula futuri belli extruant. Themiſtocles ut vidit ſpei urbis invidere, non exiſtimans abruptè agendum reſpondit legatis, ituros Lacedæmonem: qui de ea re pariter cum illis conſulant. Sic demiſſis Spartanis hortatur ſuos, ut opus maturent. Dein ipſe interjecto tempore in legationem proficiſcitur, & nunc in itinere infirmitate ſimulata, nunc tarditatem collegarum accuſans, ſine quibus agi jure nihil poſſet, diem de die proferendo, ſpatium conſummando operi quærebat: cùm interim nunciatur Spartanis, opus Athenis maturari, propter quod legatos denuò mittunt ad inſpiciendam rem. Tum Themiſtocles per ſervum Magiſtratibus ſcribit, Athenienſium legatos vinciant, pignusq; teneant, ne in ſe gravius conſulatur. Adit deinde concionem Lacedæmoniorum indicat permunitas Athenas eſſe, & poſſe jam illatum bellum non armis tantum, ſed etiam muris ſuſtinere: ſi quid ob eam rem crudelius de ſe ſtatuerent legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos, *Juſtin. lib. 2.*

Verùm hodie laus eſt non ultima fingere vultum
Et ſimulare probè, nec qui vel fallere neſcit
Mentirive, feret ſapientis nomen in aula.
Hoſpitalius magnus Galliæ Cancellar. *Philipp*
Camerar. cent. 3. cap. 58.

Quid aliud eſt hæc vita hominum, quàm deceptio & ſimulatio. Nemo ex animo loquitur; nemo palàm mentitur, ſed vera falſis miſcet, exornat, adeóque facilius imperitis imponit. Quotus quisq; jam ex profeſſo inimicitias agit, atq; hoc qui facit, quàm citò fictis & occultis criminationib9 obruitur. Quàm varia vitæ commutabilisq; eſt ratio, quàm vaga volubilisq; eſt ratio, quàm vaga volubilisq; fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quàm ad tempus aptæ ſimulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates, *Cic. pro Milon. n. 69.* ut pluribus ſint potiùs gratiæ agendæ pro dictis, non pro animo. Sed nec omnes ad hanc rem apti ſunt, verùm ii demum, qui ſunt practici, verſatiles, exercitato compoſitóque vultu atque ingenio, qui ſe videri nolunt, qui ſunt, non circa omnia nimis cauti & abſciſſi, ſed qui ea, quæ ſpecioſa ſunt, permittunt, ut majora eliciant. Magni ingenii res eſt, in publicis negotijs ex re & tempore conſilium capere. Hæc audita (inquit Tacitus) quanquam abſtruſum, & triſtiſſima quæq; 19.

 occul-

occultantem Tiberium perpulere, ut Druſum filium cum p[illegible] tatis, duabusq; prætoriis cohortibus mitteret, nullis ſatis [illegible] ex re conſulturum, *annal. 1.* inde conſilium ex re natum, *Liv. lib.* [illegible] *ab U. C. 726.* vel ut Tacit. *hiſt. 1. ait*: animos ex eventu ſumpſeri. [illegible]
20. limites hujus artis, quos egredi impunè non licet, ut ſunt: Fides, h[illegible] integritas, virtus, quorum qui obliviſcitur: non ampliùs pr[illegible] politici nomen meretur; ſed vafri, aſtuti, ſubdoli, ſubleſti ac [illegible] hominis. A duobus præcipuè cavere debet civilis ſimulandi ar[illegible] ſimulatione turpi & ab aperta. Eſt enim ſimulatio, quæ non ta[illegible] vitiorum confinio poſita eſt, verùm & quæ ipſas intrat aliquando p[illegible] nes ſceleris & flagitii. Deinde opera danda eſt, cùm ne nimia ſi[illegible] enim preſſa erumpit, tum ut ſimulatè tegatur. Nam ut ait P[illegible] *act. 2.* Doli non doli ſunt, niſi aſtu colas: ſed malum maximum, [illegible] palàm provenit.

CAPUT NONUM
De Malitia.

1. Multa ſunt humana & nullus poteſt naturam ſuam ſic r[illegible] non peccet nihil, hoc enim proprium eſt ſolùm D[illegible] *cap. 5.* Humana enim natura quodammodo labitur [illegible] *Novell. 5. cap. 2. §. 2.* Humana natura ad aliquid a[illegible] ad peccandum magno ſtudio magnoq; impetu fertur, *Thucyd. lib.* [illegible] *Diod.* Omnibus naturâ inſitum eſt, ut & privatim, & pub[illegible] nec ulla lex eſt, quæ homines ab hoc vitio naturæ prohibere v[illegible] Eſt malitia verſuta & fallax nocendi ratio, *Cic. lib. 3. de nat*[illegible] Multi enim, ut ſolùm alteri, vel cum delectatione quadam, [illegible] fructu, ſæpe ſine quæſtu noceant, protervia quadam ad ob[illegible] deſſe concitantur & impelluntur, *argt. l. 38. v. conſtituim*[illegible] *dic.* Nonnulli quaſi mercede conducti, omnia habent ven[illegible] nes, venena, cœdes, carceres, captivitates, *&c.* Addo nunc p[illegible] juria gentium, & rupta fœdera, & in prædam validioris q[illegible] ſiſtebat, abductum; circumſcriptiones, f[illegible]a, fraudes, inficia[illegible] trina non ſufficiunt f[illegible]a, *Senec. de ira lib. 2. cap. 9.* Pl[illegible]

ſuis præſidia quærunt, ut petulantiæ ſervire liceat. *l. 7. in fine C. de natural. lib.* Invenit etiam æmulos niſi nequitia, quid ſi floreat vigeatq; , *Tacit. hiſt. 4. in med. ferè.* Certatur ingenti quodam nequitiæ certamine; major quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia eſt. Expulſo melioris æquiorisq; reſpectu, quocunq; viſum eſt, libido ſe impingit, nec furtiva jam ſcelera ſunt, præter oculos eunt, adeoq; in publicum miſſa nequitia eſt, & in omnium pectoribus evaluit, ut innocentia, non rara, ſed nulla ſit. Nunquit enim ſinguli aut pauci rupere legem undiq; velut ſigno dato, ad fas nefasq; miſcendum coorti ſunt.

- - - - - - non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero, fratrum quoq; gratia rara eſt,
Imminet exitio vir conjugis illa mariti,
Lurida terribilis miſcent aconita novercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Senec. ibid. cap. præced. Ovid. lib. 1. Metam. fab. 5.

Pietas friget: fides, candor, conſtantia, cùm coli videntur, multum ex pravitate ſeculi trahunt. Juſtitia dictata inter arma ne exaudiuntur quidem. Sæpe quæ deſperatio, aut indignatio extorquet, virtutis ſpeciem induunt, *Johann. Bœcler. in Tacit. hiſt. 1. annot. polit. princ.* Amulius regnat. Addit ſceleri ſcelus, ſtirpem fratris virilem interimit, *Liv. lib. 1.* A quo crimine non procul diſcedit calumnia, quæ eſt alicujus in litibus per fraudem & fruſtrationem vexatio, *l. 233. ff. de verb. ſigſ.* Et falſitas, quæ nihil eſt aliud, quàm veritatis imitatio, *Novell. 73. præfat. l. 76. §. 3. ff de Legat. 2.* Falſi creditores, qui ſe ſimulant creditores eſſe, *l. 43. ff de Furt.* Falſi procuratores, qui ſe veros procuratores eſſe ſimulant, *l. 18. ff. de ſolutionib. d. l. 43. §. 1. l. 75. ff. de Furt.* Falſi tutores, qui veri tutores non ſunt. Falſum teſtamentum, quod teſtamentum non eſt. Falſus & iniquus modius, qui modius non eſt, *l. 221. ff. de verb. ſigſ.* Sicut deformes mulieres facie tinctæ, falſoq, colore ementito ſæpe formoſis puellis adnumerantur: ita etiam illa, quæ falſa ſunt, tam veriſimiliter expoliri poſſunt, ut iis, quæ vera ſunt, probabiliora eſſe videantur: adeò ut exclamare bonus habeat: vix artibus honeſtis pudor retinetur, ne dum inter certamina vitiorum pudicitia, aut modeſtia, aut quidquam probi moris reſervabitur in tanta malitia, *Tacit. annal 14.* Malitioſum ſi quis coloribus ſuis appropriatis vividum reddere vult, picturam ejus in Cicer. *pro Q. Roſc. Comœd. n. 20.* inveniet, quæ talis eſt: Faciem conſiderate: nonne ipſum caput,

& ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiam, & lam[illegible] videntur? nonne ab imis unguibus usq; ad verticem ſummum [illegible] jecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, [illegible] daciis conſtare totus videtur? quis idcirco capite & ſuperciliis ſemper [illegible] raſis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur. Et in antiqua Roman[illegible] rum Republ. frons calumniantium litera K quoniam olim per K [illegible] calumniam, fuit ſignata, ut idem ait: literam illam cui vos q; inimici [illegible], ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut poſt[illegible] neminem alium, niſi fortunas veſtras, accuſare poſſitis, *pro S. Roſ.* [illegible] *n. n. 57.* quæ ſignatura hoc in ſe habuit, quod etſi calumniæ vel a[illegible] criminum cauſa in publicis judiciis quis fuerit damnatus, ſi modò [illegible] frontis homo fuerit (ad cujus differentiam ita dicebantur) ejus [illegible] gione judicantium non omittatur, ſed perpendatur, *l. 19. ff de T*[illegible] *fic. 3. n. 57.* in quadam malitiæ ſpecie ita deſcribit: non aperti, non ſim[illegible] plicis, non ingenui, non juſti, non viri boni, verſuti potiùs, obſcuri, [illegible] fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri, *&c.* In hunc modum [illegible] poſitus eſt mundi ſtatus, ut omnium vitiorum malitia præclar[illegible] virtutum nomina ſortiatur & induat. Nam quæ alii ſcelera, hic [illegible] remedia vocat: dum falſis nominibus ſeveritatem prò ſævitia, p[illegible] niam pro avaritia, ſupplicia & contumelias diſciplinam appellat, [illegible] Primus Antonius ſtrenuus manu, ſermone protervus, ſerend[illegible] vidiæ artifex, diſcordiis & ſeditionibus potens, raptor, la[illegible] peſſimus bello non ſpernendus, *Idem hiſt. 2. ad fin.* Omnia [illegible] clara virtutum tegmina! A furto non procul hæc etiam d[illegible] Q. Fulvius Flaccus Cenſor ædem Fortunæ Equeſtris, quam fov[illegible] bat: Magnum ornamentum ſe templo raeus adjecturum, ſi tegulæ [illegible] moreæ eſſent: profectus in Buttios, ædem Junonis Luciniæ ad [illegible] di[illegible] midiam detegit, id ſatis fore ratus ad tegendum, quod ædificar[illegible] Na[illegible] ves paratæ fuerunt, quæ tollerent atq; aſportarent auctoritate [illegible] ſo[illegible] ciis deterritis in ſacrilegium prohibere. Poſtquam Cenſor red[illegible] expoſitæ de navibus ad templum portabantur, quanquam, unde [illegible] lebatur, non tamen celari potuit. Fremitus in curia ortus eſt ex [illegible] partibus: *&c. &c. & paulo inferius ibid.* Relatione facta, in [illegible] ſententiam ierunt, ut hæ tegulæ reportandæ in templum locarentur, *L*[illegible] *lib. 42. princ.* Schlachtet nach jenem Bonifacio, welcher [illegible] macht die Schuch umbs Gotteslohn, *Proverb. vide l. 18. §. 1. ff. de*[illegible] *empt. & vendit.* Tacit. de Muciano ait: largitus privatim, quod avidus de[illegible]

[illegible] Rey.

Rep. ſ[illegible]neret, hiſt. 2. Fieri hoc ſolet, quando typo malitiæ pro malitiæ zelo utantur, cap. cum oporteat. 19. x. de Accuſationib. Tam fœdum eſt malitiæ peccatum, ſentina atq; gurges immenſurabilis omnium vitiorum comes, interdum author & artifex, ut nihil in Rep. perverſum, nihil perturbatum, nihil tam ſusq; deq; habitum ſit, quod non à malitia hominum proveniat. Adeo ad ea tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, perventum eſt, *Liv. lib. 1. princ.* & deeſt remedio locus, ubi quæ vitia fuerunt, boni mores fiunt, *Senec. epiſt. 39.* Quid enim homo ad malitiam ſemel deditus non admittat? *Novell. 72. præf.* Tam publicam, quam privatam fidem politicam malitia hominum, cunctas vitiorum latebras emenſa frangit & conculcat. Sed malitiis non eſt indulgendum, *l. 38. ff. de Rei vindic. l. ult. C. per quas perſon. nob. adquir. cap. 5. de Elect. & elect. poteſt. in Sext.* nec malitiis via aperienda, ſed potiùs claudenda, *arg. l. 8. §. 20. ff. de Tranſact.* ut nec illis malitia ſua ſit lucroſa, ſic nec his ſimplicitas damnoſa, *l. 1. ff. de dolo malo.* neu patiamini licentiam malitiamque quaſi rabiem ad integros contactu procedere. nam ubi malos præmia ſequuntur, haud facilè quisquam gratuito bonus eſt, *Salluſt. fragm. orat. [illegible] contra Lepidum.* Diffugiendum potius, quod malum, inveniendum verò undique, quod bonum vel melius eſt, *Novell. 89.* Nam bono etiam melius inveniri poteſt, *l. 75. §. 2. ff. de Verbor. obl.* Et cùm renunciatur improbitati, ſtatim naſcitur virtus. Egreſſus enim malitiæ virtutis operatur ingreſſum, eodemq; ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur, *cauſ. 32. q. 1. cap. cum renunc. 9.*

CAPUT DECIMUM
De Perfidia.

OCcultum & inſidioſum malum perfidia. Cujus efficaciſſimæ vires ſunt mentiri ac fallere: fructus in aliquo admiſſo ſcelere conſiſtit: tum certus cùm crudelitatem nefariis vinculis circumdedit: tantúm incommodi humano generi afferens, quantum ſalutis bona fides præſtat. Habeat igitur non minus reprehenſionis, quam illa laudis conſequitur, *Val. Max. l. 9. [illegible]. 6. pr.* nunc ſimul res, fides, fama, virtus decusq; deſerverunt, *Plaut. in Moſtel. act. 1.* Annibal adverſus ipſam fidem acrius gerit, mendacus & fallacia quaſi præclaris artibus gaudens? quo evenit, ut aliquis inſignem nominis ſui memoriam relicturus, in dubio, majorne, an pejor vir haberi deberet, poneret, *Valerius Maximus ibidem num. ult. extern.*

De eo ita Livius refert: Tantas viri virtutes inge[illegible]ia vitia æ[illegible]
mana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, [illegible]
lius Deûm metus, nullum jusjurandum, nulla religio, *lib.* [illegible]
Thraſimenum lacum, quum ſuper cœtera, extrema fames e[illegible]
fidem dante Maharbale, ſi arma tradidiſſent, abire cum ſingul[illegible]
tis paſſurum, ſeſe dediderunt, quæ punica religione ſervata fid[illegible]
bale eſt : atq; in vincula omnes conjecti, *Idem lib. 22. anno* [illegible]
Accedebat huc Cæcinæ ambitio vetus, torpor recens, nimia [illegible]
dulgentia ſoluti in luxum: ſeu perfidiam meditanti, infring[illegible] exer[illegible]
virtutem inter artes erat, *Tacit. hiſt. 2. in fine.* P. Egnatius ha[illegible] & [illegible]
ad exprimendam imaginem honeſti exercitus, cæterùm animo [illegible]
ſus, & ſubdolus avaritiam ac libidinem occultans, *Idem annal.* [illegible]
Lucilius Baſſus, iniquam iracundiam flagitioſâ perfidiâ ulciſce[illegible]
ſciri poteſt, traxeritne Cæcinam, an (quod evenit inter malos, ut & [illegible]
les ſint) eadem illos pravitas impulerit. Nobis ſuper inſitam lev[illegible]
& prodito Galba, mox vilem fidem, æmulatione etiam inv[illegible]diaq; [illegible]
aliis apud Vitellium anteirentur, pervertiſſe ipſum Vitellium v[illegible]
hiſt. 3. in fine. Claudius Apollinaris neq; fidei conſtans, neq; [illegible]
perfidia, *Idem hiſt. 3.* Nec ulla apud Vitellianos flagitii pœ[illegible]
defectorum verſa fides, ac reliquum perfidiæ certamen, *Ibid.* [illegible]
bius Valens Fontejum Capitonem in proditionem corruptum, ſ[illegible]
rumpere nequiverat, interfecit: Galbæ proditor, Vitellio fi[illegible]
rum perfidiâ illuſtratus, *Ibid. hiſt. 3. paulò infer. Et in fine ibid* R[illegible]
dubie intererat, Vitellium vinci: ſed imputare perfidiam non po[illegible]
Vitellium Veſpaſiano prodidere, cùm â Galba deſciviſſent. Q[illegible]
miſericordiâ patres appareret, ſenatorum unum infeſtum perfidiæ [illegible]
ginenſium ſucclamâſſe ferunt: per quos Deos fœdus icturi eſſent [illegible]
eos, per quos antè ictum eſſet, feſelliſſent. Per eoſdem, inquit A[illegible]
qui tam infeſti ſunt fœdera violantibus, *Liv. lib. 30. in fine.* M[illegible]
dia erat in Locris, quia hujuſmodi pacta cum Siculis conſtituer[illegible]
delicet benevolentiam erga illos ſervarent, & regionem tantiſper [illegible]
nem haberent, dum terram illam calcarent, & capita in humeris p[illegible]
Cùm ejuſmodi juramentum fieret, ferunt Locros terram calce[illegible]
ciſſe, & capita aliorum â ſe projeciſſe, ac non multò pòſt Siculos [illegible]
Polib. lib. 12. n. 2. Solent perfidi verba ſua in ambiguum di[illegible]
ſum, quo promiſſa violent, varioſq; perfidiam colore depingu[illegible]t. [illegible]

[illegible]

Atheniensis affirmavit incolumes futuros hoſtes, ſi deponerent ferrum: ejusq; obſecutos conditionibus, univerſos, qui in ſagulis ferreas fibulas habuiſſent, interfici juſſit, *Sext. Jul. Frontin. lib. 4. cap. 7. ex. 17.* Septi- 3
mius atq; Achilles præfectus militiæ regiæ, quiq; cum his alii erant, quò Pompejum deceptum minori labore interficerent, libenter ſe eum recipere dixerunt, legatos ejus, bono animo ut eſſent, monitos, deduxerunt. Ipſi lembis exiguis conſcenſis ad Pompejum provecti, multa comitate ei exhibita, ut ad ſe ſua ex navi tranſiret, hortati ſunt, nam, & navem ipſius propter magnitudinem, quodq; ibi vadoſum eſſet mare, ad terram ejici non poſſe, & cupere regem ipſum quamprimum videre, Pompejus ita perſuaſus, quamvis, qui unà navigabat, omnes contradicebant, ex navi ſua ad eos tranſiit: his tantùm verbis recitatis.

Etenim, Tyranni ſi quis intrat in domum,
Fit Servus ejus, liber etſi venerit.

Poſtquam terræ appropinquatum eſt, Pompejum illi, ne cum Ptolomæo congreſſus, vel ab ipſo rege, vel à Romanis, vel ab Ægyptiis, (hominum enim magna erat in ipſum benevolentia) incolumitati aſſereretur, verum antequam ad littus adpellerent, interfeceruut, neq; verbum illum, neque ejulatum edentem. Nam ſimul atq; inſidias eſſe, & ſe neq; defendendi ſui, neq; effugiendi facultatem habere vidit, togà capite velato cœdi ſe præbuit, *Dio Caſſ. lib. 42.* Cùm Parches Hippiam Arcadum ducem, qui 4
in munitionibus urbem interſepientibus erat, ad colloquium evocaviſſet, ea conditione, ut, ſi nihil dixiſſet, quod ſibi placeret, cum in ſuas munitiones rurſus ſalvum ſanumq; reſtitueret, ille quidem ad ipſum proceſſit. Ipſe vero, cùm eum in cuſtodia ſine vinculis ſervari juſſit, hoſtium munitiones repente adortus, illisq; nihil tale exſpectantibus, capit & Arcades ac barbaros, quotquot intus erant, occidit, & Hippiam poſtea introductum, ſicuti factis induciis promiſerat, poſtquam intus fuit, comprehendi, ſagittisq; confodit, *Thucyd lib. 3. conc Mityl.* Quoniam armis bellum parum procedebat, Metellius inſidias Jugurthæ per amicos tendere & eorum perfidià pro armis uti parat, *&c. &c. Salluſt. bell. Jugurth. in med. fere.* De Philippo Rege Maced. ait Q. Curt. Miſericordia in eo & perfidia pari [illegible], nulla apud eum turpis ratio vincendi: blandus pariter & inſidioſus alloquio: qui plura promitteret, quàm præſtaret: in ſeria & jocos [illegible], amicitias utilitate, non fide colebat. Gratiam fingere in odio, inſtruere inter concordantes odia., apud utrumq; gratiam quærere ſolennis illi

illi conſuetudo, *lib. 1. in fine Juſtin. lib. 9.* Exſulibus H[illegible]nis Proxeni erant, quum reditus in patriam promiſſus e[illegible]er, [illegible] per principem civitatis Eupolemum, octoginta illuſtres homine[illegible] redeuntibus inter cœteram multitudinem Eupolemus obv[illegible]s exi[illegible], [illegible] ſalutatione benignè excepti eſſent, dextræq; datæ: ingredient[illegible] fidem datam Deosq; teſtes nequicquam invocantes, interfecti ſunt, [illegible]
5 *lib. 41. in fine.* Ad evitandam itaq; perfidiam admodum circum[illegible] & ſoliciti ſint Principes, neq; temere cuivis ſtatim credant. Cùm [illegible]do à Rege Macedonum ad Romanos Caduceator veniret, locum [illegible]pus petens colloquio. In ſinu Maliaco prope N[illegible]caicam littus el[illegible]ger[illegible] Rex ab Demetriade cum quinq; lembis & una na[illegible] roſtrata venit. [illegible] cum eo Principes Macedonum & Achæorum exſ[illegible]l vir inſig[illegible]is [illegible] Cum Imperatore Romano Rex Amiander erat, & Dionyſidor[illegible]s A[illegible]gatus & Ageſimbrotus præfectus Rhodiæ claſſis & Phaneas Princeps [illegible]lorum & Achæi duo, Ariſtenus & Xenophon. Inter hos Ro[illegible] extremum littus progreſſus, cùm Rex in proram navis in anch[illegible] proceſſiſſet: Commodius, inquit, ſi in terram egre[illegible]iaris, ex pr[illegible] camus invicem audiamusq;. Cùm Rex fact[illegible]rum ſe id neg[illegible] [illegible] tandem, inquit Quintius, times? Ad hoc ille ſuperbo & regi[illegible] minem equidem timeo præter Deos immortales, non omnium [illegible] do fidei, quos circa te video, atque omnium minimè Æt[illegible]lis [illegible]dem, ait Romanus, par omnibus periculum eſt, qui cum ho[illegible] quium congrediuntur, ut nulla fides ſit. Non tamen, in[illegible] Quinti, par perfidiæ præmium eſt, ſi fraude agatur, Phil[illegible]pp[illegible] & [illegible], neq; enim æquè difficulter Ætoli prætorem alium, ac Macedone[illegible] in meum locum ſubſtituant, *Liv. lib. 33. ad finem.* Cum aliquand[illegible] [illegible]ſcuporis cum Cotye de imperio Thraciæ certaret, & Tiberium [illegible] xium haberet, quam ne compoſita turbarentur, dil[illegible]git centuri[illegible] nuntiaret regibus, ne armis diſceptarent, ſtatimq; [illegible] Co[illegible] quæ paraverat auxilia. Rheſcuporis ficta modeſtia poſtulat, [illegible] locum coiretur, poſſe de controverſiis colloquio tranſigi. Nec di[illegible] tatum de tempore, loco, dein conditionibus, cum alter facil[illegible] fraude cuncta inter ſe ccederent, acciperentq;. Rheſcupor[illegible] ut dictabat, fœderi, convivium adjicit, tractaq; in mul[illegible]m n[illegible]tia, per epulas ac vinolentiam, incautum Cotyn, & poſt[illegible] tellexerat, ſacra regni, ejusdem familiæ deos & ho[illegible]

dau-

ſtantem catenis onerat, *&c. Tacit. annal. 2. ad fin. & paulò inferius.* Rheſcuporis Pomponium Flaccum veterem ſtipendiis, & arta cum Rege amicitia, eoq; accommodatiorem ad fallendum, ob id maximè Mæſiæ præfecit. Ita ſæpe, quod ipſimet nequitiæ dediti efficere nequeunt, per ſatellites, vicarios & emiſſarios ſuos audent. Barbaris ex fortuna pendet fides, *Liv. lib. 28.* Acedux erat Sagunti Nobilis Hiſpanus, fidus antè Pœnis: tum, (qualia pleraq; ſunt Barbarorum ingenia) cùm fortuna mutaverat fidem, *Id. lib. 22.* Hoc eſt de perfidia notandum, quod datur actio de ea commiſſa, à Prætore. Refert Servius ex Alfeno, cùm à Luſitanis tres capti eſſent, & unus ea conditione miſſus, uti pecuniam pro tribus adferret, & niſi rediſſet, ut duo pro eo quoq; pecuniam darent, isq; reverti noluiſſet, & ob hanc cauſam illi pro tertio quoq; pecuniam ſolviſſent: (Servius reſpondit) æquum eſſe, Prætorem in eum reddere judicium, *l. 21. ff. de Negot. geſtis.* ne perfidia ſibi emolumento & illis detrimento foret. Tutores rem pupilli furati, & ſi in duplum, ſinguli in ſolidum tenentur, tamen non tam invito domino contrectare rem videntur, quàm perfidè agere, *l. 55. §. 1. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* Quid id quod vidiſti, ut munitum muro tibi viſum eſt oppidum? quando apud Plautum quæritur, pereleganter reſpondetur. Si incolæ bene ſunt morati, pulcrè munitum arbitror. Perfidia & peculatus ex urbe, & avaritia ſi exſulant: quarta invidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio, ſeptimum perjurium, octava indulgentia, nona injuria, decimum quod peſſimum aggreſſu ſcelus: hæc niſi urbe aberunt, centuplex murus rebus ſervandis parum eſt, *in Perſ. act. 4.*

CAPUT UNDECIMUM
De Perjurio.

Dicitur Juramentum religio, *l. 21. ff. de dolo malo in verbo: ſtari enim religioni debet, l. ult. C. de reb. credit. & jurejur.* Eſt enim jusjurandum affirmatio religioſa, *inquit Cic. offic. 3. n. 104. & n. 111.* nullum enim vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando majores arctiùs eſſe voluerunt. Nam cùm jurato dicenda ſententia ſit: meminerit, Deum ſe adhibere teſtem, id eſt, (ut arbitror) mentem ſuam, qua nihil homini dedit ipſe Deus divinius, *ibid. n. 44.* Exemplum ejus ſanctum jurisjurandi omnibus ſervandi, & fidei cuſtodiendæ habemus in Joſua, *c. 9.*

Cùm inhabitantes in Gabaom callidè portarent ſecum cibaria, ſaccos veteres aſinis imponentes, & utres vinarios ſciſſos, atq; conſutos, calceamentaq; perantiqua, quæ ad indicium vetuſtatis pittaciis conſuta erant, induti veteribus veſtimentis, panes quoq;, quos portarent, ob viaticum duri eſſent, & in fruſta comminuti, & pergerent ad Joſuam, dicerentq; de terra longinqua venimus, pacem vobiſcum cupientes. Et cùm (die Hauptleute) ſuſciperent de cibariis eorum, & os Domini non interrogarent, faceretq; Joſua cum eis pacem, & initio fœdere polliceretur, ut non occiderentur, principesq; multitudinis jurarent eis. poſt dies autem tres audirent, quòd in vicinio habitarent & inter eos futuri eſſent. Non percuſſerunt tamen eos, eo quòd juràſſent principes multitudinis, in nomine Domini Dei Iſraël. Murmuravit itaq; omne vulgus contra principes. Qui reſponderunt eis: Juravimus eis in nomine Domini Dei Iſrael, & idcirco non poſſumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis: Reſerventur quidem, ut vivant, ne contra nos ira Domini concitetur, ſi pejeraverimus. Sed ſic vivant, ut in uſus univerſæ multitudinis ligna cædant, aquasq; comportent. Quibus hæc loquentibus: vocavit Gabaonitas Joſua & dixit eis: Cur nos decipere fraude voluiſtis, ut diceretis: procul valde habitamus à vobis, cùm in medio noſtri ſitis? Itaq, ſub maledictione eritis, & non deficiet de ſtirpe veſtra, ligna cædens, aquasq; comportans in domum Dei mei, &c. L. Manlio, Auli filio, cùm Dictator fuiſſet, M. Pomponius, tribunus plebis, diem dixit, quos is paucos ſibi dies ad dictaturam gerendam adjunxiſſet: criminabatur etiam, quòd Titum filium, qui poſtea eſt Torquatus appellatus ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare juſſiſſet. quod cùm audiviſſet adoleſcens filius, negotium exhiberi patri: accurriſſe Romam & prima luce Pomponii domum veniſſe dicitur. cui cùm eſſet nunciatum, quòd illum iratum allaturum ad ſe aliquid contra patrem arbitraretur: ſurrexit è lectulo, remotisq; arbitris ad ſe adoleſcentem juſſit venire. At ille, ut ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit, juravitq; ſe illum ſtatim interfecturum, niſi jusjurandum ſibi dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Juravit, hoc terrore coactus Pomponius, rem ad populum detulit, docuit, cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet: Manlium miſſum fecit. tantum temporibus illis jusjurandum valebat, *Cicero offic. 3. n. 112.* Primo Punico bello Regulus captus à Pœnis, cum de captivis commutandis Romam miſſus eſſet, juraſſetq;, ſe rediturum: primùm ut venit captivos reddendos: deinde, cùm retineretur à propinquis, & ab amicis ad ſupplicium

redire

redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere, *Idem offic. 1. n. 39.* Ut itaque Juramentum religio; ita perjurium jurisjurandi contempta religio eſt, *l. 2. C. de rebus credit. & jurejur.* qua faciles & reprobi ſine metu aliquo divino, fidei & religionis contemptu, juramenta, ceu verba vulgatá æſtumant, eorúmq; nullam ferè obſervantiam, multò minùs pœnam aliquam fore autumant. Nonnulli, inquit Ulpian. hominum faciles ſunt ad jurandum contemptu religionis, alii perquam timidi, metu divini numinis usque ad ſuperſtitionem, *l. 8. ff. de Condit. inſtit.* Perjurii ſi non dicam omnium flagitiorum & ſcelerum triplex præſertim notatur cauſa & committendi anſa. 1. Quòd nullum eſſe Deum credunt. 2. Et ſi aliquando eſſe credunt, nullam tamen rerum humanarum curam ipſum tractare, nec tangi gratiâ, nec irâ commoveri ſuſtinent. 3. Tandem & ſi unquam Deus exiſtat, & rerum humanarum procurationem habeat, iraſcaturq; ſceleribus, poſſe tamen exiguis placari victimis atq; exorari precibus, ut pœnæ remiſſionem & gratiam faciat delinquentibus, iram omnem remittat, & inultum eum conſervet.

Nunc peccare licet, nunc crimen tranſit inultum,
Nunc licet eſſe malum, nil juvat eſſe bonum!
Non vindex Deus eſt, eſt gratia, mollis & ira,
Ultio, perjuros, nec manet ulla, nece.

Perjurorum Symbolum.

Faciles etiam ad jurandum ſunt inter alios & ii, qui mentalem ſolent habere reſervationem, ſibiq; mentem injuratam, linguâ etiam juratâ poſſe retinere perſuadent. ſed de his ita, *in cauſa 2. queſt. 5. cap. 9.* Quæcunque arte verborum quisque juret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut iſte, cui juratur intelligit. Dupliciter autem reus fit: quia & Dei nomen invanum aſſumit, & proximum dolo capit. Homines falſum jurant, vel cùm fallunt, vel cùm falluntur. Aut enim putat homo, verum eſſe, quod falſum eſt, & temere jurat, aut ſcit, vel putat falſum eſſe, & tamen pro vero jurat, & nihilominus cum ſcelere jurat. Diſtant autem iſta perjuria. Fac illum jurare, qui verum putat eſſe, pro quo jurat, verum putas eſſe, & tamen falſum eſt, non pro re falſa ſciens jurationem interponis, *&c. &c. cauſ. 22. qu. 2. c. 3.* Menon Theſſalus magnâ, & divitiarum, & imperii cupiditatem ſemper præ ſe tulerat. Is enim imperare cupiebat, ut, unde caperet, haberet, & honores lucri causâ expetebat.

Digitized by Google

Potentiorum verò amicitias magni exiſtimabat, ut ſi injuriâ quenquam affeciſſet, pœnas dare non cogeretur: & ad ea, quæ ſemel concupiſſet, ſe compendiariâ admodum viâ perventurum putabat, ſi pejeraſſet, ſi mentitus eſſet, ſi ſefelliſſet. Animi ſimplicitatem ac lenitatem, quaſi lentitudinem quandam & ignaviam eſſe exiſtimabat. Neminem ex animo diligebat, neq; ſe cuiquam amicum unquam ſimulavit, quin inſidias ei feceris. In hoſtibus neminem unquam ludibrio habuit: ac contrà, quibuscum conſuetudinem habebat, cum iis de rebus omnibus deridens atq; illudens agebat. Hoſtium bonis non inſidiabatur: quod difficile eſſe putabat, quæ diligenter ſervarentur, eripere: amicorum res ita appetebat, ut ſolus noſſe videretur, facillimè, quæ non cuſtodiantur, adimi poſſe. Ad hæc, quos perjuros, quos injurioſos eſſe intelligeret, eos tantùm quaſi bene adverſus ſe armatos metuebat: bonorum pietate ac fide pro libidine ſua abutebatur. Neq; ſua quisquam religione veri & æqui obſervantia tantopere delectatur quantam Menon voluptatem capiebat, dum aut aliquem fraudaret, aut mendacia fingeret, aut amicos derideret, *Xenoph. de Cyri minor. expedit. in fine.* Perjurio, dolo & fraude Atto Moguntiæ Epiſcopus, ſicut Luitbrandus Ticinenſis, Urſpergenſis & alii hiſtorici teſtantur, vitæ Adelberti Palatini Franciæ Orientalis, qui ultimus ſuæ familiæ fuit, regnante Ludovico Cæſare Arnolpi filio inſidiatus eſſe dicitur. Innocens hic Princeps Adelbertus nil mali ſuſpicans cum Attone fide juramento data peregre proficiſcens in manus hoſtis ſui datus mortiq; adjudicatus eſt. Atq; ipſe de illo ſupplicium juſſu Cæſaris ſumptum fuit, & mox exſtincta illa familia nobiliſſima Palatinorum Franciæ Orientalis, & arx illa velut tunc temporis nominabatur Caſtellum Pabebergenſe, Bamberg/ cum tota ditione in Cæſaris poteſtatem pervenit. quæ perjurii & proditionis hiſtoria & finis Attonis prolixiùs apud Camerar. *in hor. ſubcis. cent. 2. cap. 77.* eſt legenda. Annibal proſpera ad Cannas pugna victoris magis, quàm bellum gerentis intentus curis, de captivis redimendis Romam legatos miſit. Placuit ſuffragio decem deligi, qui Romam ad Senatum irent. nec pignus aliud fidei, quàm ut jurarent, ſe redituros, acceptum. Miſſus cum his Carthalo nobilis Carthaginenſis: qui ſi fortè ad pacem inclinarent animos, conditiones ferret. Quum egreſſi caſtris unus ex captivis minimè Romani ingenii homo, velut aliquid oblitus, jurisjurandi ſolvendi causâ cùm in caſtra rediſſet, ante noctem comites adſequitur, *&c. & inſer. ibid.* Quum triſte reſponſum, non redimi captivos, redditum eſſet, novusq; ſuper veterem

luctus

luctus tot jacturâ civium rejectus eſſet; cum magnis fletibus queſtibusque legatos ad portam proſecuti ſunt, unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in caſtra, jurejurando ſe exſolviſſet, quod ubi innotuit, relatumq; ad Senatum eſt. omnes cenſuerunt comprehendendum, & cuſtodibus publicè datis deducendum ad Annibalem eſſe, *Liv. lib. 22. in fine. Cic. offic. 1. n. 40.* Ita refert *offic. 3. n. 113.* Sed, ut laudandus Regulus in conſervando jurejurando; ſic decem illi, quos poſt Cannenſem pugnam juratos ad Senatum miſit Hannibal, ſe in caſtra redituros, ea, quorum potiti erant Pœni, niſi de redimendis captivis impetraviſſent: ſi non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo. nam Polybius bonus auctor imprimis ſcribit, ex decem nobiliſſimis, qui tum erant miſſi, novem revertiſſe à Senatu re non impetrata: unum ex decem, qui paulò pòſt, quam egreſſus erat è caſtris, rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romæ remanſiſſe: reditu enim in caſtra, liberatum ſe eſſe jurejurando interpretabatur: non rectè. Fraus enim aſtringit, non diſſolvit perjurium. Fuit igitur ſtulta calliditas, perversè imitata prudentiam. Itaq; decrevit Senatus, ut ille veterator & callidus, vinctus ad Annibalem duceretur. Non enim falſum jurare, pejerare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia juraveris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, perjurium eſt, *ibid. n. 108. Aul. Gell. noct. Attic. lib. 7. cap. 18.* Cleomenes Laon, qui aſſumpto uno ex familiaribus ſuis Achonide, hunc conſortem & adjutorem ſui propoſiti fecit, juravit eis, ſi voti compos fieret, ſe omnia cum ipſis capite expediturum eſſe. Cùm verò potitus rerum eſſet, caput ejus reſectum vaſi pleno mellis impoſuit, & quoties aliquid inchoare voluit, ad vas acceſſit, & ibi propoſitum ſuum narravit, dicens: ſe pactum non violare, neq; jusjurandum frangere: deliberare enim ſe cum Achonidis capite, & hoc in conſilium adhibere, *vide Ælian. lib. 22. var. hiſt.* Putavit hoc juramentum Euripidis conſilio excuſari poſſe, qui dixit: linguâ juravi, mentem injuratam gero, *Cic. offic. 3. n. 108.* C. Lælius ad Scipionem: Deteſtabile exemplo rem agi, ubi fraude ac perjurio decus petatur virtutis, *Liv. lib. 26. in fine.* Qui perjurium committunt, hi Deo vel ſapientiam adimunt, non opinantes ei omnia eſſe conſpicua, vel juſtitiam illi excutiunt, quaſi malitiæ atq; ſceleribus impiorum connivear, cùm ſciamus illum eſſe judicem juſtum & tetrorum facinorum ultorem ſeveriſſimum. Multi ſunt, non ſolùm in vana, ſed etiam in perverſa & malitioſa illa opinione, quòd juramenta non ſemper & ubiq; ſint ſervanda, ſed pro utilitate, vel ficta etiam neceſſitate ſæpe metienda,

Digitized by Google

Potentiorum verò amicitias magni exiſtimabat, ut ſi injuriâ quenquam affeciſſet, pœnas dare non cogeretur: & ad ea, quæ ſemel concupiſſet, ſe compendiariâ admodum viâ perventurum putabat, ſi pejeraſſet, ſi mentitus eſſet, ſi ſefelliſſet. Animi ſimplicitatem ac lenitatem, quaſi lentitudinem quandam & ignaviam eſſe exiſtimabat. Neminem ex animo diligebat, neq; ſe cuiquam amicum unquam ſimulavit, quin inſidias ei fecerit Ex hoſtibus neminem unquam ludibrio habuit: ac contrà, quibuscum conſuetudinem habebat, cum iis de rebus omnibus deridens atq; illudens agebat. Hoſtium bonis non inſidiabatur: quod difficile eſſe putabat, quæ diligenter ſervarentur, eripere: amicorum res ita appetebat, ut ſolus noſſe videretur, facillimé, quæ non cuſtodiantur, adimi poſſe. Ad hæc, quos perjuros, quos injurioſos eſſe intelligeret, eos tantùm quaſi bene adverſus ſe armatos metuebat: bonorum pietate ac fide pro libidine ſua abutebatur. Neq; ſua quisquam religione veri & æqui obſervantia tantopere delectatur quantam Menon voluptatem capiebat, dum aut aliquem fraudaret, aut mendacia fingeret, aut amicos derideret, *Xenoph. de Cyri minor. expedit. in fine.* Perjurio, dolo & fraude Atto Moguntiæ Epiſcopus, ſicut Luithbrandus Ticinenſis, Urſpergenſis & alii hiſtorici teſtantur, vitæ Adelberti Palatini Franciæ Orientalis, qui ultimus ſuæ familiæ fuit, regnante Ludovico Cæſare Arnolpi filio inſidiatus eſſe dicitur. Innocens hic Princeps Adelbertus nil mali ſuſpicans cum Attone fide juramento data peregre proficiſcens in manus hoſtis ſui datus mortiq; adjudicatus eſt. Atq; ita de illo ſupplicium juſſu Cæſaris ſumptum fuit, & mox exſtincta illa familia nobiliſſima Palatinorum Franciæ Orientalis, & arx illa velut tunc temporis nominabatur Caſtellum Pabebergenſe, Bamberg/ cum tota ditione in Cæſaris poteſtatem pervenit. quæ perjurii & proditionis hiſtoria & finis Attonis prolixiùs apud Camerar. *in hor. ſubciſ. cent. 2. cap. 77.* eſt legenda. Annibal proſpera ad Cannas pugna victoris magis, quàm bellum gerentis intentus curis, de captivis redimendis Romam legatos miſit. Placuit ſuffragio decem deligi, qui Romam ad Senatum irent. nec pignus aliud fidei, quàm ut jurarent, ſe redituros, acceptum. Miſſus cum his Carthalo nobilis Carthaginenſis: qui ſi fortè ad pacem inclinarent animos, conditiones ferret. Quum egreſſi caſtris unus ex captivis minimè Romani ingenii homo, velut aliquid oblitus, jurisjurandi ſolvendi causâ cùm in caſtra rediſſet, ante noctem comites adſequitur, *&c. & infer. ibid.* Quum triſte reſponſum, non redimi captivos, redditum eſſet, novusq; ſuper veterem

luctus

luctus tot jacturâ civium rejectus eſſet; cum magnis fletibus queſtibusque legatos ad portam proſecuti ſunt, unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in caſtra, jurejurando ſe exſolviſſet, quod ubi innotuit, relatumq; ad Senatum eſt. omnes cenſuerunt comprehendendum, & cuſtodibus publicè datis deducendum ad Annibalem eſſe, *Liv. lib. 22. in fine. Cic. offic. 1. n. 40.* Ita refert *offic. 3. n. 113.* Sed, ut laudandus Regulus in conſervando jurejurando; ſic decem illi, quos poſt Cannenſem pugnam juratos ad Senatum miſit Hannibal, ſe in caſtra redituros, ea, quorum potiti erant Pœni, niſi de redimendis captivis impetraviſſent: ſi non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo. nam Polybius bonus auctor imprimis ſcribit, ex decem nobiliſſimis, qui tum erant miſſi, novem revertiſſe à Senatu re non impetrata: unum ex decem, qui paulò pòſt, quam egreſſus erat ê caſtris, rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romæ remanſiſſe: reditu enim in caſtra, liberatum ſe eſſe jurejurando interpretabatur: non rèctè. Fraus enim aſtringit, non diſſolvit perjurium. Fuit igitur ſtulta calliditas, perversè imitata prudentiam. Itaq; decrevit Senatus, ut ille veterator & callidus, vinctus ad Annibalem duceretur. Non enim falſum jurare, pejerare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia juraveris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, perjurium eſt, *ibid. n. 108. Aul. Gell. noct. Attic. lib. 7. cap. 18.* Cleomenes Laon, qui aſſumpto uno ex familiaribus ſuis Achonide, hunc conſortem & adjutorem ſui propoſiti fecit, juravit eis, ſi voti compos fieret, ſe omnia cum ipſis capite expediturum eſſe. Cùm verò potitus rerum eſſet, caput ejus reſectum vaſi pleno mellis impoſuit, & quoties aliquid inchoare voluit, ad vas acceſſit, & ibi propoſitum ſuum narravit, dicens: ſe pactum non violare, neq; jusjurandum frangere: deliberare enim ſe cum Achonidis capite, & hoc in conſilium adhibere, *vide Ælian. lib. 22. var. hiſt.* Putavit hoc juramentum Euripidis conſilio excuſari poſſe, qui dixit: linguâ juravi, mentem injuratam gero, *Cic. offic. 3. n. 108.* C. Lælius ad Scipionem: Deteſtabile exemplo rem agi, ubi fraude ac perjurio decus petatur virtutis, *Liv. lib. 26. in fine.* Qui perjurium committunt, hi Deo vel ſapientiam adimunt, non opinantes ei omnia eſſe conſpicua, vel juſtitiam illi excutiunt, quaſi malitiæ atq; ſceleribus impiorum connlveat, cùm ſciamus illum eſſe judicem juſtum & terrorum facinorum ultorem ſeveriſſimum. Multi ſunt, non ſolùm in vana, ſed etiam in perverſa & malitioſa illa opinione, quòd juramenta non ſemper & ubiq; ſint ſervanda, ſed pro utilitate, vel ficta etiam neceſſitate ſæpe metienda,

ut quaſi uno niſu ſeu vomitu præſtitum illud exonerare liceat: præſertim nummulariis, quæſtoribus, redituum & tributorum variorum quibusdam ſaccularii, quibusdam videlicet hoc belli tempore commiſſariis circa pretia & nummos, bona quaſi eorum adventitia vel profectitia, verſantibus, vana eſt ſæpe juramenti opinio & religionis cluſio, eo quod ſanctus & ſacer ille nummus ex ſanguine pauperum, ruſticulorum, indigentia inopum, fletu miſerorum, ploratu ſæpius expilatorum & depraedatorum ſit conquiſitus, rarò & vix conſiderent, geſtiunt turpi colludio quærere ex miſeris pretia gaudiorum, *l. 1. C. publ. lætit. vel conſul. nunc.* Sed hi cùm fraudant & decipiunt, fraudantur & decipiuntur. Vana
6. illa & malitioſa opinio, temeraria religionis cluſio veram & non ſeram aliquando feret pœnam. O miſerum ſeculi delicias quærentem! O egenum heredibus maledictionem relinquentem! O infelicem animam perdentem! In foro ſunt quidem perjuria, omni calculi motu à Judice præcavenda. Sed cum malitia hominum manifeſta, ſpreto numinis divini cultu ſpreta etiam, propter famæ conſervationem, conſcientia, in propatulo eſt: veluti: ſi in diverſorio & bonæ fidei vel quaſi hoſpitio res pretioſa divertenti fuerit ſubrepta (prout exemplum ejus facti, eo tempore cum Judicis officio fugerer, in judicium erat deductum) & ab actore divertente, ſi non aliis adminiculis, ſed juramento, eo in loco ſubreptio eſſet probanda; ſimul hoſpes diverſorii cum paucis domeſticis, ſine quorum facto, vel facti ſcientia nullo modo res illata ſubripi potuit, purgationis juramento de furto vel dolo rei in domum comportatæ exonerationi tenerentur. Et ita duo quaſi contradictoria juramenta eſſent præſtanda. Judex propter metum perjurii quod ex hac vel illa parte committi poſſet, juramentum ex intempeſtiva miſericordia remittere vel mitigare non poteſt quia talis ſupervacaneus Judicis metus in multis redderet incentivum & fomentum delinquendi, & hoc tanquam organum eruendæ veritatis ordinarium, malitiæ & iniquitatis fieret præſidium, quando malum omittendo augetur, quod accipiendo juramento minui, & veritas erui poteſt; nec non proditionis ſuæ causâ ex ſe & malitia pejerantis provenit. Neque obſtat, quod *in cauſ. 2. quæſt. 5. cap. 5.* dicitur: Ille, qui hominem provocat ad jurationem, & ſcit, eum falſum eſſe juraturum, vincit homicidam: quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, imo duas animas, & ejus, quem jurare provocavit, & ſuam. Scis, verum eſſe, quod dicis, & falſum eſſe, quod ille dicit, & jurare compellis? Ecce jurat,
ecce

ecce pejerat, ecce perit. Tu quid inveniſti? imò & tu periiſti, qui de illius morte te ſatiare voluiſti. Intelligendum autem eſt hoc capitulum de juramento judiciali, delato videlicet vel relato, de quo etiam non minimum eſt dubium & in contrarium gravis pugna; non verò de neceſſario, quod â Judice vel ad ſupplendum, vel ad purgandum ſolet, vel debet imponi. Et officii ſui causâ excuſari poteſt Judex, quando lege non eſt clementior, *Novell. 82. cap. 10.* Et ſi interdum perquam durum eſt, quia lex ita ſcripta eſt, *l. 12. §. 1. ff. qui & à quib. manumiſſ. liber. non fiant.* Perjuris tandem etſi ſera, non levis tamen ſolet eſſe pœna, ſatis Deum ultorem habent, *l. 2. C. de reb. credit. & jurejur.* ubi nullis verborum technis circumſcribi poteſt conſcientiæ tribunal. Jusjurandum perinde æſtimandum, quàm ſi Jovem feſelliſſet, Deorum injurias Diis curæ, *Tacit. annal. 1. circa finem.* Difficile eſt latere Deos perjurum hominem, *Polyb. lib. 4. n. 10.* Lento gradu ad vindictam ſui divina procedit ira: tarditatemq; ſupplicii gravitate compenſat, *Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. n. 3. ext.* Conſueſſe etiam Deos immortales, quò graviùs homines ex commutatione rerum doleant, quò pro ſcelere eorum ulciſci velint, his ſecundiores interdum res & diuturniorem impunitatem concedere, *C. Jul. Cæſar de bello Gall. lib. 1. princ. ferè.* Digni omnium odio perjuri. Scipio, inquit, hunc pejeráſſe, quia autem nemo accuſat eum, non poſſum ipſe actor judéxq; ſimul eſſe, *Plutarch. Apophtegm. Rom. n. 22.* Ubi ſemel quis pejeraverit, ei credi poſtea, etiamſi per plureis Deos juret, non oportet, *Cicero pro C Rabir. Poſt. n. 36.* Jure Civili etiam perjuri habent ſuas pœnas. Intereſt publicè per leges ſacramenta colorata, & perjuria potiùs puniri, quàm viam perjuriis aperiri, *l. 1. C. de Indict. vidui. toll.* fuſtibus caſtigatus dimittatur, & ita ei ſuperdicatur προπετῶς μὴ ὄμνυε, id eſt, petulanter ne jurato, *l. 13. §. ult. ff. de Jurejur.* notetur infamia, *cauſ. 6. quæſt. 1. cap. 17.* amittat dignitatem, *l. 17. C. de Dignitatib. l. pen. de Regul. Jur. in Sext.* arceatur â teſtimonio, *cauſ. 6. quæſt. 1. cap. 18. cauſ. 22. quæſt. 5. cap. 14. cap. teſtim. 54. ext. de Teſtib. & atteſtat.* Latiùs de pœna perjurii vide Johann. Schneidew. *ad §. item ſi quis n. 117. & ſeq. Inſt. de Actionib.*

CAPUT

CAPUT DUODECIMUM
De Injuria.

INjuria generaliter dicitur, quod non jure fit. Specialiter autem [illegible] tumelia. Interdum etiam injuriæ apellatione damnum culpâ [illegible] ſignificatur, ut in L. Aquilia ſignificat. interdum iniquitatem & [illegible] ſtitiam, nam cùm quis iniquè ſententiam dixit, injuriam facit, [illegible] *Inſt. de Injur. l. 1. ff. eod.* Injuria etiam, ex meretricio complexu c[illegible] facto, abuſivè, quaſi injuria eſſet, cùm ea conſenſu & placito fiat, ita [illegible] tur, ut T. Petr. Arbiter Satyr. exempla auribus caſtis indigna habe[illegible] ita ſonant: Nam quum ſolutus mero amiſiſſem ebrias manus, A[illegible] omnis injuriæ inventor ſubduxit mihi nocte puerum, & in lectum [illegible] lit ſuum; volutatusq; liberiùs cum fratre non ſuo, ſive non ſent[illegible] riam, ſive diſſimulante, indormivit alienis amplexibus, *& alio lo*[illegible] ne majorem injuriam in ſecreto frater acciperet, conſurrexi ad o[illegible] nuptiale, *iterum alio loco:* Itaq; hujus quoq; rei cura agetur: re[illegible] dò blandiùs dominæ, animumque ejus candida humanitate re[illegible] rum enim fatendum eſt, ex qua hora injuriam accepit, apud ſe n[illegible] *& alio loco:* Hac declamatione finita Gitona voco &, Narra mi[illegible] frater, ſed tua fide, ea nocte, qua te mihi Aſcyltos ſubduxit, us[illegible] riam vigilavit: an contentus fuit vidua pudicaq; nocte? *Et tande*[illegible] Itaq;, ut conſtaret mendacio fides, puellam quidem exoravit, [illegible] ſupra commendatam bonitatem; Coraci autem imperavit, ut lect[illegible] quo ipſe jacebat, ſubiret, poſitisq; in pavimento manibus, domi[illegible] bis ſuis commoveret. Ille lento parebat imperio, puellæq; artifi[illegible] motu remunerabat. Quum ergo res ad effectum ſpectaret, clara [illegible] pus voce exhortabatur Coraca, ut ſpiſſaret officium. Sic inter [illegible] rium amicamq; poſitus ſenex, veluti oſcillatione ludebat. H[illegible] rumq; ingenti riſu, etiam ſuo, Eumolpus fecerat. Itaq; ego q[illegible] deſidia conſuetudinem perderem, dum frater ſororis ſuæ automata [illegible] ſtellum miratur, acceſſi temtaturus, an pateretur injuriam. *Et* [illegible] *Ciſtell. act. 1. in fine.* Illa illi dicit, cujus ex injuria peperi[illegible]e ſe gna[illegible] eam ſe ſervo illico dediſſe exponendam. *Et Tacit. annal. 13.* [illegible] nis oblata, parat accuſatores ex clientibus ſuis Iturium & Cal[illegible] vetera, & ſæpius jam audita deferens, quod Britannici mortem [illegible]

aut Octaviæ injurias evulgaret; ſed &c. Excluſis iis, & quæ eſt L. Aquil. de reliqu. hic eſt inſtitutum. Nullum animal moroſius eſt, nullum majore arte tractandum, quàm homo, *Senec. lib. 1. de clement. cap. 17.* Et inter homines inimicitiæ ex malitia, inter beſtias verò à natura oriuntur, *Anton. Guevar. horol. Princ. lib. 1. cap. 9.* Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur, *Cic. offic. 2. n. 16.* Homo homini lupus. vel: Homo homini Diabolus; *Prov.* Hinc ſicæ, hinc venena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur, hinc furta, peculatus, expilationes direptionesq; ſociorum & civium, hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ, *&c. Idem offic. 3. n. 36.* Non infimum locum inter ea, quæ fidem politicam tollunt, ſuſtinent injuria & iniquitas, boni publici & privati venenum, tranquillitatis peſtis & Reip. mors immatura, his roditur fama, illis læditur vita, iſtis minuuntur facultates, pax tollitur, bellum ſuſcitatur, fides data acceptaq; comminuitur & & conculcatur. Duas maximas, inquit Livius, orbis terrarum urbes ingratas uno propè tempore in principe inventas, Romam ingratiorem, ſiquidem victa Carthago victum Annibalem in exſilium expuliſſet; Roma victrix victorem Africanum expellat, *lib. 38. anno ab U. C. 567. prope fin.* quæ ingra- 2.
titudo ſumma eſt æſtimanda injuria, & altiùs injuriæ, quàm merita deſcendunt, *Senec. de benef. lib. 1. cap. 1.* Adeò proprium humani ingenii eſt contemptum difficilius quàm rei cujuslibet detrimentum pati, quod tamen ideo minùs admirandum videtur, quia vulnera & rapinæ corpus & patrimonium lædunt; at contemptus & deſpicatio in ipſum animum, ubi ſitus honor eſt, penetrat, *Scipio Amirat. lib. 1. diſſert. polit. diſc. 1.* Non poteſt generoſus animus contumeliam pati, *Senec. excerpt. controverſ. lib. 9. declamat. 1.* Cuivis ideo licitum eſt injurias cavere & pericula arcere. Melius enim eſt occurrere & mederi, quàm injuriâ receptâ vindictam perquirere, *l. 4. C. ad L. Cornel. de ſic.* Et melius eſt occurrere in tempore, quàm poſt exitum vindicare, *l. 1. C. Quando liceat unicuiq; ſine jud. &c. l. ult. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* Beneficia promiſſa opperiri oportet, neq; antè remunerari, quàm facta ſint. Injurias autem imminentes præcaviſſe juſtum eſt magis, quàm exſpectaviſſe. Summa enim profeſſio ſtultitiæ eſt non ire obviam ſceleribus cogitatis, ſed manere oppeririq;, ut cùm admiſſa & perpetrata fuerint, tum deniq;, ubi quæ facta ſunt, infecta fieri non poſſunt, puniantur, *Aul. Gell. lib. 7. cap. 3.* Fortes & magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui propulſant injuriam, *Cic. offic. 1. n. 65.* Et qui non defendit injuriam, neq; propulſat à ſuis, cùm poteſt, injuſtè facit, *Idem offic. 3. n. 74.* Injuſtitiæ duo genera ſunt, unum eorum, qui inferunt: alterum eorum,

qui ab iis, quibus infertur, ſi poſſent, non propulſant injuriam. [illegible] juſtè impetum in quempiam facit, aut irâ, aut aliqua perturb[illegible] tus, is quaſi violenter man[illegible]s videtur afferre ſocio. Qui autem [illegible] dit, nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ, tam eſt in vitio, quàm ſi p[illegible] triam, aut ſocios deſerat, *Idem offic. 1. n. 23.* Et juſtitiæ prim[illegible] ut ne cui quis noceat, niſi laceſſitus injuriâ, *ibid. n. 20.* Legati Vale[illegible] ratiúſq; ad plebem, ex monte Aventino in montem ſac[illegible] dixerunt, ſatis ſuperq; humilis eſt, qui jure æquo in civitate [illegible] rendo injuriam, nec patiendo, *Liv. lib. 3. anno ab U.C. 305.* Tanto [illegible] viùs eſt injuriæ, quàm beneficio vicem exſolvere, quia gra[illegible] quæſtu habetur, *Tac. hiſt. 4.* Sed ſpecioſiùs aliquanto injur[illegible]æ ben[illegible] cuntur, quàm mutui odii pertinaciâ penſantur, *Val. Max. lib. 4.* [illegible] Si magiſtratus injuriam fecerit, poteſt conveniri, ſi major [illegible] tus, non niſi poſito eo, (hodie verò cùm venia) ſi verò mino[illegible] & poteſtate fuerit, etiam in ipſo magiſtratu poteſt con[illegible] *Injur.* Non minùs Judex, qui vel per imprudentiam, *pr.* [illegible] *quaſi ex delict. l. ult. ff. de Extraord. cognit. l. 5. §. 4. ff. de* [illegible] malitiam malè pronunciaverit, utiq; injuriam faciens in [illegible] condemnatur, *l. 15. §. 1. ff. de Judic. l. 1. 2. C. de pœn. judic.* [illegible] *vell. 124. c. 2. auth. novo jure C. dict. tit.* Juſtus autem & fid[illegible] eſt, viris bonis, ita fides habetur, ut nulla ſit in his fraudis [illegible] itaq; hic ſalutem noſtram, hic fortunas, hîc liberos rect[illegible] bitramur, *Cic. offic. 2. n. 33.* Pauca hæc de injuriis, latius de [illegible] ferè Jctorum libris.

CAPUT DECIMUMTERTIUM
& ultimum, DE VI.

6. VEtuſtiſſimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, [illegible] lere, eoq; ſine pœna aut coërcitionibus agebant. ne[illegible] erat, cùm honeſta ſuopte ingenio peterentur, & u[illegible] morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At poſt[illegible] æqualitas, & pro modeſtia ac pudore, ambitio & VIS ince[illegible] dominationes: multoſq; apud populos æternum manſere. [illegible] labante jam potentia conſulum Romanorum, & gliſce[illegible] teſtate cùm provinciæ illum rerum ſtatum abnuerent, ſuſpect[illegible]

populiq; imperio, ob certamina potentium, & avaritiam magiſtratuum invalido legum auxilio omnia Vi, ambitu, poſtremò pecuniâ turbabantur, *Idem annal. 1. pr.* Omnium autem injuriarum maxima eſt Vis, non qua privatus, etiamſi luculentiſſimo aliquo præfulgeat honore, ſolùm, ſed quâ amplum aliquod imperium, regnum, provincia, bellorum tempeſtatibus, præliorum certaminibus, pugnis crudelibus, hominum cladibus, agrorum vaſtationibus, populationibus, deprædationibus & omnium ruinarum deſolutionibus afficiuntur, æſtimanda. Romani (de quibus Britannia conqueritur) quorum ſuperbiam fruſtra per obſequium & modeſtiam effugeris. raptores orbis, poſtquam cuncta vaſtantibus defuere, terræ & mare ſcrutantur: ſi locuples hoſtis eſt avari; ſi pauper, ambitioſi. quos non oriens, non occidens ſatiaverint: ſoli omnium opes atq; inopiam pari affectu concupiſcunt. auferre, trucidare, rapere falſis nominibus Imperium; atq; ubi ſolitudinem faciunt, pacem appellant, *Idem in Jul. Agr. vita.* quod & hodie in noſtra miſerrima patria accidit, ubi ſolitudo facta (ante pacem publicam) erat pax facta. Hoc jure utimur: ut quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ aut privatæ crimen incidat, *l. 152. ff. de Reg. Jur.* illa cum armis: hæc ſine armis committitur. *§. 5. Inſt. de publ. jud. §. 6. Inſt. de Interdict.* armorum appellatio non utiq; ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat: ſed & fuſtes & lapides, *l. 41. ff. de verb. ſigſ. l. 3. §. 2. ff. de vi & vi armat. d. §. 6. Inſt. de Interdict.* Unde concludunt DD. bellum aliud eſſe publicum, aliud privatum. Publicum dicitur, quod authoritate ſummi principis indicitur, *l. 24. ff. de Captiv. & poſtl. reverſ. l. 118. ff. de verb. ſigſ. cauſ. 24. qu. 1. c. 4. v. ordo.* quod tres cauſas in ſe continet: *Defenſionem, Recuperationem & Punitionem.* quæ tria in Camilli ad Gallos denunciatione leguntur (his verbis.) Omnia quæ defendi, repetiq; & ulciſci fas ſit, *Liv. lib. 5. prope fin.* Et interdum non ſolùm neceſſitas, verùm etiam æquitas poſtulat, ut manu potiùs & imperio militari Reſpubl. componatur, quàm jure & proceſſu ordinario, *l. 3. ff. Ne vis fiat ei. l. 68. ff. de Rei vind.* Virorum modeſtorum eſt quieſcere; niſi laceſſantur injuriâ; fortium vero, ſi injuriâ afficiantur, pacem cum bello commutare, *&c. Thucyd. lib. 1. conc. Corinth.* Nec turpius quicquam eſſe, quàm ſine certamine ceſſiſſe regno: nec præclarius quicquā eſſe, quàm pro dignitate ac majeſtate omnē fortunam expertum eſſe, *inquit Liv. lib. 42. anno ab U. C. 58*[illegible]. Non ignaviâ magna imperia contineri: virorum armorumq; faciendum certamen. In ſumma fortuna æquius, quod validius. Et ſua retinere, privatæ domus: de alienis certare, regiam laudem eſſe, *Tac. an. 15. pr.* Sed: Naturâ prius eſt, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum, *Liv. lib. 28. anno ab U. C. 549.*

Dum enim alia affectat, ut aſſolet fieri, propria per defectionem [illegible] *lib. 39.* Fortitudo, quæ vel in bello tuetur à Barbaris patriam, [illegible] fendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena juſtitiæ ſit, *cau. 23.* [illegible] Et errat longè meâ quidem ſententiâ, qui imperium credat gravius [illegible] ſtabilius, vi quod fit, quàm illud, quod amicitiâ adjungitur, *Ter. in* [illegible] *act. 1. ſc. 1.* Victores victoſq; nunquam ſolidâ fide coäleſcere, *inquit* [illegible] *hiſt. 2 prin. ferè.* Quos viceris, amicos tibi eſſe cave, credas. Inter [illegible] num & ſervum nulla amicitia, inquit Scytharum legatus ad Alex[illegible] *Q. Curt. lib. 7. ad fin.* Diutius hoſtes, quàm ſervos fide & a[illegible] tatis: metus & terror eſt, infirma vincula caritatis, quæ ubi removeris, [illegible] timere deſierint, odiſſe incipient, *Galgacus apud Tacit. in J*[illegible]

